5e – 973

~~81 – 3.~~

72 – 3 n° 22027

Digitized by Google

Hiſtoriarum
COMPENDIVM,

quod incipiens à Nicephori Imperatoris, à Genicis obitu, ad Imperium Iſaaci Comneni pertinet.

IOANNE CVROPALATE SCILLIZZÆ *magno Drungario Viglæ, conſcriptum:*

Et nunc recens à Ioanne Baptiſtà Gabio, è Græco, in Latinum conuerſum.

Cum locupletiſſimo INDICE *rerum omnium memorabilium.*

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M D LXX.

Apud Dominicum Nicolinum.

De la Comp.a de Madrid
de la Libreria del Coll.o de la Comp.a de M.d
LIBRERIA DEL COLLEGIO IMPERIAL IHS

5ª – 973

~~81 – 3.~~

72 – 3 nº 22027

Digitized by Google

4 2 - 3 - n. 22327

Hiſtoriarum
COMPENDIVM,

Quod incipiens à Nicephori Imperatoris, à Genicis obitu, ad Imperium Iſaaci Comneni pertinet.

IOANNE CVROPALATE SCILLIZZÆ *magno Drungario Vigla, conſcriptum:*

Et nunc recens à Ioanne Baptiſtá Gabio, è Græco, in Latinum conuerſum.

Cum locupletiſſimo INDICE *rerum omnium memorabilium.*

CVM PRIVILEGIIS.

De la Comp.a de Madrid



de la Librería del Coll.o de la Comp.a de Madrid

LIBRERIA DEL COLLEGIO IMPERIAL IHS

VENETIIS, M D LXX.

Apud Dominicum Nicolinum.

Digitized by Google

FCC 1766

AD ILLVSTRISSIMVM ET AMPLISSIMVM S. R. E. CARDINALEM *M. Antonium Amulium*,

Io. Bapt. Gabij in Hiſtoriam Ioannis Curopalatæ,

PRÆFATIO.

QVod ipſi propoſitum naturæ nos, Antiſtes ampliſſime, pene oculis intuemur, vt ſeſe ſtudeat ſaluam, & incorruptam perpetuo conſeruare: ac propterea non deſinat ſingula rerum genera propagans earundem incolumitati proſpicere; idem ſpectare mihi prorſus videntur, quicunq; conſcribendæ munus hiſtoriæ ſuſceperunt; eo ſiquidem omnia ſua conſilia referunt: vt rerum geſtarum veritatem perpetuis monimentis, quantum in ipſis eſt, cõmendent æternitati. quorum optimum ac præclariſſimum inſtitutum plurimis maximisq; de cauſſis non modo probandum, ſed etiam vſquequaq; fouendũ nobis eſſe quis inficiabitur? Etenim quum breuiſſimus humanæ vitæ definitus terminus haud ſinat expleri illam uidendi cupiditatem, quæ nobis natura inſita plurimarum rerum gignit cognitionem: animisq; verum pabulum ſubminiſtrat: ſemper eſſemus non dicam pueri, ſed omnino infantes, niſi nos hiſtoria fidelis memoriæ cuſtos, & vera temporum teſtis ab inuiſa nobis infantia vindicaret: & ſuis opibus noſtræ fugacis æui breuitati ſuccurreret; ſemperq; imprudentiæ, aut potius temeritatis vitio laborandũ nobis eſſet, niſi illa propoſitis ante oculos illuſtribus exemplis, ac documentis huic tanto malo mederetur: nosq; cum præteritis præſentia connectentes edoceret futura proſpicere: ſed vt has aliasq; innumerabiles vtilitates, quæ ab ipſa nobis accidunt, conſulto præterierim; quod eas ferè omnes hiſtorici ſint perſequuti. ita vnam præcipuam minimè duxerim omittendam, quod nos à perfidiæ monſtris vndiq; in noſtrã perniciem graſſantibus tutos reddunt, ij, qui vera ſcripſere. Quum enim non defuerint, qui falſa veris commiſcentes, & fabulas cõminiſcentes hoc quoq; ſacro ſanctum ſtudium cõtaminare auſi ſint; vnde profecti impij homines in animis vel ſimplicium, vel eorũ qui prauis cupiditatibus addicti facile

Digitized by Google

ſibi perſuaderi paßi ſunt, quod ſuæ libidini indulgeret; ea mendaciorũ genera inſeruere, quibus chriſtianam remp. conquaſſatã, atq; conuulſam, & in hũc peßimum præſentem ſtatum deductam lugemus, illi ſuſcepto veritatis patrocinio hoc munus aggreßi nos contra ipſius hoſtes, hæreticos, pernicioſos, & peſtiferos homines iis telis armant, atq; inſtruunt, quibus eorum vim penitus profligemus, eaq; remedia præbent, quibus tam latè ſerpentis peſtis virus, & tantorum nefaria malorum contagia facile reſtinguamus, & cõplures quidem patrum & maiorũ memoria hac inſigni virtute præditos non ignoramus floruiſſe: verũ in his non aſpernandus auctor Io. Curopalates, qui CCC ferè ann. hiſtoriã cõplexus ea tempora illuſtrauit, quæ ob ſcriptorum penuriam nobis erãt perobſcura, & propemodum incognita, at vitas eorũ deſcripſit, qui poſt diuiſum orientis & occidentis imperium Conſtantinopoli regnarunt, ab obitu Nicephori, qui Irene ſucceßit, ad Iſaacium Comnenum profectus, tanto nobis vſui videtur eſſe, vt nihil ſit in quo Græcorum natio à vera Latinorum fide diſſentiat, quin eos toto, ut aiunt, cœlo errare euidentißimis conuincat argumentis. Quid enim contra auricularem quã recuſant confeßionem afferent; quando ipſam apud ſe vſitatã ex eo intelligent, quod ad eluendas quaſdã animæ ſordes, eaſq; ſacerdoti indicandas Michaëli Traulo læſæ maieſtatis reo, ac mox capitali ſupplicio, niſi illa ſe aſtutia redemiſſet, pœnas daturo, ſpatiũ conceſſum fuit à Leone Imper. in ſummo uitæ diſcrimine verſante? Quid porrò de purgatorio igne, quẽ peruicaces nolunt agnoſcere, poterunt ipſi tergiuerſari, quum legerint non vnũ aut alterum, ſed omnes ferè pios Imperatores, quum è vita decederent, iußiſſe, ac teſtamento id ratum eſſe uoluiſſe, vt pro ſuæ animæ ſalute haud mediocria bona iis impertirentur, qui de tali cauſſa Deo Opt. Max. quotidie preces adhiberẽt, & ſacrificia? quod nunquã ab iis ſine vlla controuerſia factũ eſſet, niſi ſe vita functos vere ſenſiſſent piis viuorũ ſuffragiis adiuuari. de Petri autem, i. Rom. Pont. principatu & poteſtate, à quo illi & ſuo, & omnium Chriſtianorum maximo malo defecere, quid attinet me commemorare? quum planè oſtendat Græcos ipſos nihil vnquam quod ad religionem ſpectaret, illius iniuſſu, aut non eiuſdem præſentibus legeſq; præſcribentibus legatis cõſueuiſſe decernere: non ignota huic auctori fuit illa, de qua pertinaces homines tantũ hodie digladiantur, corporis Chriſti trãſubſtantiatio, quã græco vocabulo expreßit Μετενσωμάτωσιν, *quaſi dixeris trãſcorporationem. verum, quod omnium maximum eſt, ſole ipſo clarius indicat, non prius florentiß. Græciæ*

imperium,

imperium, atq; opes corruiſſe: quàm illa peruerſis opinionibus deprauata in diuerſas hæreſes lapſa ſit, ſuaq; tum ſtultitia, tum perfidia œcumenici paſtoris leges violarit, & ſancta iura, atque præcepta neglexerit. Hic igitur tam frugifer, tamq; fructuoſus auctor, omnem ſuam operã, omnemq; laborem in tam præclaro opere fruſtra conſumpſiſſet, ſi ſemper neglectus, vt alij plurimi, quorum fructibus noſtra negligentia defraudamur, & incuria, delituiſſet: verùm tu Antiſtes optime, cuius omnes curæ cogitationesq; ad Chriſtianæ reip. iura tuenda referuntur, inq; ea vna re conſumuntur, quod plures teſtantur prouinciæ à te ſumma prudentia, ſummaq; cum laude adminiſtratæ, operam dediſti vt in lucem tandem prodiret, eumq; tibi à prorege Siciliæ Medinæ duce dono miſſum, & deinde cum altero bibliothecæ Vaticanæ exemplari fideliter, ac diligenter collatum, & vbi opus fuit correctũ, vt pluribus prodeſſet, in latinam linguam conuertendum curaſti: qua in re, quum tibi placuerit opera mea vti, ego qui tuas ſemper virtutes potius admiratus, quàm ornamenta quæ tibi illæ pepererunt, teq; ſumma colens obſeruantia, nefas duxi non tuæ ſemper obſequi uoluntati, eam qua potui diligentia, qua debui certe fide nauaui, atq; ita interpretatus ſum, ut duas uel maximas difficultates quæ me ab incepto magnopere deterrebant, mihi uidear animi erga te propenſione ſuperaſſe, alteram quod quum eo tẽpore ſcripta ſit, de qua loquimur hiſtoria, quo iam pura defecerat Græcorum lingua, idemq; ei, quod latinæ uſu uenerat, ut ſi non planè barbare, at corrupte tamen homines loquerentur, in quaſdam dicendi formulas, quibus totum refertum eſt volumen incidi tam à græco puro, quam à latino incorrupto ſermone abhorrenteis, easq; ut latinis uerbis mentem ſcribentis exprimentibus redderem, haud mediocriter mihi laborandum fuit: alteram uerò quòd mutatis rebus noua quædam publicorum munerum nomina ſcriptor attulit, quæ me diutius animi dubium atque ambiguum conſilij detinuere, quòd neque poteram, quibus ea interpretarer, inuenire latina uocabula, & ſi eiſdem quibus auctor, uterer, barbara prorſus futura uidebatur oratio; qua plurimos noueram à tam utili lectione deterritum iri. Sed tamen ut potui adhibita in iis, quæ id patiebantur, quadam uerborum circuitione, quã περίφρασιν uocant, non ingrata fortaſſe legentibus, hac me ſtuduì liberare moleſtia, quæ aliter dici nequiuere ea ut græcæ habebantur, expoſui: Quare mirũ non erit ſi aliquando legeris Domeſticum ſcholarum, Caniclei præfectum, Curopalatem, & his ſimilia: quæ tamen libellus quidam Græcus in ea, cui praes,

Digitized by Google

cui praes, bibliotheca repertus. ipſa omnia complectens, & declarans, ſi te, quod ſpero, iubente, edetur; efficiet vt minus dura videantur, & æquiore animo legant ij, qui latini ſermonis elegantiam ſemper moroſè requirunt. Exeat igitur tuis optimis auſpiciis, tuoq; fœlici ductu Ioan. Curopalates in vulgus hominum, & tuæ ſe voluntatis obſidem tantiſper iis præbeat, dum tibi, quæ cogitas, quæq; in animo iam inſtituiſti, perficiendi facultas detur: cuius quidem voti ſi nos compotes eſſe Deus Opt. Max. ſua benignitate conſenſerit: tunc verò antiquiſſimi, iidemq; optimi & ſanctiſſimi ſcriptores, qui quodam veluti ſquallore obſiti in tenebris iacent; tandem aliquando emergent, & nobis non leuia neq; hebetia ſed grauiſſima & acerrima tela ad iugulandos & conficiendos aduerſarios, ideſt rationes eiuſmodi, quæ conuinci, aut confutari nequeant, & firmiſſima ſuppeditabunt argumenta. Hoc ſi ſuperiore tempore iis, quorum maximè intererat, facere in mentem veniſſet, profectò tot lernæi monſtri ſubinde renaſcentia capita, nullo negotio auſim dicere, iam pridem profligata fuiſſent, & penitus extincta, & nobiſcum longè melius ageretur. atqui huic iuſtiſſimæ querelæ nihil loci propediem relictum iri bonis omnibus ac bene de Chriſtiana fide ſentientibus haud dubia ſpes eſt: nunc enim, quum nobis diuinitus conceſſum intueamur Pontificem Max. Pium V. ita res humanas moderantem, vt ſe acerrimum vitiorum vindicem præbens, debita veræ virtuti tribuens præmia, ea quæ fieri ob deprauatos hominum mores nulla poſſe ratione videbantur, vel ſolo nutu conficiat, optimas leges ſanciat, errata corrigat, & in priſtinum ſtatum religionem ſedulo ſtudeat reſtituere: quumq; veſtrum item ampliſſimum auguſtiſſimumq; collegium contemplemur; quos ille omnibus arduis in rebus ſapientes miniſtros, & ſolerteis habet adiutores, & iam non purpuram, ſed virtutum, quæ veſtræ ſplendorem dignitatis illuſtriorem oſtendunt, lumen ſuſpiciamus, & iure optimo admiremur; quid tandem boni eſt quod noſtra ſe viſuram deſperet ætas? Mihi quidem certè meritò lætandum, immò potius gloriandum ſentio, quod vnus ex his mihi præcipuè contigeris, quo patrono liceat, & tenuitatem conſolari meam, & ſine dubio ſperare non præſentem modo laborem, ſed etiam quemcunque deinceps te auctore libentiſſimè ſubierim tum tibi, tum omnibus tui ſimilium ſtudioſis non ingratum fore. Vale.

Amplitudini tuæ

deditiſſimus Ioan. Baptiſta Gabius.

INDEX LOCVPLETISSIMVS,

RERVM ET VOCVM MEMORABILIVM,

quæ in hoc opere continentur.

AARON Beſtes Baſpracaniæ Princeps folio 115.a
Abramius Alin frater 115.b
Abulcar Dux Italiæ 146.b
Abuzacates Amermumnis dux. 19.b
Abydum ad Helleſpontum 83.b. 112.b
Abydum Thomas ſe recipit 10.a
Acceſſus repentinus facile iter efficit 118.b
Acridis vrbis ſitus 92.b
Acrite inſula fol. 8.b
Adata vrbs expugnata a Barda 64.b
Adralectus ſcholarum domeſticus cum Poth Argiro 56.a
Adraſus locus 65.b
Adrianopolis 32.b
Adrianopolitanorum obſeſſorum miſeria 12.a
Adrianopolin inuadunt Pazzinacæ 148.b
Adrianus Patricius Nauarchus 43.a
Adrianus in exilium pulſus 43.b
Adrianus Chaldus rebellis cum Tazzate 57.a
Adulter pœnis a legibus conſtitutis punitus 6.a
Ægyptius equus 84.b
Ætius patritius legionum Orientis dux 21.b
Ætoliæ montes 88.b
Afri debellati 102.a
Agareni 9.a
Agareni Sicilia & Calabria potiuntur 14.a
Agareni Orientis regionem vexant 144.a
Ageon Longobardorũ rex Franciæ regis gener. 46.b
Agricolæ ſecuribus vtuntur pro armis 118.b
Agricolarum inſtrumenta 119.a
Agritus monachus 20.b
Alamani & Franci nationes occidentis 146.a
Alcan Choraſmiorum dux, viuus captus 119.a
Alda Georgij Abaſgi vxor Imperatorẽ adit 100.a
Alexander Macedo Perſas ſubegit 123.a
Alexander Leonis Imper. frater, Imper. factus. 51.a
Alexandri Imp. mors 51.a
Alexander Cabaſilas Scopiorum dux 151.b
Alexandrona Ciliciæ vrbs 137.a
Alexius monachus Patriarcha creatur 95.a
Alexius patriarcha ab Impe. accerſitus 100.b
Alexius Comnenus Selumbriæ moratur 148.b
Aliates vir generoſus capitur & oculis priuatur. folio 142.b
Alim Saracenus cum filio, occiſus 100.a
Allyllegium, tributum quoddam 96.b
Ad altare quotidie pro peccatis noſtris dominicus ſanguis effunditur 7.b
Amantia vrbs 43.b
Amatices a Perſis originem ducens 136.a
Ameras lethali accepta plaga occubuit 41.b
Amerimumnes dictus Hiſpanorum Imperator 12.a
Amiras Affricæ Imperator 14.a
Amorij euerſio 22.b
Amorium directum 137.a
Anacuphia oppidum ab Alda Imperatori deditum folio 100.a
Anaſtaſius repudiata monaſtica vita ad communem ſe contulit 10.b
Anaſtaſius Thomæ filius vinctus hoſti adductus eodem ſupplicio affectus quo pater, violenta morte moritur 12.a
Andreas Scytharum dux 39.b
Andreas exercitus ductor 46.a
Andrinopolis obſeſſa a Pancratucaſte Symeoni tradita 53.a
Andrinopolis rurſus a Symeone capitur, & in Rom. ditionem peruenit 57.a
Androbalanus ſeruatur 118.b
Andronices occupat Cabalam arcem 49.a
Andronici exitus 50.a
Andronicus Cæſaris filius fugit 141.b
Andronico effoſſi oculi 142.b
Anemas Cretenſium regis Europæ filius 79.a
Angina morbus 104.a
Anius Toparcha 111.a
Anna Imperat. ſoror moritur 94.b
Annus ab orbe condito 6478 à Chriſto nato 478. folio 72.b

Antes

Index.

Antes Halyates Scleri ſpeculator 82.a
Anthias locus fertilis 130.a
Antigoni Scholarum ducis conuiuium 34.b
Antiochiæ ſummum imperium Thomæ 10.a
Antiochia ad Daphnem ſita 74.a
Antiochia magna & illuſtris capta 70.b
Antiochia fame confecta 137.a
Antiqua petra oppidum occupatum a Conſtantino duce ſuppoſito & falſo 59.b
Antonius cognomento Cauleos patritius factus. folio 47.a
Antonius Studites Patriarcha Baſilio depoſito. folio 80.b
Antonius Paches Nicomediæ creatur epiſcopus. folio 102.b
Aoinus.i.abſtemius 151.b
Aoraſia cæcitas 87.b
Aparctias ventus ingens 117.b
Apleſpharis Tibij & Perſameniæ ad Araxem, dux. folio 111.b
Apolaphar Maumeth Siciliæ princeps 102.b
Apolaphar princeps Siciliæ inſulæ interficitur. folio 104.b. 109.a
Apollinis ſedes 151.b
Apoſalair illuſt.vir in Romanos egreſſus in fugam verſus 63.a
Apomerbanes Alephain Ameras 94.a
Apſinalius verſutus & bellicoſus 235.b
Apſis templi S. Sophiæ conquaſſata 43.b
Aquæductus Valentiniani Imperatoris 94.b
Aquæductus condidit Imperator 100.a
Aqua è niuibus expreſſa 22.b
Aqua frigida 90.a.138.a
Aquam frigidam guſtare ante congreſſum in prælijs conſueuerat Phocas 87.b
Aquarum penuria Syria maxime laborat æſtiuo tempore 97.b
Arabum natio aſſueta æſtus fortiter ferre 97.b
Arabum princeps 16.b
Arcadij vrbs 2.a
Archangelorum dies feſtus 129.a
Archiepiſcopus miſſus Rhos à Baſilio 44.b
Archiepiſcopus Hieroſolymorum viuus combuſtus à Saracenis, à quibus dominicæ ſepulturæ templum eſt incenſum 72.a
Antiochenus Archiepiſcopus interfectus à populo. folio 72.b
Archilochum dictum 123.b
Archinganorum ſecta 9.b
Ardoinus 146.b
Arclata ab Imp. expugnata 38.b
Argiri cognomen Euſtathius.i.adeptus 50.a
Argirocaſtrum oppidum 98.b
Armenicorum regio 9.b
Aromata ex India odorata 4.b
Arſaces Perſarum rex 32.a
Arſacydarum progenies 32.a
Artaboldus Andreæ pictoris pater ſacerdotij ſummus præfectus factus 52.a
Artach à Saracenis occupatum expulſo duce proprio 136.b
Arze vicus & captus 115.b.116.a
Arx bizia a Thoma filio occupata 2.a
Arx Prilapus 90.a
Arx Tharſo proxima, nomine Lulum 30.b
Aſan victus à Beſte Catacallo & Aarone. 115.a
Aſa Sultanus 142.a
Aſianus Leo hiſtoricus 1.a
Aſotius vir clarus magno robore præditus 53.a
Aſpracania, Media dicta 93.a
Aſtrologia & diuinatio in Perſide vigebant 19.a
Aſtrorum nugax vanitas 150.a
Atthingani prædictio 8.a
Aufidus fluuius 109.a
Aula arx ad radices Hæni fluuij 120.a
Azæ oppidum 136.b

B

Baaſpracan regio fertiliſſima, Media dicta, & metropolis Ibæ 114.b.116.b
Babet perſarum princeps 19.a
Babylonia, nunc Bagda 16.b
Babilon 113.b
Baianus interceptus 42.b
Balates & Azomorus turmarum præfecti 55.a
Balneæ Regiæ locus 84
Baptiſmum ſuſcipit Cegenes 117.a
Barangi milites 123.b.129.a
Bardas patricius Theodoræ, Theophili vxoris frater 23.b
Bardas maximus apud Impera.& eius cædes. folio 31.b
Barda interficitur 35.b
Bardas phocæ filius 60.a
Bardas Phocas in Amaſarcam relegatus 75.a
Bardæ Sclero poteſtas adimitur, &
Barda declaratur Rom. Imper. 81.a.b
Bardæ res amplificari cæpere 83.b
Bardas Phocas Imp.appellatur 86.a
Bardas Patritius luminibus orbatur 95.a
Bardanius cognomento Turcus præfectus cohortium 3.a
et eiuſdem conſpirationis in Imp.veniæ petitio, qui & malorum obliuionem obtinet, & excæcatur a militibus Licaoniis fol.3.b
Bardanus fluuius 50.b
Barducium regium telum 35.a
Barij caſtrum expugnatum ab Agarenis, & captum oppidum 40.a
Baſilicinus quidam Dromonis remex 32.a
Baſilius, qui & Conſtantinus 8.b
Baſilius Imp. efficitur 27.b

Baſilius

Digitized by Google

Index.

Baſilius monarchiam adeptus, & eius origo. 32.a
Baſilius quotidie magis illuſtris efficitur. 34.b
Baſilius Protoſtator. 35.a
Baſilius regia corona coronatur. 36.a Monarchia ſalutatur. 36.b
Baſilius iuſſit ſeruari æquabilitatem. 36.b
Baſilius Patritius, dolos conſuendi peritus. 61.b
Baſilius Patriarcha per ſinodum deiectus, cui ſufficitur Antonius ſtudites. 80.b
Baſilius Imp. moritur. 95.a
Baſilius monachus Bulgarorum princeps. 118.a
Baſilius Maleſe. 144 a
Bathyricarum locus. 38.a
Belemarnis gens. 117.a
Berydorum locus. 11.a
Beſtarches Neſtor dux Pariſthiorum. 146.a
Bion arx. 41.b
Blachernæ ſinus, vbi templum dei Genetricis, & Blachernarum turres obſeſſæ. 10.b.14 b
Bladimeres princeps Rhoxolanorum. 87.a
Bladimerus Seruiæ Imperator. 91.a
Blademerus vir Annæ ſororis Imp. moritur. 94.b
Bladiſthlabus Bulgarorum rex. 126.a
Bodina arx. 89.a
Bogdanus patriciatus dignitate decoratus. 92.a
Bogoris Bulgarorum princeps. & fames in eorum regione. 25.b
Botrotus mons acceſſu difficilis 92.b
Boitachus moritur 140.a
Boloſodes Turcarum dux ſponte Chriſtianus efficitur, qui fœdus diuinum violans in crucem agitur 62.b 63 a
Boryſes Bulgarorum rex, exuitur imperij inſignibus 76.b.80.b
Boſſograda oppidum captum 92.a
Bos taciturnitatis 101.b
Boburzicus martir 21.b
Bouis marmorei caput inuentum 66 a
Briantis palatij ædificia Syncellus perſuadet Theophilo 26.b
Brudas magiſtratu abdicatus 73.a
Briennius in exilium mittitur 123.a
Briennius ab exilio reuocatus, & oculis priuatus 124.a Ad Imperatorem miſſus 125 b
Briennius res Occidentis perturbat 149.b
Briennius oculos amittit 150.a
Bucoleo locus ſic dictus cur 3.b
Bulgaria ad veri dei cultum traducta 26.a
Bulgarorum genus diuino cultui quando addictum 44.b
Bulgariæ regia 92.b
Bulgaria rebellauit 105.a
Belli inter Bulgaros Romanosq́; , & Bulgarorum per Thraciam excurſiones, & eorum in Rom. victoria 4.b
Bellum aduerſus Axium 111.a
Bellum ciuile 9.a
Benedicendi mos 129.b
Beneuentum in ditione Regis Francia 40.b
Berreas expugnata 66.a
Bulgarorum Imp. cum cecidiſſet, equo celeri impoſitus fuga ſaluti ſuæ conſuluit 4.b
Bulgarorum rex Martagon 11.b
Bulla aurea 20.b.55.a

C

Cabala vrbs Thraciæ 12.b
Cabala arx occupata ab Andronico 49.a
Cabdæ Chalepi Ameras vir bellicoſus 65.b
Cacicius Iobaneſices filius, dedita vrbe ad Imp. proficiſcitur 114.a
Cæcitas Aoraſia 87.b
Cæſaria ad Argæum prima Cappadocum vrbs occupata ab Imperatore 38.b
Calabria Agareni potiuntur 14.a
Calabria Rom. Imper. ſubiecta 146.b
Calciamentis cocco tinctis vtuntur Archiepiſcopi 129.a
Caliphan idem ſonat quòd Patriarcha 116.b
Caliphæ factum 149.a
Calui caſtrum ſe dedit Romanis 38.b
Cama manichæorum metropolis expugnata 38.b
Caniclei præfectura 7.a
Cameli ducenti octoginta capti. 98.a
Candaca urbs depopulata 65.b
Cannæ. 109.a
Capillos, vſq; ad cutim tondere iubet Theophylus. 18. b
Capillorum Io. Baptiſtæ pars ſanguine cócreta 70 a
Capitaneus qui 148 a
Capnicum tributum 9.b.80.b
Capua in ditionem Regis Francia 40.b
Caput prætioſi præcurſoris 95.a
Caraba ab Imp. expugnata 38.b
Carbeas dux naualis exercitus 69.a
Carbeſis Arabum princeps 114.a
Carceres euacuauit Ro. Imp. 46.b
Cariani locus 16.a
Cariani palatia 27.b
Carnium eſu abſtinent ſe aliquandiu Imperatores 63.b
Caſamum ab Imp. expugnatum 38.b
Caſus multi in bellis accidunt 29.a
Carthaginenſes tributum Rom. pendebant 69.a
Catacylas Opſicij regionis in Aſia præfectus 9.b
Catacalus ſcholarum domeſticus. 47.b
Catacalus dictus Combuſtus Protoſpatharius legionum Imp. præfectus 104.b
Cataſirthæ qui 121.b
Cathena ferrea extenſa ad maris aditum prohibendum 10.a
Caupona Rom. Imper. Conſtantini filij uxor 64 b
Cauterium priuat ſobolis procreandæ facultate. 130.b
Ceductus locus 11.b
Cegenes Salſar filius baptiſmum ſuſcipit uir bellicoſus 117.a

b Celotum

Celotium nauicula 104.a
Celtica natio 123.b
Cenſores publicorum uectigalium 45.a
Centum colles locus inter Hæmum & Iſtrum 119.b
Cermutæ populi 20.b
Chabdas aufugit 63.b
Chaleb Barraæ princeps 97.a
Chandax locus ad Cretam 13.a
Charax promontorium ad Cretam inſulam 13.a
Charpente oppidum in Meſopotamia occupatum à Barda 81.b
Charonis interitus 75.a
Chataturius Antiochiæ dux 138.b
Choſroes Babiloniæ princeps 84.b
Chila auriga 27.a
Choſroe à Perſis ſuperatur 86.a
Chriſti baptiſmum negantes ſupplicio afficiebantur 42.a
Chryſochir Rom. fines populatur. 38.a
Chryſochir fugit, & ei caput amputatur 38.b
Chriſtophorus rex moritur 59.a
Ciſterna expurgata 44.a
Co inſula 13.b
Coitus ſolis & lunæ 10.a
Collis ſanguinis unde vocatus 69.a
Color praſſinus qui 148.b
Colores, Venetus, Praſſinus, albus, rubeus 30.b
columna erecta ab Imp. ad poſterorum memoriam 39.b
Columna magna conſtantini 151.b
combuſtus lethalibus affectus plagis 120.b
Combuſtus curopalates 128.b
commentum.i.conſultatio 118.a
comnenus monachus 130.a
coniuratio in Imp. Leonem 7.a
coniurati in Romanum deprehenſi in exilium miſſi 65.b
Conſilium datum Rom. Imp. à Theodoto Meliſſeno 4.b
Conſpiratio contra Petrum Bulgariæ principē 59.a
Conſtantino Andronici filio caput amputatum 50.a
Conſtantinus Bodenus Bulgarorum rex creatur, & mutato nomine uocatur Petrus 145.b
Conſtantinus capitaneus ab arte dictus Artoclines 108.a
Conſtantinus conſtant. duc. filius Imperator ſalutatur 151.a
Conſtantinus Diogenes in turrim conijcitur 96.b
Conſtantinus Ducas Imp. creatus. & moritur. 95.a. 96.b
conſtantinus Imp. moritur 64.b
Conſtantini Imp. filij obitus 45.a
Conſtantinus Irenes filius à matre oculorū luminib. ſimul & Imperio priuatus moritur. 9.a. & 13.b
Conſtantinus Leonis filius Imp. creatus 51.b
Conſtantinus Lybicus occiditur 53.b
Conſtantinus Patriarcha 129.b
Conſtātinus patritius Thomæ Logothetæ pater 34.b
Conſtantinus patrit. Diogen. in monaſterio ſtudii tondetur 98.b
conſtantinus patric. caballurius prætor cybirrhæotarum 111.a
conſtantinus patric. moritur. 132.b
conſtantinus, qui & Baſilius ab exectione mutus effectus 8.b
conſtantinus Rhodius Samonæ ſcriba 50.b
conſtantinus Theodorocanus, capitaneus 148.a
conſtantinus Vigiliarum præfectus 31.b
conſtantinus Viglæ Drungarius 24.a
conſtantinopolitani Imp. inſignia
contentio de præcedentia Metropolis cum Syncellis 96.b
contoſtephanus pro Stephano uocatus 85.b
comitopoli 85.a
cophronymus impius uir 8.b
Coria putrefacta Adrianopolitani comedebāt 12.a
coruatæ gens Seruorum 145.a
Corpus Imp. Michaelis in vrbem introductum & in arca marmorea honorificè ad SS. Apoſtolos conditum 46.a
Coſmas patricius Theſſalonicēſis, miſſus ab Imp. ad Landulphum regem Longobardiæ 68.a
Coſmus monachus patritius creatur 149.a
crammonitis 7.b
Craua morbus peſtilens in boues. ex capite bouis ibi reperto 66.a
Crenites à Conſtantino magiſtratu abdicatus 69.a
creta capta 13.b
cretarum Inſulæ virtus ac bonitas 12.b
crinita ſtella 49.a
crinita ab occidente vocata Xiphia 51.b
Crinita ſtella dicta Pogonias. i. barbata 80.b
crinita apparuit fumum emittens & nebulā. 132.b
Crinitæ ſtellæ 147.b
criſpinum inuaſum die Paſchæ 137.a
crya fons 140.a
Crimnis Bulgarorum Imperator 2.a. 4.a
crumus Bulgarorum princeps à Rom. fractus. 32.b
crux dicta lignum ex quo vita orta 10.b
crux telum ſeu ſymbolum ad victoriam pertinens 141.a
curcuas patric. Romanus luminibus orbatus, ob inſidias ui imperat 38.b
curcuas interficitur 78.b
curopalates Michael, Nicephori Imp. gener. 1.b
curticius genere Armenus Roma. confinia excurrens vexat 37.b
cutragon Crumi ſucceſſor 32.b
cuthlumus celebris 149.a
cybirræotarum Imperium 13.b
cyclades Inſulæ 10.a
cypri Inſula in Rom. poteſtate 70.a *In Cipro rebellio* 110.a
cyriacus claſſis præfectus ab Imp. miſſus 87.a
cyrillus Gortinæ præſes martyrij corona donatur 13.a

Digitized by Google

D

DAemones & eorum doloſa verba 43.a
Dagiſthes locus habitationis monachi cuiuſdã rerum admirabilium & incredibilium effectoris 1.b
Daphnopates Theodotus hiſtoricus 1.a
Dalmatia defecit à regione regnãte Michaele 14.a
Damianus ab Imp. contra Agarenos miſſus, moritur 13.a
Damianus Dalaſſenus 148.b
Damianus regij cubiculi præfectus 35.b
Dandulphus rex Longobardorum 68.a
Danelidis filius prothoſpatharius factus 43.a
Danelis anus hæredem facit Leonem Imper. Baſilij filium 43.b
Debromerus dignitatem conſulatus adeptus 89.a
Delubruum Mocij martyris 44.a
Demetrius Cyzici hiſtoricus 1.b
S. Demetrij martyr. ad ſepulchrum præſens morabatur Michael Imp. Theſſalonicæ ſupplicans 104.b 106.a
Denderis vir indecora & turpia loquens 15.b
Deus poteſt omnia, nec quicquam eſt quod non poſſit 23.b
Deus non iniurias inferentibus, ſed iniuria affectis opitulari conſueuit 77.a
Diabaſis Maniciei nomen 11.b
Diatriba 37.a
Diomedes martyr. maximus. 43.b
S. Diomedis monaſterium 33.b
Dionyſius magnus 17.a
Dipotamus, locus regius, aliter Meſanacta 83.a
Diſpolis vrbs 92.b
Diuina ira 147.b
Diuina ira concitatur ob periurium 127.b
Diuina prouidentia res prout vult clam omnibus adminiſtrat 35.b
Diuinæ prouidentiæ quod ſemel placuit id irritum efficere difficillimum 35.a
Diogene 142.b
Doctrinæ refloreſcere cœperunt 28.b
Draxanus arcis Bodinæ præfectus 89.a
Draxanus in crucem actus 89.b
Droſus Aaronis ſcriba 116.b
Dyrrhachium oppugnatum à Ioanne 92.a

E

EBullitiones terræ 105.a
Eccleſiæ permiſſum ab Imp. ſacras ſuas res adminiſtrare 128.b
Edeſſa à Rom. obſeſſa 60.b
Edeſſæ vrbi inſidiæ factæ 103.b
Effigies ſancta, & alia imago dei Genetricis Conſtantinopolim delata 101.a
Elatio animi victoriam hoſtibus concedit 141.a
Elenupolis ab indigenis Eleinopolis 139.b
Elepoli dictæ quædam machinæ 10.b
Elephantinus turmæ præfectus 59.b
Elga vxor ducis Romani baptizatur 63.a
S. Elizabet monaſterium 50.a
Elegantiæ ſtudium inane & inutile 147.b
Epiſcopatus Nazianzi 143.a
Epiſcopis quæ indecora 63.b
Epiſcopum non eligendum niſi ſuo conſilio aut iuſſu voluit Nicephorus 71.a
Epiſtola manu Ieſu Chriſti ſcripta ad Abagarum, in Edeſſa reperta, à Georgio Maniace ad Imper. miſſa 99.b. 101.a
Equa peperit pullum 63.b
Equus Aegyptius 84.b
Erbebius Turcos vincit. & captus eſt 124.b
Erimoſicea ab Imp. expugnata 38.b
Erithacos genus auis ſolitariæ 105.b
Eſaiæ prophetia 5.b
Ethmarches. i. gentium princeps 121.a
Euangelij liber iniectus in fornace, inuiolatus atq; illæſus remanſit 44.b
Euangelij lectio 140.b
Eudocia potitur imperio cum liberis 133.a
Euentus futurorum cæcus 148.b
Euphemius in Sicilia cuiuſdam populi dux 14.a
Euphemius Rom. Imp. declaratur 14.a
S. Euphemiæ templum 37.a
Euphroſina à Michaele deſponſata 13.b
Euſtathius Argirus magiſtratu excubiarum præfect. priuatus, & eius mors, & ſepultura 50.a
Euſtathius Calabriæ dux 68.a
Euſtathius Maleinus Imper. excipiens miſerè iuſſu Imp. vitam tranſigit 88.a
Euthimius Patriarcha. & eius mors 51.a
Euſtathius Patriarcha creatus 94.a. 95.a
Euſtathius Patricius Daphnoides præfectus ciuitatis creatus 92.b
Euthimius Ceſnæ eccleſiæ domeſticus 64.a
Euthimius monachus 117.a
Euthimius Sardibus præfectus interfectus iuſſu Michaelis per Theophilum filium 8.b
Euxinus pontus 10.b. 17.a
Exabulus vir prudens 6.a
Exploratores, qui auribus dicta percipiunt 6.a

F

FAbiorum familia Romæ celebris 147.b
Fames ingens & crudeliſſima 145.a. 147.b
Fames in Andrinopoli dum obſidetur à Simeone 57.a
Fames ingens in Bulgaria 25.b. 58.a
Fames ingens in Conſtantinopoli 59.a
Fames quinque annorum in Rom. regione 73.b
Fames maxima 99.a. 103.a
Faſciæ ſanctæ cũ epiſtola Chriſti ad Abagarum proceſſionaliter deferuntur 102.b
Fatum 140.a
Ferrea inſtrumenta quib. equorum vngulæ muniuntur Turcis deerant 115.b
Ferrea regio 120.a
Ferrum Scenicum 142.b
Fluuij fontes eſſe deſierunt & fontes pariter 30.a

Fluuius Adalis 84.b
Fluuius Araxis 111.b
Fluuius Axius nunc Bardarius 89.b
Fluuius Halis 84.b

G

Galea non ſuſtinuit impetum gladij 75.b
Gaſtriorum monaſterium 103.a
Geometriæ peritus iuuenis 29.a
Georgij martyr. dies feſtus 131.a
Georgius Abaſgiæ princeps moritur 97.a
Georgius Abaſgiæ princeps arma in Rom. mouet. 111.b
Georgius Boitachus à conchanis ortus 145.b
Georgio coniurationis Principi oculi effoſſi 37.a
Georgius dictus Merogergius 131.a
Georgius Maniaces 146.b
Georgius Maniaces hoſtes profligat, & Siciliam ſubegit 103.b
Georgius martyr 131.a.77.b
Georgius Monachus hiſtoriæ ſcriptor 1.a
Geronta oppidulum 39.a
Glacies intolerabilis 102.b
Grando formidabilis cecidit 78.a.122.b
Grando immenſa de cælo delapſa, arbores & tecta conterit, Conſtantinopoli, loco pluuiæ poſt ſiccitatem ſex menſium 103.a
Grando intolerabilis & violenta 101.a
Grando maxima 122.b
Gregorij in Theologia clari imago in columna depicta 8.b
Gregorius Leonis filius à Michaele relegatur. 10.a
Gregorius Leonis Imp. patruelis à Thoma interfectus cum prius relegatus fuiſſet 11.a
Gregorius patricius Taronites auctor conſpirationis, cruda birſa bouis ex omni parte corporis contectus 106.a
Gregorius Taronita præliens occubuit 86.b
Gryllus Patriarcha 31.a
Gylas Turcarum dux ſponte chriſtianus efficitur 62.b

H

Hæreſis Acephalorum 139.a
Hæreſis Cilicum 25.b
Hæreſis in Amorio Phrigiæ ſuperioris vrbe 7.b
Hæredes Michaelis 8.b
Hierapolis arx 136.b
Hierotheus antiquus pater 17.a
Hierotheus Turciæ Epiſcopus à Theophilaſtro delectus 62.b
Himerius Logothethes in calyporum monaſterium relegatus, & eius mors 51.b
Hymnopolis obſonia copioſe tributa 44.a
Hiſpani virorum fæcunditate abundantes 12.b
Homericum carmen 61.a
Honoratis à Deo ab hominibus honor debetur. 34.a
Hannibalis clades ad Aufidum flumen 109.a
Haſta iacta in Baſilium 103.b
Heladas dict. Ioan. moritur 53.a
Helena Romani mater ab ipſo expulſa 66.a
Heraclea vrbs Thuſciæ, & incenſa 12.b

I

Iambici compoſiti à Theophilo imprimendi frontibus Theophanis & Theodori martyr. 18.a
Ibarzi demolitio, & Ibarzus excæcatur 93.a
Iberia referta oppidis munitiſſimis 118.b
Iberizzes Gregoras ſcholarum domeſticus 49.a
Iemores apud Scythas vir illuſtris, interficitur 78.b
Iconij reſpub. virorum multitudine præſtans 138.a
Iconomachorum ſchola 23.a
Iconomachorum ſecta 5.b. & 6.b
Iconomachia ſecta quando deſiit 25.a
Idola quæ appellentur 5.a
Idola quæ appellabat Theophilus 21.a
Ignatius 17.b
Ignatius Nicephori Imp. ex filia nepos, Patriarcha creatus 30.a
Ignis artificioſus 11.a
Igne calidiora ſunt alia 62.a
Ignominioſa fuga vitam honeſtæ morti præferre indecorum 90.a
Imagines à templis detractæ 17.a
Imago Chriſti conſtantinopolim delata 60.b
Imago Chriſti in linteo 17.a
Imago chriſti expreſſa à beato Lazaro monacho 17.b
Imago dei genetricis 80.a
Imago dei genetricis & Apoſtolorum in Apſide 43.b
Imago dei genetricis inuenta in tabella 99.a
Imagines pingere pictores prohibiti 17.b
Imagines ſanctorum reſtitutæ 25.a
Imago præcurſoris ſanabat ægrotos 17.b
Imaginum pro defenſione Niceph. Michaeli ſcribit epiſtolam 8.b
Imaginum demolitio 23.a
Imber de cælo delatus 22.a
Imber de cælo vehemens 28.a
Imber vehemens in caſtris 124.b
Imbriel princeps Arabum 19.a
Imbrium diluuies 97.a
Imbrium magna vis & violenti imbres 104.a & 105.a
Immortales qui 148.a
Imomnon Cerauniorum montium vertex 42.b
Imperatoris quæ virtutes à milite amantur 9.b
Imperij res dignitate adminiſtrandæ 26.b
Inarchus Perſa vir bellicoſus & ſtrenuus 86.a
Incendium exortum & æſtuatio 105.b
Incendium prope dei genetricis templum vſque ad loca Pſiche 59.a
Inceris homo prudentia & nobilitate celebris 35.b

India

India odorata 4.b
Inſignia Bulgarici Imperij 80.b
Imago chriſti in obolo 80.b
Inſula Acritæ 8.b
Inſula Antigoni 94 b
Inſula co 13.a
Inſula Panortum 62.a
Inſula Scyro vna è cyladib. 10.a
Inſula ſtelis 42.b
Inuidia quæ faciat 32.b
Ioannes dromi Logotetha 46.a
Ioannes Bulgariæ archiepiſcopus 151.b
Ioannes Bulgarorum rex moritur 92.a
Ioannes curcuas præfectus excubiarum è magiſtratu ſe abdicat 55.b.60.b
Ioannes Exabulius 12.a
Ioannes Exabulius Michaeli portendit de Leonis tyrannide 2.b
Ioannes Excubiarum præfectus magiſtratu abdicatur 47.b
Ioan. Grapſon vir bellicoſus. & eius mors 53.b
Ioan. Eladas moritur 53.a
Ioan. monachus Lydus hiſtoricus 2.b
Ioan. monachus Xiphilinus patricius creatur è Lampo natus, & Bulgaria Archiepiſcopus creatus. 132.b
Ioannes patricius dictus Muralon Calabriæ dux 68.a
Ioan. Petri Bulgariæ princeps conſpirat contra Petrum fratrem 59.a
Ioannes Sidæ metropolitanus 145.a
Ioanni, quòd contra ſacras imagines cogitaſſet, oculi effoſſi 24.a
Ioann. Syncellus à Theophilo ad Syriæ principem miſſus 16.a
Ioannes veneno moritur [illegible].a
Ioannes Zimiſces vir magnanimus & ſtrenuus. 65.a
Ioannopolis vrbs 77.a
Iob paſtor Eccleſiæ Antiochiæ 10.a
Iohaneſices Anij regione potitur. & eius mors. 111.a
Ioſephus geneſius hiſtoricus 1.a
Ioſephus præpoſitus regij cubiculi, dictus Briggas 65.a
Irenes regina 4.b
Irenei religionis inuentio priſca 17.a
Irruptio Turcarum contra Romanos 60.a
Iſaacius Comnenus dux exercitus, Antiochiæ dux 143.b.146.a
Iſaacius comnenus Imperator 125.a.128.b
Iſaacius, monachus factus obijt 130.a
Italia à Carthaginienſibus debellata 40.a
Italia, nunc Longobardia 40.a
Iudæi à tributis liberi & immunes 8.b
Iuſiurandum horribile violatum à Conſtantino præfecto regij cubiculi, qui poſt Imperat. ſe declarat 61.a
Iuſiurandum violatum 60.b
Iuſtitia ſupplicium differt 146.a

L

L*Apis ab Apſide decidit Coſmites dictus.* 59 a
Lapides in domum Conſtant. Imper. delapſi 65.a
Lariſſa à Samuele expugnata 85.b
Lata petra, arx munita in Aſia 36.a
Lazari miraculum 149.b
Lazari corpus 48.a
Lauſiaci triclinium Theophili 18.a
Lazarus monachus pictor à Theophilo malè habitus 17.b
Lecas ex Epigambria ad Pazzinacos tranſugit. 151.a
Lecapenus Romanus 51.a
Lectio ingenerat in animo vim reminiſcendi 1.b
Legatus ad Soterum 82.a
Legati Capuani ad Baſilium Roman. Imper. 41.a
Legati Capuani ad regem Franciæ 41.a
Legati è Conſtantia ad Imper. de deditione 78.a
Legati ſpecie, ſed reuera exploratores 76.a
Legati Sphendoſthlabes de fœdere ad Imper. tractant 80.a
Legati Tirach ad Imp. 117.b
Legatorum corpora ſacroſancta vel apud infideles ipſos 150.a
Leo Andrinopolis prætor captus à Simeone verberibus ceditur 57.a
Leo Armenicus fuit Imp. 1.b
Leo Baſilij filius leges emendauit 37.a
Leo ex Armenia Imp. cui familiaris Thomas Bardanius 9.a
Leo Bardanij familiaris 3.b
Leo Chiroſphacthes miſſus ad fœdus cum Leone percutiendum 47.b
Leonis Curopalates in Lesbum relegatus 73.a
Leo grammaticam & Poeticam Conſtantinopoli didicit 29.b
Leonis Imp. mors 51.a
Leo interficitur 47.b
Leo Imp. factus 46.a
Leo magnus Roman. Imp. 32.a
Leo magnus philoſophus 28.b.35.a
Leo Meleſſinus 85.b
Leo militiæ orientis dux imperium affectauit 2.a
Leo moritur vulneribus confectus menſe Decembri 7.b
Leo ob merita patricius factus 3.b
Leo Opus Longobardiæ princeps 103.a
Leo patricius Thracũ Macedonũq; præfectus. 42.b
Leo Theſſalonices præfectus creatus 29.b
Leo vxorem ducit Zoen Carbonopſinam 48.b
Leonis Armenij imperium 2.a
Leonis interitum tanquam bonum nuntium vox de cœlo exaudita prædicebat 7.b
Leonis vxor in monaſterio poſt eius mortem vixit 8.b

Lesbum nauticas copias cogit Thomas 10.a

Lex in eos, qui ſibi violentas manus afferunt. 101.a

Lex Perſis 19.a

Lex ſcripta, quæ prohibet Proceres poſſeſſionum numero locupletari 88.a

Leges ciuiles à Baſilio emendatæ 37.a

Libertatem ſtudent occupare qui inuiti ſeruiunt. 40.b

Lybia fera 8.a

Linea circuli 127.a

Lingua effrenis morbus turpiſſimus 6.a

Lipara pars cappadociæ, nunc Lycandus 82.b

Liparites 94.b

Liparites vir maximus apud Iberos captus. 114.b 116.a

Litteræ ad Manium 29.a

Litteræ Alexij Patriarchæ 103.a

Litteræ ad Theophilum 29.a

Litteræ Briggæ ad Zimiſcem & Romanum curcuam 66.b

Litteræ Deleani ad Tichomerum 105.b

Litteræ Imp. ad Sclerum 87.b

Litteræ Ioan. ad Imp. 91.a

Litteræ Imp. ad Apleſpharim 111.b

Litteræ Scleri ad Phocam, & reſponſio 86.b.87.a

Litteræ Tharſi domini ad Andræam Scytham. 39.b

Locuſtæ in Bulgaria omnia conſumunt 58.a

Locuſtæ in Thracia 102.b

Locuſtæ orientis regiones vaſtabant 100.a

Locuſtarum exercitus 101.a

Logothetæ cædes 151.b

Longobardia 42.b

Longobardia à Roberto Franco occupata 146.b

Longebardopulus Michaelis filiam ducit vxorem 146.a

S. Lucas dei genitricis formam expreſſit 17.a

Lucernæ ſacræ, quibus poſſeſſio Manthæi donata eſt à Baſilio Imp. 43.b

Ludi equeſtres 65.b

Ludouicus Francorum rex, & Papa legatis Imp. interpellatur de ſubſidio in Dei hoſtes 40.a

Lulum oppidum Saracenorum ab Imper. recuperatum 38.b

Lumen denſum in aere apparuit 118.a

Lunæ defectio 150.a

Lunæ defectus 50.b

M

Machinæ quædam dictæ Elepoli 10.b

Mangana Monaſterium S. Georgij 122.b

Magica ars 24.b

Magiſter Theotiſtus 4.a

Mahumet Imbraelis filij origo vt Turciæ princeps. & eius mors 114.a

Malum ſequi celeriter perſuadetur 83.a

S. Mammatis martyris templum 30.a

Mana dicta Theodora 15.b

Maniaces in carcere concluditur 104.a

Maniacatha qui 146.b

Maniaco caput abſcinditur 109.b

Manichæi hæretici, & eorum turba 26.a.38.b

Manthæi poſſeſſio cui vſui applicata 43.b

Manuel Archiepiſcopus 32.b

Manuel Bizantius hiſtoricus 1.a

Manuel comnenus curopalates dux & princeps exercitus 138.b

Manuelis mors 28.b

Manus præcurſoris Io. Baptiſtæ ex Antiochia conſtantinopolim delata 64.a

Marianus Leonis Argiri filius monachus 61.a

Maria Magdalenæ corpus 48.a

Mariæ virginis templum dicitur Pharus 3.a

Martinaciorum genus 21.a

Marziciert vrbis ſitus 118.b

Maumethes execrandus 9.a

Maurocaſtri oppidum in Armenia 137.b

Mechanicæ artes 62.b

Media dicitur & Aſpracania 95.a.102.a

Media ſuperior dicitur Aſpracania 91.b

Meles concitato in Longobardia exercitu aduerſus Rom. arma ſumit 90.a

Melnices oppidum 90.b

Melithene obſeſſa à Ioan. curcua 58.b

Manicus oppidum à Muſaraph conditum 98.b

Meretrices a Theophilo eiectæ 16.a

Meſſana vrbs metropolis Siciliæ 104.b

Methodius Patriarca, conſtantinopoli relegatus 8.b

Methodius deſcripſit ſecundum chriſti aduentum 25.b

Methodius uita functus 29.a

Meſſiones vrbs 41.b

Methodius Patriarcha declaratus 24.a

Methophanes Smyrnæ præfectus 24.b

Michael, aſinis vectos in exilium miſit quoſcunq; cum Thoma conſpiraſſe ſenſit 12.b

Michael auariſſimus 11.b

Michael Balbus patricius & ſcholæ excubitorum comes 4.a

Michael Bardanij familiaris 3.b

Michael à Baſilio interficitur 36.b

Michael declaratur Archiepiſcopus Ephebi 150.b

Michael ex Amorio impietatis accuſatur. et ipſe conuictus morti adijcitur 6.a

Michael ex Amorio ſuperioris Phrygiæ urbe, vbi locus ualde notandus pro hereſi incolarum 7.b

Michael filius Ducis Parapinaces 143.a

Michael Imp. creatur in ſupplicationibus ad ſanctos Apoſtolos 107.a

Michael Imp. declaratus 2.b

Michael Imp. 123.a

Michael Imp. in monaſterio ſtudij induit habitum et luminib. priuatur 108.a

Michaelis Imperium molle ac diſſolutum 36.a

Michael Imper. monachus tondetur & moritur 106.b

Michael moritur 14.a

Michael Imp. moritur ueneno confectus, ita ut barba &

Digitized by Google

ba & capilli ei defluerent. 100.a
Michael ob prauos mores odio erat omnibus 9.b
Michael occiditur 32.a
Michael Pſellus 29.a
Michael Petri Bulgarorum principis moritur 54.a
Michael Syncellus 18.a
Michael Theophili filius imperium ſuſcipit 23.a
Michaelis uxor moritur 13.b
Michael Ziriton 50.b
S Mocii Martyris monaſterium 113.a
Modiolum genus indumenti 2.b
Moglenorum regio 91.a
Monachus uir diuinus 5.a
Monachi conſpectus in ſomnis uiſus 82.a
Monachi ex Abramitarum monaſterio exterminati à Theophilo 17.a
Monachorum reſpublica 17.a
Monaſterium Mammægaſtria dictum, ubi ſepulta Theodora 27.b
Monaſterium S. Diomedis 33.b
Monaſterium S. Euphemiæ 37.a
Monaſterium Galacrenorum 49.a
Monaſterium S. Phocæ 24.b
Monaſterium S. Taraſii 50.b
Monocaſtanon Monaſterium 58.a
Monomachus vt reginæ moribus conueniens Imp. creatur 108.a
Morbus ſynanche i. Angina 104.a
Mons magnus locus 136.a
Monſtrum ex Armenia Conſtantinopolim perductum 60.b
Morolleon dictus Andrinopolis prætor, Leo 57.a
Morochazariorum ſtirps 74.a
Moroleon dux naualis exercitus 69.a
Mors glorioſa turpiſſimæ uitæ anteponenda 79.a & 84.b
Mulier à quodam Barangorum Barbaro uiolata, ſtupratorem illico occidit 101.a
Mulieres virili habitu indutæ 79.a
Murtagon Bulgarorum rex 11.b
Muſicus videri nolebat qui inconcinnus & minus idoneus haberetur 6.a
Muſinopolis 92.a
Mutus effectus Conſtãtinus, precibus Gregorii theologi liberatur 8.b

N

Naſac dux 42.a
Nauarchus Roman. 42.a
Nemeſis Dea 42.b
Neocæſaria à Turcis euerſa 135.a
Neſiſthlabus princeps Rhos 102.b
Nicæa à Barda Sclero obſeſſa, deditur 83.b
Nicæa dedita 49.a
Nicæa potitur Comnenus Imp. 126.b
Nicæ Macedoniæ vrbs 32.a
Nicææ maximi terræmotus 132.b
Nicephorus Beſte relegatus in Imbrum 33.a
Nicephorus Botoniates Imp. 149.b
Nicephorus Botoniates europalates Imp. creatur 147.b
Nicephorus Briencius Imp. nominatur 148.a
Nicephorus carantinus, Scopiorum dux 145.b
Nicephorus comnenus inuidia luminibus priuatur 95.b
Nicephorus Diaconus Phrix hiſtoricus 1.a
Nicephorus à Genicis Imp. & ipſe interfectus 3.b
Nicephorus Imp. Bulgari interfectus 1.b
Nicephorus Maurus Patriarcha Antiochiæ 151.b
Nicephorus Paleologus 139.a
Nicephorus Patriarcha 4.a
Nicephorus Patriarcha quid de Leone poſt eius mortem dixerit 5.b
Nicephorus Phoca ſcholarum domeſticus 47.a
Nicephori Phocæ mors 47.b
Nicephorus pro defenſione imaginum ſcribit epiſtolam Michaeli 8.b
Nicephorus quot urbes ceperit 70.a
Nicephorus ſodalitatis dux ab urbe extractus. 48.a
Nicephorus uir Indus 43.b
Nicephoro Imp. caput amputatum 32.b
Nicephoriges à Bucellariis oriundus 143.a
Nicetas accuſatus ex urbe expulſus monachus detonſus eſt 59.a
Nicetas Paphlagon hiſtoricus 1.a
Nicolaus chryſoberges Patriarcha moritur 58.a
Nicolaus plebeius tributorum exactor 52.b
Nicolizzas captus ad Imp. perductus, in uincula coniectus eſt. 89.a
Nicolizzas Imp. deditus Theſſalonicam cuſtodiendum miſſus eſt 89.a
Nicopolitis defectio 205.b
Nix intempeſtiua 129.b
Nobelliſimus dux creatus 150.a
Nomades 117.a
Numularii argentum adulterinum cudentes 100.a
Nuptiæ inter Petrum & Mariam Romani filiam 53.b

O

Oblatio Soldani ad regem Franciæ 40.b
Occaſionem prætermiſſam haud facile eſt aſſequi. 116.a
Occidentis pax 26.a
Officiorum venditiones 129.a
Olbianus Marules vir probatiſſimus 53.a
Olbianus præfectus Armenicorum 9.b
Oleum in ſingulas libras obolo vendebatur 42.b
Olimpi radices 88.b
Oliuarum fertilitas 96.b
Oraculum antiquum de Michaelis morte 14.a
Oraculum Sibillinum de Leonis imperio 6.b
Oratio Euſtathij 83.b
Oratio Leonis ad Senatum 51.a
Oratio Michaelis ad Senatum 32.a
Oratio Theodoræ reginæ in Senatu 27.a
Orcolium vocatur Thrax 10.a

Ordo ſupplicationum tempore ſiccitatis conſtantinopoli, vbi reliquiæ S. Mandyli. epiſtola ad Abagarum, & ſanctæ faſcia deferuntur 102.b
Oreſtes exceſſit e uita. 95.a
Origo nationis Turcorum 113.b
Oryphas vir bellicoſus 14.a
Oryphas dictus Nicetas Drungarius nauigiorum 40.a
Orphanotrophus Marycatus relegatus, & excæcatus iuſſu Theodoræ 110.a
Opsycii regio in Aſia 9.b
Oſtraba palus 89.a
Otium omnia facile peruertens 13.b
Otium temerarium nihil boni parit 43.a
Otium ſenectuti conducere, Archilochi dictum 123.b
Otho Francorum Imp. eiecit Io. Albericum Patriarcham, & alterum præfecit 64.a
Otho Francorum rex capit Boloſodem 63.a
Oxilithum oppidum 83.a

P

Palus Zagoræ 3.a
Palus locus in Peloponneſo 43.a
Pancratius Iberiæ dux 114.b
Panium vrbs Thraciæ 12.b
Panormus ſuperfuit ab excurſione Saracenorum 68.a
Panormum inſula 62.a
Pantaleo Synnadus metropolites Aſtronomiæ peritus 50.b
Pantherius ſcholarum domeſticus 60.h
Paiperta arx 57.a
Paracimomeni munus 35.b
Parapinacius vnde dicatur 145.a
Parathlaba Bulgarorum regia erat 76.a
Paſar munitiſſima vrbs in Coraſiniis. 114.b
Paſchalius Protoſpatharius Lōgobardiæ dux Legatus ad regem Franciæ Hugonem pro filia in matrimonium.
Porphyrogeniti filia Romano danda cum quo quinquennio uixit & moritur 60.b
Pater Imp. dignitas noua 47.a
Pauli Apoſtoli templum, vbi pupilli educantur adit Leo, duce Theodoto 4.a
Pauliciani hæretici 26.a
Pax Italiæ & Longobardiæ 88.b
Pax Petri Bulgarorum principis cum Romanis, & ducit Mariam eius filiam 58.b
Pazzinaci ad Adrianopolim 148.b.151.a
Pazzinaci Occidentem premunt 146.b
Pazzinaci Rom. regionem prædabantur 120.b
Pazzinacarum natio 116.b
Pecuniæ diſtributæ prō anima ſoceri ſui à Rom. Imperatore 96.b
Pecuniæ magna uis Baſilio obtigit 36.b
Pecuniæ maximæ diſtributæ pro Helena priſtina Imperat. vxore 99.b
Pecuniis ſine nil efficitur 81.b
Pemoliſſa oppidum 116.a
Percuſſori Imp. manus ac pedes amputantur 48.b
Perenus dux Italiæ 147.a
Perſarum regnum, & genus 32.a.86.a
Perſica legio 19.b
Perſis lex. & ibi Aſtrologia & diuinatio uigebant 19.a
Peſſaſſirius Arabum princeps & Babilonis 113.b. 114.a
Peſtis & fames affines mortis 147.b
Peſtis maxima 99.a.122.b
Petrilius apud Conſtantinum Bodinū primus 145.b
Petronas reginæ frater. eius mors. 26.b.28.b
Petrus Bulgarorum rex 58.a
Pharus dei genetricis templum 3.a
Pharus in Ponti ore 110.b
Phathlos Afrorum princeps 68.b
Philacothus Bucamus dux creatus 137.b
Philareus vir ſtrenuus 65.b
Philoſophia doctrina omnium præſtantiſſima 62.a
Phocas Rom. declaratus Imperator 67.a
Phocas moritur 66.b.87.b
Phocas coniurationem machinatur, & captus luminibus priuatur 54.a.55.b
Phocas, Schlerum captum exuit Imperij inſignibus 87.a
Phocas Schlerum vulnerat 84.b
Phorbantha equa peperit pullum Patriarchæ Theophilacto 63.b
Photinus profugus Siciliæ præturam cum legatione commutat 13.a
Photinus patricius occiditur 56.b
Photius Cretenſium nauarchus 41.b
Photius relegatus 46.a
Photius Pontificatu abdicatus 37.a
Photus Argirus ſcholarum domeſticus 56.a
Pictura ſecundi Chriſti aduentus 26.a
Pictores prohibiti imagines pingere 17.a
Piratarum inſtar Italiam vaſtare 147.a
Pluuia moderata 96.b
Pluuia immenſa 88.b
Polieuctus Patriarcha moritur 73.b
Polieuctus Theophilacto mortuo creatur Patriarcha 64.a
Pons ſancti Pantaleonis 148.b
Popolizum oppidum ad Hebrum ſitum 121.b
Porta ærea 52.a.67.b
Porta aurea Conſtantinopolis 37.b
Portus accipitris 43.a
Portus cenchreus 41.b
Præcurſoris Templum 17.a
Præfecti regij cubiculi 35.b
Præſes Coloniæ 31.a
Preſpan palus 92.b
Prateres in Cherſonam 21.a
Principum locus 107.a
Prilapi arx 90.b
Priſcianus Bulgarus iuſſu Imperat. luminibus orbatur

Digitized by Google

batur 96.b
Proconeſſus Inſula marmorea nunc 5.a
Procopia Imperatrix Michaelis uxor 2.b
Procopius Imp.protoueſtiarius 42.b
Prodigium incredibile in Thraceenſium regione. 97.a
Prodigium monſtruoſum 197.b
Prodigia plura 139.b
Prometheus Metropoli præfectus 103.b
Prota inſula, ubi exul Michael Imp. 3.a
Protoſpatharites Photinus orientis epiſcopus, dux ab Imp.contra Agarenos miſſus 13.a
Pſellus philoſophorum princeps eximius 127.b. 139.a.142.b.143.b
Pſellus philoſophorum princeps & ampliſſimus uir 1.a
Pſittacus in regia Battola 45.b
Pudenda Methodio abſciſſa petri virtute 25.a
Puella præſaga amiſſionis Imperij Michaelis, et quo modo 36.b
Pugnæ tempus cum hoſtes diſperſi ſunt 120.b
Pylum & Patras vrbes 41.b

Q

QVadragenarius exercitus cur dictus 14.a
Quadrans pro numo diminuto 71.a

R

RAndulphus congreſſus ad Botoniatem 127.b
Rangate cognomẽ Curopalatis, Michaelis, Nicephori Imp. generis, à Senatu Ro. domini declarati, qui leoni Armenico imperiũ deferebat 1.b
Raptorib.infeſtus Theophilus 16.a
Rebelles 57.a
Rebellio in cipro 110.a
Rebelles in Chaldia 56.b
Rebellionis in Africa initium 26.a
Redditus annui aucti 43.b
Redditus magni templi auctus à Rom. Imperatore 46.a
Regina interfecti Nicephori conſcia relegatur. 73.b
Regia vrbs oppidum ab Imp.conſtructum 92.b
Regia vna non proſpere regitur à duobus principibus 105.b
Regnum nunc Cipri aliàs Inſula deditionis Romanorum 70.a
Reliquiæ S.Achilij epiſcopi Lariſſæ 85.b
Rentacius tentat patrem occidere, tandem luminibus & facultatib.priuatur 56.a
Rex capua excluditur 41.a
Rhauſium fruſtra obſeſſum ab Agarenis 40.a
Rhegium urbs illuſtris, habitatio
Regum Franciæ 146.b
Rhos, ſeu Rhoxolani gens Scythica ad Arctoum Taurum habitans 30.a
Rhoxolani multas vrbes Bulgarorum ſolo æquarunt 71.b
Rhoxolani Bulgariam iure belli captam retinent 74.a
Rhoxolanorum motus in Bulgaros 73.b
Robertus Franchus Longobardiam pertinet 146.b
Robertus dux calabriæ 147.a
Roma Illuſtris & antiqua 147.b
Romanus ab Imperio pulſus 61.b
Romanus curcuas celebris & inſignis 66.b
Romanus curcuas luminibus priuatur 95.b
Romani Deo hymnos canunt pro parta uictoria. 116.a
Romanus dictus Gabriel Samuelis filius motibus Bulgarorum reſiſtit 90.b
Romanus Diogenes Imp.creatur, capitur, & à Sultano dimittitur 142.a
Romanus nomine Imp.creatur. 55.b
Romanus Imp.declaratur 96.a
Romanorum antiquorum religio 144.b
Romani funduntur 121.a
Romani fuſi à Simeone Bulgaro 54.a
Romani ſuperantur à Simeone Bulgarorum principe 47.a
Ruſelius ueneno interfectus 151.b
Ruſelius Latinus dux exercitus, congreſſus à Turcis capitur 143.b.145.a

S

SAbbatius Logotheta Dromi 31.b.35.b
Sabbatius monachus 4.b
Sabbatum dies inauſpicatus 116.a
Sabbati die ieiunandum iuſſit Michael 8.b
Sabbatum magnum 66.b
Sacerdotis & regni comparatio 129.a
Sacrificium incruentum à Themel presbitero in Saracenos obuiam delatum, inuadentes propulſat 63.a
Sactitius præfectus legionis excubitorum à Bulgaris ſuperatur, & aufugiens lethalem plagam accipit 56.b
Salernus vrbs in Calabria maxima 146.b
Salibas tributorum exactor 101.b
Saltatio pyrrhichia 141.a
Sambatio coniurationis principi oculi effoſſi 37.a
Samonas aufugiens reprehenſus 49.a
Samonas protoſpatharius factus. 48.a
Samoſata urbs 27.b
Samoſata vrbs euertitur 37.b
Samos expugnata à Saracenis 47.a
Samuel Bulgariæ monarcha 85.a
Samuel vertigine percuſſus in terram decidit 90.a
Samuch Turchus 124.a
Samuelis filius in Mariam impetum facit 94.a
Sancta Seuerina urbs ſubacta à Chryſochiri 43.b
Sanctus Methodius 20.a
Sandabarenus relegatus luminibus priuatur 46.b
Sandabareni monachi dolus 45.a
Saraceni obſtupefacti Romanos admirantur 13.a 16.b
Saraceni magnam ſtragem edidere in Romanos 98.b
Saraceni triginta in crucem acti 42.a

Saraceno-

Saracenorum lingua 103.b
Sardice aliàs dicta Triardizes 85.b
Sardices Diogenes in exilium mittitur 133.b. & 134.a
Santana vrbs Thraciæ 12.b
Schalæ ad muros Blachernarum 10.b
Schlerus ſuperat Phocam & uulnerat 84.b
Schlerus in vinculis coniectus Choſroe aufugit. 86.a
Schlerus Imp. à ſuis ductus 86.b
Schlerus conciliatur fœdere Imp. cæcus in itinere factus congreditur cum Imperatore 87.b
Scholæ.i.cohortis 11.b.19.b.20.a.22.a.28.b
Scopiorum vrbs 89.b
Scopiorum vrbs expugnata 146.a
Scyro Inſula vna è cycladibus 10.a
Scytharum vrbis expugnatio à Romanis 76.b
Scythæ in duas partes diuiſi, & eorum fuga 75.a
Scythicum bellum 75.a
Securibus pro armis utuntur agricolæ 118.b
Seditio exorta die feſto SS. quadraginta martirum 111.a
Serpens hyeme interficiendus. prouerbium. 118.a
Sergius monaſterii Manuelis ſuccedit Siſino 88.a
Sergius Patriarcha moritur 94.a
Seruia Romæ.imperium detrectat, & fœdus percutit 102.b
Serra oppidum expugnatum 92.a
Sibyllinum oraculum 6.b
Sicilia Agareni potiuntur 14.a
Sicilia à Carthaginienſibus debellata 40.a
Sicilia in poteſtatem Saracenorum 104.a
Siccitas maxima 95.b
Siccitas ſumma 105.b
Siccitas ſumma & ſupplicationes pro ea, et ordo earum 102.b
Siculus magiſter hiſtoriæ ſcriptor 1.a
Siculi debellati 102.a
Sigma locus 108.a
Silenus Dictes Nicetæ patricius 47.a
Simeon Andrinopolim obtinet 53.a
Simeon Bulgarorum Imp. moritur: cui ſufficitur Petrus eius filius 58.a
Simeon Bulgarorum princeps 47.a
Simeon profectus contra Turcas, eos in fugam vertit 47.b
Simeon protoueſtiarius Conſtantini eijcitur, & in Olimpo monaſterio à ſe conſtructo detondetur monachus 102.b
Sincellus 116.b
Sinus ad Blachernas 2.b
Sirmium urbs deditum Imp. ab vxore Sermonis 94.a
Siſinius medicus fit Patriarcha 88.a
Smyrna miſerabile ſpectaculum, terræmotu corruit 104.a
Solis defectio 72.b.85.a
Solis defectus 46.b
Somniorum portentoſa, vita 31.a
Soldanus captiuus regis Franciæ Capuam perducitur 40.a
Soldanus nunquam ridere viſus 40.b
Soldanus ſoluit obſidionem Capuæ & Beneuenti 41.a
Soldanus Carthaginem proficiſcitur. 41.a
Sophiæ templum magnum 7.b.25.a.36.a
Sorit Cretæ Imperator 41.b
Spataphorus regio numiſmate imprimitur 128.b
Sphangelus Scytharum dux 76.b
Sphangelus ſtrenue decertans occubuit 78.a
Sphendoſthlabus uulneratur, & tandem fœdus cum Imp. percutit, & cum eo colloquitur 80.a
Stauratius Nicephori filius lethali uulnere percuſſus 1.b
Stelis Inſula 42.b
Stella apparuit 49.b
Stella crinita 49.a
Stella crinita pogonias apparuit 80.b
Stella effuſa 99.a.101.a
Stellæ effuſio, ſtragis Romani exercitus indicium 96.b
Stellarum ortus, & crinitarum exortus 29.a
Stenoporium locus 85.b
Stefanus Syncellus Patriarcha delectus 46.a
Stephanus à Maniace reprehenſus 104.a
Stephanus Amaſias patriarcha moritur 59.a
Stephanus cognomento Maxentius Cappadox Longobardiæ dux 43.b
Stephanus dictus Contoſtephanus 85.b
Stephanus in Antigoni Inſulam relegatus 55.b
Stephanus patrem pellit & imperio potitur 61.b
Stephanus patriarcha moritur 43.a
Stephanus philoſophus 44.b
Stephanus, qui & Boiſtlabus Seruiorum princeps, aurum capit Imperatoris. 105.a.108.b
Stephanus Syncellus legatus ad Sclerum 82.a
Stilianus protopapa magni palatii 67.b
Straboromanus Romanus præſes & magnus Aeteriarcha 149.b.151.b
Stratagema Arabi Muſaraphis 97.a
Stratagema Bardæ 82.b
Stratagema Bardæ Scleri 74.a
Strategium locus 123.b
Strenum locus 87.a
Succeſſus proſper, occaſio ad ſeſe colligendum. 141.b
Suggeſtum, quod eſt in Aſcretæis 6.a
Sultanus dictus Turca.i. omnium dominus 114.a
Sultanus Arzicieri obſidet. & eius ſitus 118.b
Supplicationes ad S.Mocii templum 48.a
Syncellus Sanctiſſimi Patriarchæ Taraſii hiſtoriographus ſo.1.a
Syncellus Euthymius patriarcha factus 49.a
Synanche morbus.i.angina 104.a
Syntacterium genus quoddam precum ad templum S.Virginis uiatorum fieri ſolitum 31.b

Syracuſa

Digitized by Google

Syracuſa obſeſſa à Chartaginienſibus 43.a
Syracuſa a Saracenis capta 68.a

T

Tabula ex lapide præconneſio inuenta 78.b
Tagrolypes Imp. Perſidis declaratus, & Sultanus.i.omnium dominus dictus 114.a
Taraſius Patriarcha 4.b.6.b
Tarenti caſtrum à Leone expugnatum 42.b
Taurus mons, indigenarum lingua Munzarũ. 138.a
Taurus mons, vulgo Maurus 70.a
Templa Apoſtolorũ dei genitricis in fonte, Sigma. Steph. protomart. Io. Bapt. Philipp. & Lucæ. Andreæ. Romani. Annæ. Demetrij. Aemiliani in rabdo. Nazarij. Reſurrect. in roſtris Anaſtaſiæ. Platonis martyris. Heſperi & Zoes Acacij. Heliæ. Michaelis. Dei genetricis. Nicolai dicta noua Eccle. Clementis. Saluatoris. Petri & Princip. militiæ, conquaſſata reſtaurata 44.a
Templum S. Achillij 146.a
Templum D. Andreæ, cuius monachus it obuiam Baſilio 34.a
Templum auguſtiſſimum Præcurſoris 130.b
Templum Blachernarum incenſum 138.b
Templum Dei genetricis in foro. & S. Pſora 44.b
Templum dominicæ ſepulturæ, incenſum à Saracenis 72.a
Templum in nomen Saluatoris Ieſu Chriſti & militiæ principum atq; Heliæ Thesbite 43.a
Templum diui Michaelis & mulierũ martyrũ. 17.a
Templum S. Sepulchri ad Blachernas 56.b
Templum S. Thomæ 46.a
Terramotibus templa conuulſa & conquaſſata. & primum Apſis templi S. Sophiæ 43.b
Terramotu magno multæ domus & plura templa corruerunt 85.b
Terramotu muri Panij vrbis Thraciæ deiecti 12.b
Terræmotus 106.a.& 132.a
Terræmotus horribilis 90.a
Terræmotus magnus 99.b.101.b
Tres alij Terræmotus 102.a, & b
Terræmotus maximus die Aſſumptionis domini. 30.a
Terramotus vehemens 72.a
Terræmotu templum dei genetricis cecidit 44.a
Tharſenſium ſtratagema in Romanos 39.b
Theoctiſti cædes 27.a
Theoctiſte mater Theodoræ patricia efficitur, & puellas eius quinque numero ad venerationem imaginum adhortatur 15.a
Theodorocanus Conſtantinus capitur 148.a
Theodora imperio potitur 123.a
Theodora regina monacha eſſe iuſſa 27.b
Theodora regina Theophili vxor 15.a
Theadora Romani Imp. coniux moritur 56.b
Theodori martyris templum reparatum, & in Euchanea 80.a
Theodoropolim dictum 88.b
Theodorus cognomento fortis præfectus phalangis, ſanctorum 42 martyrum 20.a
Theodorus Cyzici præfectus 64.b
Theodorus è Miſthæa decidit in terram equo vulnerato 79.b
Theodorus fortis martir cum Theophilo fo.21.b
Theodorus Sidæ præſes hiſtoricus 1.a
Theodorus Theophanis frater iuſſus à Theophilo publicè de fide diſſerere 17.b
Theodoſia Arſaberis filia Leonis Imp. vxor 6.b
Theodoſii mors 8.b
Theodoſiopolis vrbs maxima communita 115.b. 140.a
Theodoſius epiſcopus Diabolæ 150.b
Theodotus Meliſſenus 4.b.10.b
Theodotus Meliſſenus Patriarcha factus ob exiliũ Nicephori fo.5.a
Theodotus Meliſſenus præfectus rebus orientis. fo.26.a
Theodotus Michaelis patritij Meliſſeni filius cognomento caſſitera, præſagium futuri Imp. à puella furenti intelligit 4.a
Theodulus Bulgariæ Archiepiſcopus moritur 132.b
Theophanes confeſſionis coronam adeptus 5.a
Theophanes confeſſor & agri dux hiſtoriographus 1.a
Theophanes prima Imp. vxor 48.a
Theophilactus Imp. filius patriarcha creatur 59.b
Theophano in Praconneſum relegatus 73.a
Theophilactus Imp. Michaelis filius cum matre exulare iuſſus 3.a
Theophilactus patriarcha moritur, cui ſufficitur Polieuctus 63.b
Theophiliarzin Imp. Michaelis & Bardæ Cæſaris cognatus 33.b
Theophilus Eroticus eiectus 105.a
Theophilus Michaelis filius Imp. efficitur 14.a
Theophobus 19.a
Theophobus pro Theophilo 22.a
Theophrices, & eius dux Chryſochir 37.a
Therbizza oppidum expugnatum 91.b
Thermopylæ, nunc Salos 94.a
Therſita homericus 15.b
Theſſalica Tempe 100.a
Thomas Bardanius familiaris Leonis Imperatoris. 9.a
Thomas ex Armenia 3.b
Thomas fœderatorum legioni præfectus 4.a
Thomas Gregorium Leonis Imp. patruelem interficit 11.a
Thomas occupato Oriente magnus euaſit 9.b
Thomas rebellionis princeps & auctor, eiusq; origo, & bellica phalangis Imper. & conſtantinum Irenes filium dicebat ſe eſſe, & diuulgabat 9.a
Thomas ſe ipſum declarauit Imperatorem 9.b
Thomas vinctus hoſti adductus, aſino impoſitus, toti exercitui ſpectaculum præbetur, cum prius ei exteræ pedum ac manuum partes fuiſsent præciſæ 12.a

Thracia

Thracia à Rhoxolanis depopulata 74.a
Thrimbes in Calabria dux exercitus 146.b
Tibij Perſarmeniæ metropolis 112.a
Tichomerus, lapidibus obruitur 105.b
Tirach profligat Romanos 122.a
Tiropaccila oppidum munitum 142.b
Toparchæ locorum principes 88.a
Topos, locus 31.b
Traianus Cæſar 148.a
Triadirzes aliàs dicta Sardice 85.b
Tributa Saracenorum ad Romanos 83.a
Tributa ſoluendi Saracenis initium 68.a
Tributum Capnicum 8.b
Tributum, quod pendebatur Saracenis diminutum 68.b
Tributum pendebatur Saracenis auri 22. millia 68.a
Triumphus in hippodromo 20.a
Tropa vrbs 43.b
Tryphon monachus creatur patriarcha ad tempus, & remouetur 59.a.b
Turbo quidam uiſus 80.a
Turcæ Sagittas iacientes 22.a
Turci in Romanos 137.b
Turcorum fuga 124.b
Turcorum inſolentia 139.a
Turcorum natio Orientem premit 146.b
Turcorum natio à Borealibus caucaſi montis partibus profecti 113.b
Turnicius Imp. declaratus & excæcatus 112.b. 113.b
Turres duæ Antiochiæ occupatæ à Burze 70.b
Tuſper Aegyptiorum Turcorum ſummus dux 98.b

V

Velum dictum homophorium 57.b
Venationes fiunt animi relaxãdi gratia 130.a
Venetiarum principi tradita uxor Argiri filia Romani Imperatoris ſoror 89.a
Venetorum opus per mare nauigare 146.a
Venti Sæui & æſtuoſi, fruges, vites & arbores corrupere 72.a
Venti uiolenti & ingentes 105.a.111.a
Ventus ingẽs Aparctias tempore Capricorni 117.b
Ventus Lybicus magnus multa ædificia concuſſit 49.b
Ventus vehementiſſimus 60.b
Victoriæ corona Imp. tradita de more à Patriarcha 39.a
Viſum in ſomnis falſũ Tichomero de imperio 105.b
Viſum vigilanti non in ſomnis, vnde mutus effectus, de tribus ſaccis euacuatis 101.b
Vnio eccleſiæ Metropolitanæ cum alijs eccleſijs. 55.b
Vota pro ſalute Imperatoris 13.a
Vox è ſupernis audita in ſomnis 75.b
Vox miſerabilis diu audita circa fontem montis curæ. 97.a
Vrbs Ioannopolis 77.a
Vzi qui 117.a
Vzorum natio, et vza Scytharũ mercenarius 131.b.137.b

X

Xerxes 28.a
Xiphia dicta crinita, apparuit ab Occidente 51.b
Xiphiæ & Nicephori rebellio 94.b
Xiphias monachus detõſus in inſula Antigoni 94.b
Xiphias propter dolum Nicephorum Phocam interficit 94.b

Z

Zabandi urbis ſitus 82.b
Zoe deſponſata Romano 96.a
Zoe mater conſtantini 61.a
Zoe regina monacha in monaſterio S. Euphemiæ detondetur 54.b
Zoe regina mortua Theodora ſufficitur. 123.a
Zoe regina hæres regni, deinde monacha 106.b
Zoe rurſus aſſecuta imperium, expellit ſororẽ 107.b
Zompi pons 144.a
Zoſte Pruſiani Bulgari mater ex urbe eijcitur 96.b

INDICIS FINIS.

Digitized by Google

COMPENDIVM HISTORIARVM:

QVOD INCIPIENS A NICEPHORI IMPERATORIS

A Genicis obitu ad Imperium Iſaaci Comneni pertinet, à Ioanne Curopalate Scyllizze,

Qui fuit Magnus Drungarius Viglę.i.vigiliarum Præfectus, conſcriptum.

LIBRERIA DEL COLLEGIO IMPERIALE IHS

HISTORIAE compendium poſt antiquos optime perſequuti ſunt, primum Georgius monachus, & Syncellus ſanctiſsimi Patriarchæ Taraſij nuncupatus, poſt quem Theophanes confeſſor, & agri Dux accuratius à ſe percurſos hiſtoricos libros in compendium item redegere, oratione tamen ſimplici, nec curioſa, quæq; rerum geſtarum originem tantùm contingeret; verùm Georgius ab orbe condito facto initio, in Tyrannos Maximianum, eiusq; filium Maximinum deſijt. Theophanes verò illius fine ſibi proprio inſtituto principio, reliquisq; temporibus breuiter deſcriptis, quum ad Nicephori Imperatoris obitum perueniſſet, ibi ſuę finem impoſuit narrationi. Deinde verò, qui tali ſeſe ſtudio dediderit, inuentus eſt nemo. Aggreſsi quidem certè ſunt aliqui munus hoc, vt Siculus magiſter, & noſtra tempeſtate philoſophorum princeps, & ampliſsimus vir Pſellus, & item alij, qui languidius in opere verſati, & ab accurata rerum ſerie exciderunt, & omiſsis plurimis ex ijs: quæ opportuniora viderentur, inutiles ſeſe poſteris præbuere; quippe qui Imperatores modò numerantes, quis, cui ſucceſſerit, tantum, ac nihil præterea edocuerint; Qui tametſi quarundam actionum fecerint mentionem, attamen quod illas nulla probabili coniectura conſcriptas reliquerint, obfuere, non autem profuere legentibus. Nam Daphnopates Theodotus, Nicetas Paphlagon, Ioſephus Geneſius, & Manuel Byzantius, Nicephorus Diaconus Phryx, Aſianus Leo, Theodorus, qui fuit Sidæ

præſes,eiusq; nepos, atque eiuſdem cognominis illius eccleſiæ, quæ eſt in Sebaſte præfectus, & vnà cum his Demetrius Cyzici,&Ioannes monachus lydus proprio ſibi quisq; propoſito argumento, alius laude (vt ita dixerim) Imperatoris, alius vituperatione Patriarchæ,alius amicorum encomio, ac ſinguli hiſtoriæ ſpecie inſtitutum abſoluentes,longè à virorum illorum,quos diximus,mente aberrarunt; res enim,quæ ſuis accidere temporibus prolixius tractatæ, aut paulò altius hiſtorico more repetitæ ſunt ità,vt alius inclinatione voluntatis propẽdeat; alius contra,odio ducatur,aliusq; ad gratiam,alius ad Imperium ſuam compoſuerit hiſtoriam,inter ſe in eiſdem rebus enarrandis admodum diſcrepãtes; & id circo non parùm confuſionis, ac perturbationis auditoribus attulere. Nos autem eorum,quos memorauimus labore contenti, & haud parùm profuturum hiſtoriæ ſtudioſis compendium ſperantes,& ijs præſertim,qui faciliora ijs,quæ laborioſiora ſunt, anteponunt: electa ea hiſtoria, quæ breuiſsimam rerum diuerſis temporibus geſtarum perceptionem tradat,& à commentariorum difficultate liberet,ac ſuperius dictorum ſcriptorum monumentis accuratè percurſis; quæq; ex libidine,vel etiam ad aliorum voluntatem dicta ſunt,ijs omnibus reiectis, atque adeò exploſis,quæ propè accedere cõperimus, vt indignationem parerent. Probabilibus verò,quæq; à veriſimili non aliena eſſent,collectis: additis inſuper quæ ſine ſcriptura à maioribus noſtris edocti ſumus. Et in vnum ſtudioſè redactis,poſteris cibum reliquimus delicatum hac ratione conditum,vt qui forte hiſtoricorum,quos commemorauimus libros percurrerint,cõmentarios habeant quos peregrè ſecum ferant,quaſi itineris comitem hunc apud ſe libellum habentes: quippe quum lectio conſueuerit in animo ingenerare vim reminiſcendi,vis nutrire,& augere memoriam,ſicut contra negligentia, & deſidia eam afferre vecordiam, quam prorſus obliuio rebus geſtis caliginem obducens, & confuſionem afferens conſequitur. Qui verò hiſtorias nondum legerunt, compendio hoc tamquam duce, vtentes, & quæ latius conſcripta ſunt inquirentes, gratiorem,& vtiliorem percipiant rerum geſtarum cognitionem. Verùm hinc eſt exordiendum.

Michael Curopalates Rangabe.

NICEPHORO Imperatore in Bulgaria interfecto, Stauratioq; eius filio lætali vulnere percuſſo,& in regia vrbe ſeruato,quũ poſt duos menſes,ex quo regnare cœperat, vitam amiſiſſet; Curopalates Michael Imperatoris gener, cui Rangabe cognomen erat,à populo, & à Senatu Romani Imperij dominus declaratur. recuſabat ille principatum, ſeſe minus idoneum aſſerens: qui tantam rerum molem ſuſtineret. & patricio Leoni ex Armenijs viro, qui & magnanimus,& rerum peritus haberetur,& exercitus,qui tunc eſſet in partibus Orientis, Imperator erat, poteſtatem omnem concedebat: quam ille ſibi traditam accipere recuſauit, ſe ipſum indignum vocans, qui regia ſede potiretur. Ipſumq; Michael magis hortatur, vt ſibi conueniens excipiat Imperium, ſeq; illi in omnem

vitam,

Digitized by Google

vitam famulum, & miniſtrum fideliſſimum, & ad imperata exequenda promptiſsimum fore pollicetur, quas quidem pollicitationes ſacroſancto, & maxime horribili iuramento obſtrinxit. Quum ita Michael, vel contra propriam ſententiam Imperij habenas accepiſſet, & Crumus Bulgarorum Imperator priſtinis proſperis elatus eſſet fortunæ ſucceſsibus; & Bulgari victoria ſuperbi, res occidentis, & incendijs vaſtabantur, & prædæ, ac rapinis erant admodum obnoxiæ. viſum eſt igitur Imperatori Michaeli faciendum, vt exercitum contra ipſum educeret, & pro viribus Bulgaricas prædas coerceret, atque comprimeret. Statim igitur legiones vndiq; accerſitæ mittebantur, & exercitus cogebantur. Et Crumus cognito Imperatoris motu, quum à præda reuocatum populum in vnum redegiſſet, caſtra benè munita in loco forti poſuit, atque ita Imperatoris expectauit aduentum. Qui quum adueniſſet, & contra Crumum caſtra locaſſet propè Adrianopolim morantem, crebra iaciebantur tela; & quia telis iaciendis, quamdiu ità pugnabatur, ſuperiores erant omnino Romani, adeò milites inflati ſunt, vt ad prælium cominus committendum, & in caſum vniuerſæ dimicationis feſtinarent, ac toto animi impetu ferrentur. Sed reſiſtente Imperatore, & cunctante ſiue metu, ſiue etiam idoneam occaſionem expectante, in impudentiam conuerſa multitudo coram Imperatore exclamabat, ac niſi educeret ſeminabatur, & vallum ſe conuulſuros, & cum hoſtibus congreſſuros, quibus verbis perculſus Imperator, apertis caſtrorum portis, in aciem ſe comparat. quod item Crumus fecit, ſuoq; inſtructo exercitu, æqualem ſe aduerſarium Imperatori conſtituit. Quum igitur vterque multum ſuas copias adhortatus, ea dixiſſet tum alliciendo, tum laudando, quæ ad virtutem multitudinis animos inflāmare poſſent, ac poſtremo tubis claſſicum cani iuſſiſſet, congreſſi ſunt; fortiter verò, atque egregie, Romanis hoſtes ſuſtinentibus, viriliterq;, ac ſtrenuè dimicantibus, Bulgarorum res atterebantur. & iam eo euentum erat, vt omnino ſe pugnæ ſubducere cogitarent, quippe quum ipſe etiam Crumus vndique obequitans, & laboranti exercitui ſucurrens, iam defatigatus eſſet, idq; feciſſent, niſi Leo militum orientis Dux, Imperij cupiditate adductus, corruptis, quibus præerat, legionibus, et vna cum ipſis relicto ordine, abſque vlla cauſa fugæ ſe commiſiſſet: quod reliquus exercitus conſpicatus, perculſus eſt, ita, vt virtus eius elangueſceret. & Bulgari, qui iam iam terga verſuri expectabātur, recepto animo clamore Romanos inuaderent, & ita victoriam, quam amiſerant, recuperarent. nam Romani quum euentu rei percuſſi animos deſpondiſſent, Bulgarorum impetum haud excepere, ſed ſtatim in fugam verſi ſunt. perierunt ex militibus plures, ex ducibus occubuere haud pauci. Imperator vix cum exigua quadam manu haud vulnerata in Arcadij vrbem ſe recipit incolumem, & inde in Regiam vrbem contendit, relicto in Thracia, quem modò diximus, Leone, vt ibi manens Bulgarorum prædas, & excurſiones prohiberet, ille verò, cum ſolus eſſet, ſeq; collegiſſet, quam occulte conceperat, in lucem profert rebellionem, req; cum ſuis ſodalibus communicata, idoneum eſſe aſſeruit ad incepta

Digitized by Google

perficienda tempus. & per ipſos in omni exercitu verba huiuſcemodi diſſeminanda curauit, Imperatoris inſcitia, & rei militaris, cuius meditationem omiſiſſet, imperitia Romanas acies deletas, & exiſtimationem, ac priſcam gloriam Romanorum perijſſe. Hac ratione corruptis militibus, eos, qui modò diſſipati è fuga redibant, pedites, & inermes cum ſuo coniungens exercitu, inducit, vt contrà Imperatorem conſpirent. qui quum vno impetu eius tentorium circumſtetiſſent, conuitia, indecora, & impudentiæ plena in ipſum Imperatorem conijciebant, timidum vocantes, & imbellem. qui ob imperitiam perdidiſſet Romanorum exercitum, & famam, ac gloriam Imperatoris non mediocri detrimento affeciſſet; hæc igitur contra Imperatorem, Leonem verò palam, & aperte laudare, & Romanorum Imperatorem declarare: quo diſſimulante, atque Imperium recuſante, Michael ex Amorijs, Balbus ipſe quoque, cuiuſdam Romanæ dux legionis, ſtricto gladio, quum hoc ipſum facere alios rei conſcios iuſſiſſet, eum a ſe interfectum iri minabatur, niſi libens acciperet Imperium. & ita ille ſibi Diademate impoſito Romanorum declaratur Imperator. Verum antequàm hæc fierent, è fuga redeunti Michaeli Imperatori, quum iam ad Regiam vrbem appropinquaſſet, Ioannes Exabulius ei obuiam factus, hortabatur, vt infortunium forti, ac magno animo ferret, & ſimul percunctatus eſt quemnam exercitus ducem reliquiſſet: ille verò Leonem, reſpondit, exercitus Orientis, ducem virum prudentiſſimum, Imperijq́; amantiſsimum: Quo audito, Exabulius, mihi videris, inquit, ò Imperator multum aberrare, neque ſatis rectè hominis ingenium nouiſſe: quibus dictis, necdum in regiam Imperatore ingreſſo, Leo declaratus Imperator renunciabatur. qua quidē fama perturbatus Michael ipſe Imperator, quum ſecum cogitaret, quidnam facto opus eſſet, quidā modis omnibus retinendum Imperium, & Tyranno pro viribus reſiſtendum cenſebant. At ille, quòd pacis natura ſtudioſus eſſet, ſeq́; in eas res conijcere recuſaret, quarum incertus foret euentus, ſibi id perſuadentes increpabat, ne ſe ad domeſticas, & inteſtinas ciuium cœdes irritarent. Et quendam è ſuis intimis familiaribus ad Leonē cum Imperij miſit inſignibus. Diademate, purpurea veſte, & coccotinctis calciamentis, ille ſe regia ſede ceſſurum pollicitus. ſatius arbitratus, vel ipſam vitam profundere, quàm paruam chriſtiani ſanguinis guttam effuſam intueri, veniret ipſe modò omni abiecto metu, atque ambiguitate, regiamq́; acciperet. At Procopia Regina ijs, quæ fierent aduerſata, pulchramq́; ſepulturam regiam dictitans, vbi minus perſuaſit ſuprema dicta oratione graue, immo grauiſsimum eſſe, ſi Tyranni coniunx regium modiolum indueretur, in eius nomen illudens, quam Barcan nominauit, de componendis rebus ſuis cogitabat. Et qui cum Imperatore erant, in his verſabantur. Tyrannus verò per auream portam ab exercitu, & populo Senatuq́; laudibus celebratus, templum petijt, quod eſt in ſtudijs prodromi, atque inde ſatellitibus conſtipatus regiam occupat, qui quum in auro triclinio Deo, pro introitu preces adhibiturus eſſet, exutus quam forte ferebat veſtem Michaeli, eorū, qui equos curarent, principi, eam tradidit, quam ille ſtatim induit,

Modiolū vocat genus indumenti.

idq́;

Digitized by Google

idq; factum qui cóſpicati ſunt, pro homine acceperunt, quaſi poſt Leonem ipſe eſſet Imperium excepturus: alia item veſte ſumpta Imperator, quum ad templū, quod eſt in palatijs ſe reciperet, ponè inſequens Michael, & ſegniter, ac petulãter incedens, extremam imperatoriæ veſtis partem conculcauit. Hoc malum omen arbitratus eſt Leo, ex quo res innouatum iri ſuſpicabatur. Quum tamen in regiã Tyrannus ingreſſus traditum ſibi nullo negotio regnum multis cum difficultatibus, & haud mediocri perturbatione obtinuiſſet, Michael Imperator, eiusq; vxor Procopia cum liberis, in Dei Genitricis templum, quod pharus nuncupatur, ſupplices confugere, quos inde abſtractos Tyrannus ab ſeſe diſiunxit, & Michaelem in monaſterium, quod eſt in prima inſula extorrem relegauit, vbi ille abiecto capillorum ornatu, quod reliquum ſibi erat, tranſegit vitæ tempus. Theophilactumq; eius natu maiorem filium vnà cum matre, ac reliquis fratribus exulare iuſſit. atque hæc ità geſta ſunt.

Eſt autem operæ precium illius quoque Monachi, qui in Philomilio exercebatur prædictionis meminiſſe. Quidam enim vir admodum Illuſtri loco natus Bardanius nomine, cognomento Turcus, vnus è principibus ſenatus, ac patritiatus ornatus dignitate, & domeſticus ſcholarum, ideſt præfectus cohortium Oriẽtis, Tyrannidem ſemper ſtudens inuadere, Imperioq; ſi poſſet, potiri, ſemperq; contrarijs diſtractus conſilijs, & Imperij amore flagrans, & rei perficiendæ incertum exitum metuẽs. atque exhorreſcens; poſtquàm fama accepit in Philomilio, incluſum eſſe quendam Monachum, ſumma virtute præditum, qui exiſtimabatur vulgò poſſe futura prædicere, cum eo conſilium ſuum communicandum, eiusq; ſuper ea re ſententiam explorandam ſtatuit. id meditatus, ſimulataq; venatione ſecum Leonem aſſumpſit, tum ob oris dignitatem, & generoſam indolem, tum quòd multis ornatus ciuilis ſplendoris inſignibus, ſibi miniſtraret, & inter eos, qui curarent equos, principatum obtineret, & cum ipſo Michaelẽ ex Amonio Balbum, de quo pauloante meminimus, & quendam prætereà Thomam ex Armenijs oriundum, ſed ad Zaguri paludem incolentem: Iuſſa igitur ſe comitãte turba, alicubi manere, ipſe cum ijs, quos diximus, ad Monachi luſtrum ſe confert, ad quem ſolus ingreſſus, conſilium ſuum cum eo communicat; Monachus, auditis, quæ ille dixerat, ſtatim ab incepto eum deterrere, teſtariq;, niſi ſibi dicto obediens, ab ſibi propoſita re deſiſteret, fore, vt oculorum lumine amiſſo, omnibus quoq; fortunis ſpoliaretur: quibus dictis, adeò animum deſpondit, vt præ dolore ferè amens fieret: attamen ſolutis vſitatis votis, iamq; abituro Duce, adductoq;, quo vehebatur, equo, cuius frenum Michael detinebat, dextram ſellæ equeſtris baſim Thomas, at Leo ſubierat ducem inſcenſurum equum, proſpiciens è feneſtra Monachus, & supernè viros illos intuitus; reuerti ad ſe Bardanium iubet, qui maxima lætitia, quòd reuocaretur, affectus, dicto citius, equo deſiliens, curſu ad Monachum contendit, ratus aliquid, quod ſibi voluptati foret, ſe auditurum. quum autem propius acceſſiſſet, tibi quidem, ò Dux, Monachus, inquit, conſulo, teq; hortor, vt ne in animum quidem prorſus inijcias

incœpta

incępta perficiendi cogitationem vllam, certò enim ſcio, & oculorum cæcitatem, & bonorum amiſsionem inde conſecuturum. Illi verò tres viri, qui tibi equum adduxere, primus, qui te ſublimem tulit, quum equum eſſes conſcenſurus, & qui frenum detinebat, ſecundus potietur Imperio, tertius qui dextri tui pedis baſim ſuſtinens, tibi miniſtrabat, id aſſequetur, vt declaretur, dumtaxat, Imperator, non tamen Imperij compos fiat, immò leto maxime miſerabili finiet vitam. quæ audita Bardanius irridere abiecta, quam de monacho antea conceperat, opinione, & pro uate, ac futurorum prouido, præſtigiatorem vocare, & nihil eum ante cognouiſſe ex ijs, quæ euentura eſſent, ratiocinari, vt par erat, a perſonarum qualitate, ac prædictionem conuitijs inſectari, ſi vir patricius, quiq; in domeſticorum ſede conſediſſet, & plurima potentia præditus, ac genere illuſtris, è clara familia, non poſſit optata adipiſci: Viri autem ignobiles, & obſcuro loco nati, ſibiq; ſeruientes, quiq; ne à quibus maioribus quidem orti eſſent, dicere haberent, ad Imperij ſupremam dignitatem eueherentur. Quum ita illuſiſſet, ac ſubſannaſſet, quæ dicta fuerant, ad ſuum redijt Imperium, & cum coniuratis collocutus contrà Imperatorem manum ſuſtollit. Nicephorus erat à Genicis, qui tunc Imperij habenas moderabatur, coactaq; quàmplurima manu, & declaratur Imperator circum Bithyniam caſtra locat, at Imperator nuper cognita Bardanij conſpiratione, idoneas contra ipſum copias mittit. quumq; iam exercitus inter ſe manus eſſent conſerturi. Bardanius veniam petit, & malorum obliuionem, quam ipſi iureiurando obſtrictam Nicephorus conceſsit, eumq; in primam inſulam ad agrum à ſe ibi ſtudioſè excultum extorrem relegauit. nec adeò multò poſt. milites quidam è Lycaonia, ſiue proprio impetu, ſiue quòd ità fieri mandaſſet Imperator, impetu in agrum facto, Bardanium excæcant; & ad magnum Dei templum confugiunt. Leo, & Michael, & Thomas, vt diximus, Bardanio inſeruientes, excitata ſeditione, ad Imperatorem Nicephorum ſeſe applicuere: quorum Leo fœderatorum legionis dux declaratus fuit. Michaeli Balbo cohortis comitis Imperium committitur. Thomas vſque ad rerum exitum ſuo domino fidem inuiolatam ſeruauit. Excurſione autem quadam tunc à Saracenis contra Romanos facta, Leo, qui eodem tempore legatus erat illius Imperatoris, qui exercitui orientis præerat, cum ijs copijs, quas habebat, cum Agarenis congreditur, & trophęa ſtatuit, nomenq; ex ea re adeptus, ab Imperatore Michaele, iam Nicephoro interfecto, patricia decoratur dignitate. atque hæc ità acciderunt. Non erit fortaſſe ab inſtituto noſtro alienum, hoc loco narrare, quomodo Imperatori Michaeli prædicta fuerit Imperij amiſsio. Puella quædam erat Michaeli ſanguine coniuncta, hæc quoties luna cum ſole coiret inſaniæ morbo capiebatur. Quũ igitur id ei accideret, in quendã locum ſe recipiens, vbi bos, & leo lapidei ſtabãt, à quibus loco Bucoleo impoſitum eſt cognomen, cõtra Imperatorẽ exclamabat clariore voce, deſcende, deſcende, cede alienis. Id ſæpius factum, adeo obſtupefecit Imperatorem, vt in curas haud vulgares illum inijceret. qua communicata re cum

Digitized by Google

ta re cum familiari, atque domeſtico quodam Theodoto Michaelis Patricij Meliſſini filio, cognomento Caſſitera, quæ dicerentur, experiri ſtudioſe curauit:at ille, ſua explicata ſententia, ita faciendum cenſuit, Vt poſtquam furore correpta fuiſſet puella, detineretur, interrogareturq; ad quemnam palatij domus pertineret: & quale eſſet huiuſce ſibi rei indicium. ita factum eſt, Theodoto rei operam nauante. & mulier morbo occupata, atque interrogata, indicat Leonem declaratum iri, eiusq; formam, atque effigiem, additq;, abiret ipſe in arcem, vbi duobus viris occurreret, quorum alteris, qui mulo veheretur, omnino Imperium conſecuturus eſſet. hæc igitur dixit illa. Theodotus verò in locum demonſtratum ſummo ſtudio abire contendit, deprehenſoq; ex indicijs homine, nihil mentitam fuiſſe mulierem cognouit: ſed Imperatori eorum, quæ cognouiſſet, renunciauit nihil, immò mulieris vana verba, & loquacitatem accuſabat: quæ nullius præſeferret veritatis veſtigium, ſed manu captum Leonem, quum in Pauli Apoſtoli templum duxiſſet, quod eſt ad locum, vbi pupilli educantur, data, acceptaq; fide, ei aperit quæcumque viderat, ita tamen, vt quod reuera acciderat, diſsimulans, aſſereret ea de re Diuino oraculo ſe certiorem factum: Romani Imperij Leonem omnino compotem futurum. quod ſi euentu res prædicta comprobaretur, petebat, ne ſine præmio ob lætum illud nuntium ſe abire permitteret. Cui Leo, ſi res ad exitum perduceretur, pollicitus eſt quicquid optaſſet, id omne illũ a ſe conſecuturũ. Verùm hæc ita geſta ſunt. accidit autem, vt bellum inter Bulgaros, Romanosq;, vt ſupra diximus, conflatum, quam maxime foueretur, cum multis alijs de cauſis: tum verò ea, quæ mox a nobis explicabitur.

Bulgari quidam a ſedibus patrijs profecti, omnem nationem Romanorum occupant, & ab Imperatore Michaele admiſsi, diuerſis in locis ad incolendum diſponuntur. & quidam Romani, ex ijs, qui capti fuerant ſuperioribus prælijs, ſolutis ergaſtulis, in ſuas patrias rediere. Hos omnes ſibi reddi Crumus Bulgarorum Imperator flagitabat: quibuſdam Romanorum ea viſa eſt laudabilis reſtitutio, cui & Imperator, & nonnulli graui auctoritate monachi aſſentiebantur, rati tranſfugis redditis, a Barbarorum rapinis, ac præda ſe liberatum iri. alij verò hanc ſententiam minimè probabant, quorum princeps erat Nicephorus Patriarcha, & Magiſter Theoctiſtus, cui tunc virtutis, & prudentiæ primas deferebant; alijq; non pauci, qui omnia ſua Diuino arbitrio ſe permittere aſſeuerabant, neq; velle, relicto Dei omnipotentis auxilio, Barbari ſibi arrogantiam conciliare. Quum igitur nullo pacto accepta fuiſſet Crumi conditio, bellum, quod ſupra diximus, exarſit, & fuga, multaq; Romanorum pernicies eſt inſecuta, aliter Deo, vt par eſt, decernente. Tunc verò Imperium adeptus Leo, Thomam vnum ex iis tribus, quos ſuperius demonſtrauimus interfuiſſe cum Bardanio, quando acceſſit ad Monachum in philemilio, virum iuuenem, & promptum fœderatorum legioni præfecit, & Michaelem Balbum, alterum item ex tribus, cuius filium è ſacra piſcina ſuſceperat, patricium declarauit, & ſcholæ excubitorum comitem, aliaq; ad Imperium pertinentia pro libidine moderabatur. At Bulgari ſuperiore

riore clade Romanorum magis elati, per Thraciam excurſiones facere, & obuia quæque intendere, ac prædari. Viſum eſt igitur Imperatori faciendum, vt legationem de pace mitteret. Sed Bulgaro ſuperbia inflato, paceq́; recuſante, coactus eſt, prælium neceſſario committere Imperator, igitur coactis vtrinque copijs, ingens conflata eſt pugna. rurſusq́; victus eſt Romanus exercitus. quum verò Bulgari perſequendis hoſtibus incumberet, Imperator è quodam ſuperiore loco cum ijs, quos ſecum habebat, ſodalibus, quæ fierent ſpeculabatur. quumq́; animaduertiſſet, Bulgaros incompoſitos nullo ordine fugientes, perſequi, ſuos adhortatus, ac ſupplicans, vt ſe viros bonos, ac ſtrenuos præberent, neuè Romanorum gloriam ad nihilum redigi ſinerent, magno, ac repentino impetu in hoſtes inuadit, quo nec opinato, cum obuios quoſque côuertiſſet, reliquum quoque Bulgarorum exercitum repentina re perculit, & perturbationis, ac metus adeò impleuit, vt nemo virtutis eſſet memor. Horum in ipſa dimicatione complures cecidere, in quibus ipſe quoque ſummus Imperator, quamuis citò à domeſticis equo celeri impoſitus fuga ſaluti ſuæ conſuluerit. capti ſunt etiam ijs, qui cecidere, multo plures. Hæc res Bulgarorum faſtum depreſsit, & Romanorum inclinatas iam res, & pœnè profligatas erexit, & bonum animum, confidentiamq́; illis attulit. Imperator autem cum ſplendidis trophœis, & ingenti præda in. Vrbem regiam reuerſus, præſentibus rebus moderandis intêtus erat, quumq́; eius animum ſubijſſet nuper monachi illius in philomilio memoria, ſtatuit cum donis, ac muneribus pro ijs, quæ ſibi prædixerat, remunerandum. miſit igitur quendam fideliſsimum, cum muneribus & ſupellectili, vaſisq́; tum argenteis, tum aureis, & aromatum generibus ijs, quæ ad nos ex India comportari odorata conſueuere. Verùm Monachus ille anteà diem ſuum obierat, & in eius cella alius quidam ſucceſſor illius commorabatur nomine Sabbatius, impiæ eorum ſectæ profeſſor. qui quòd aduerſus imagines ſacras bellum ſuſcepere, vocantur εἰκονομάχοι, ad hunc vbi peruenit ab Imperatore miſſus vir, contendebat, vt ſuo præceptori ab Imperatore miſſa acciperet, & literis, precibusq́; ei gratiam referret. at ille dona prorſus recuſauit, ipſumq́; quàmprimùm retro abire iuſsit, indignum aſſerens Imperatorem purpura, vt potè qui idolis eſſet addictus, quiq́; Irenes Reginæ, & Taraſij Patriarchæ verbis fidem haberet, quorum alteram videlicet Irenem παρδὰ & θυάδα, ideſt, feram, & ſacrificulam: alterum celebrem Patriarcham Taraxium appellabat, improbus; minatus eſt item celerem Imperij amiſsionem, ac vitæ finem, niſi quamprimùm ſuis monitis obtemperans, euertendos curet inſcriptos in columnis titulos: acceptis autem literis Imperator, & a nuntio cognitis, quæcunque Monachus dixerat, quæq́; ille audierat, confuſionis, ac perturbationis plenus, Theodotum Meliſſenum accerſiuit. quo cum re communicata, quidnam facto opus eſſet conſultabat; ille verò iampridem huiuſcemodi ſectæ deditus, & occaſionem quærens, qua impietatem poſſet libere profiteri, tale dat Imperatori conſilium, monachum quendam, aſſerens, operum admirabilium, atq́; incredibilium effectorem, qui ad Dagiſtem habitaret, cum

Dagiſtes locus.

ipſo

ipſo rem communicandam,& quodcūq; ille perſuaderet exequendū,dixit.Hæc Imperatori locutus,ab eo ſtatim ad Monachum ſe cōtulit, eumq; ità alloquitur.

Nocte,quę diem hanc inſequetur,ad te accedet Imperator,veſte admodū vili indutus,de fide percontaturus,& de alijs quibuſdam rebus maximè neceſſarijs, tu verò memineris,& breuem vitæ exitum,& Imperij amiſſionē ipſi cōminari,niſi ſpontè Leonis Imperatoris Iſaurici dogmati conſentiat, & è ſacris tēplis extermmet idola,hoc nomine ſacras appellans imagines. Si verò dictis obtēperet,polliceri tum diuturnam vitam,tum Imperij fortunatam, & longinquā adminiſtrationē:ità erudito Monacho,& de ijs,quæ Imperatori dicturus eſſet edocto,reuertitur, ac paulòpoſt nocte adducto ſecū humili habitu Imperatore, ad Monachū accedit,iamq; incæpto colloquio,quum Monachus proximè Imperatorem conſtitiſſet,quaſi diuini numinis afflatu,prius nouiſſet Imperatoriam dignitatē,non rectè facis,inquit, ò Imperator,quū nos decipis priuata veſte indutus, intrà quā tegis occultū Imperatorē,verùm tametſi tu hoc diſſimulas,attamen diuini ſpiritus gratia haud quaquam permiſit,nos à te falli diutius.quod vt audiuit Imperator,neq; potuit regiā dignitatem tenui habitu occultare, perculſus eſt admiratione,vt par erat. quippe cum cōmentum ignoraret,& Monachum, vt virum diuinum ſuſpexit,& imperata ſibi ab eo promptè, & primo quoq; tempore ſe facturū pollicitus eſt,& auguſtarū imaginum demolitionē decernit, ac primo clā conſyderabat,qua ratione poſſet inceptū ad exitum pduci, ne qua ſeditio excitaret in eccleſia:Deinde in aptum dogma protulit.& eorum,qui magiſtratus gerebāt, & qui præerant eccleſiæ,alij volūtate,alij inuiti edicto ſuccubuere.coactus eſt itē magnus vir Nicephorus, & illuſtris Patriarcha, in demolitione ſanctorū notari, quē nulla ratione imperio obſecutū in pconeſū relegauit, iāpridē præſentientē, vt Leo,mutato in peius conſilio,cōfundet,& perturbabit eccleſias: Viſa eſt.n.Beato Nicephoro,quū diadema capiti Imperatoris imponeret, ſpinis,ac tribulis manus cōfigi:idq; indiciū,& omen habuit futurorū deinceps malorū. Quū verò adduceretur in exilium;magnus ille vir, Theophanes cōfeſſor præfectus manſionis agri,cognita illius diuini ſpiritus afflatu trāſmiſſione,in agro quodā cōmorās,thure,& facibus eū naui vectū perſequebatur.at ipſe Patriarcha ſupremis venerationis indicijs benignè excipiebat,& extētæ manus benedictione illū viciſſim ſalutabat,nō conſpectus non conſpectū,ſed ſpiritalibus oculis alter alterū intuentes,& debitū vterq; cultū reddentes.quūq; quidā ex ijs,qui ſimul nauigabāt,Patriarchā interrogaſſent,quēnam ſublatis manibus, ò Dn̄e, ſalutabas, ſanctiſſimū, inquit, cōfeſſorē Theophanē agri ducē,qui nos facibus excipit,ac thure, atq; Patriarchæ prædictio haud multò poſt rei euentu comprobata eſt; nam cum multis alijs ab eccleſia ſeparatus,multiſq; atq; adeò infinitis calamitatibus conflictatus, confeſſionis adeptus eſt coronā, non amplius in reliquū conſpectu Patriarchæ dignatus,vt ne in hoc quidē ipſius prædictio aberraret.verū Patriarchæ relegati,vt diximus,exilio, ad ſupremi ſacerdotij ſedē aſcendit,immeritò ipſa die reſurrectionis Dn̄i, Theodot⁹ Meliſſenus, quē caſſiterā appellari antea demōſtrauimus.Hic ade

Digitized by Google

ptus pontificatū opitulante ſibi Imperatoris potentia, nō occultè iā, & remotis arbitris in angulis, ſed in aperto, & palā, ac liberè Iconomachorū ſectā publica lege ſanxit; ſed Leo Imperator, & victoria, quā antè diximus, de Bulgaris reportata, inflatus, & paulò antè contrà Arabas ſecundā nactus fortunā, ob ſuperbiā intolerabilis erat, & ad nimiā auſteritatē, crudelitatāq; propēſus, ità ſe gerebat, vt eius iracundia ſedari nequiret, & peccatorum ſeueriſſimus vindex difficiles aditus ad ſe accedere cupiētibus præbebat, & vix conſuli poterat, paruisq; peccatis magna inferēs ſupplicia, alijs manus, alijs pedes, alijs alios ex maxime neceſſarijs artubus excidendos curabat: quos ita exciſos in via militari videbat appendi, forte ad ſpectantium terrorem, ac metum, ex quo odium ſibi apud omnes ſubiectos populos conflauit, quod maximè ea, quæ ſequuntur auxere: Neque enim ſolum contra homines eadem, qua ipſe natura præditos elatus deſæuiebat: verùm etiam contra ipſam piam fidem debacchabatur, ac Deum; idoneum ad hoc nactus miniſtrum virum quendam ob improbitatē inſignem, cantorum in pa latio legionis præfectum, extrinſecus religionem, ac pietatem erga Deum præ ſe ferentem: intrinſecus verò quaſi in profunda ouis pelle lupum occultantē, iſte impius, quū dixiſſet, idoneum tempus illud, quo in eccleſia ex loco, vnde exaudiri poſſit, clariſſima voce exclamantis Eſaiæ prophetæ legi prophetia illa conſueuit, Cui aſſimilaſtis Dn̄m, & cui aſſimilaſtis eum? num imaginem facit faber, aut aurifex auro conflato circum deaurauit ipſam, aut ſimilitudinem conſtruxit ei? & quæ in ipſa Prophetia ſequuntur. propè accedens in aurem dicit Imperatori, attende ijs quę dicuntur, Imperator, neque te verum lateat, & talem approba cultū, qualem tibi propheta præſcribit. hæc locutus in eius mentē maius illius ſectæ venenum inſtillauit; ita vt quem prius non ſine metu, atque hæſitatione cultum promulgare feſtinabat, hunc aperto ore atq; impudenter, & quod dictu grauius eſt, minis, ac periculis ſuſcipi cogeret. quicumque igitur emolliti veritatem prodiderant, ij ſine metu degebant. at, qui ſceleratiſſimo ipſius Imperio minimè paruerant, ſupplicijs, & calamitatibus ijs affligebātur, quibus remedium erat nullum. & quamuis ille adeò impius eſſet, & iniquus, attamen ad ſuſcipiendam publicarum rerū adminiſtrationem, quàm maximè vigilans, & induſtrius, nihil cuiquā eorū, quæ opus facto eſſent, & vtilia, reliquum faciebat, & aiunt poſt eius mortē Nicephorū Patriarcham dixiſſe, Reſpub. Romanorum & ſi impium, at certè magnū præſidē amiſit, & pterquàm q̄ publica accuratè, ac ſobriè adminiſtraret, ſontibus quoq; infeſtiſſimus erat. Olim igitur quū è palatio exiret Imperator, ad eū acceſſit quidā conquerens à neſcio quo ſenatorij ordinis viro ereptā ſibi vxorē, quamuis inquit, apud vrbis præfectū hac de re conqueſtus fuerim, non tn̄ illatā mihi iniuriā vltus eſt. Igitur Imperator, audita viri illius oratione, ſtatim & accuſatū ſenatorē, & Vrbis præfectū ad ſe redeuntē accerſiri iuſſit. iamq; redeunti præſto ei fuere, & iniuriā paſſus, ac pęnas repoſcens, & qui patrarat nefariū illud facinus, & ipſe pręfectus. quūq; iuſſiſſet Imperator ſupplicē narrare quæ paſſus fuerat, ille oēm rē à principio explicauit: reus verò criminis vbi non potuit obiecta ſibi diluere mani

feſtis

feſtis vndiq; cōprehenſus indicijs,facinus cōfeſſus eſt. Interrogatus itē pfectus ab Imperatore cur nō debitas facinori pęnas irrogaſſet, vbi ille quoq; obmuteſcens nihil reſpondit,& ipſum magiſtratu abdicauit, & adulterum pœnis à lege conſti tutis puniri iuſſit. plura moderabatur in lauſiaço triclinio ſedens, & exercitus du ces,ac præfectos,& principes eos creabat,qui præſtarent cæteris dignitate,neque poſſent facilè corrumpi pecunia,quā ipſe maximè cōtemnebat,quamplurimum ſtudij in moderanda voce collocabat,quū vellet optimus muſicus videri, quāuis voce ita diſſona præditus eſſet,vt inconcinnus, & ad muſicos verſus minus idoneus haberetur.conſueuerat autem in concinendis pſalmis, laudes ipſe incipere, præſertim in ipſo Chriſti ortu quum celebritatis ipſius canones pſallerentur,cantiones enim præcinebat aſperiore, atque adeò agreſti voce. Quum verò ſeptimi cantici verſum illum inciperet dicentem, omnibus imperantis Regis deſyderio contempti ſunt, auditoribus riſum mouebat, quod Dei metum contempſiſſet dæmonum partibus addictus, propterea quòd ſacroſanctas imagines repudiaſſet: in hoc ſtatu res erant Imperatoris. Michael autem ex Amorio, ſuperioribus ſemper aduerſus,& vlterius progreſſus,impietatis eſt accuſatus, qua calumnia,& ſi ægrè,ac difficulter,confutata,tamen ab Imperatore emittitur, vt ſubiectum ſibi populum doceat imperata. erat autem Michael non ad alia omnia vitia modo propenſus,verùm etiam linguæ incontinentia ita laborabat,vt arcana cordis patefaciens,ea contemneret,ſiquidem quodcumque accideret, apertè loqui, & in ipſum Imperatorē indecora verba conijcere minariq; ei imperij perniciē,eiusq; vxori nuptias haud legitimas obiectare. Quæ audiens Imperator primū artificio ſe conabatur ſimulata rei cognitione ipſum a linguę incontinentia cōprimere,& à peſsimis eum conſilijs deterrere.nouerat enim turpiſsimo morbo illum effreni linguæ inſeruientem.vbi verò admonitionibus, ac minis, quandocumque ſibi daretur facultas vtens, vt ſtatim diceret, inficiantem quæ dicerentur offendit, rurſusq; ſecuritatem adeptum ab incœpto minimè deſiſtere,exploratores qui auribus dicta perciperent,imprudenti adhibuit. ij quum illum conuiuijs, & commeſſationibus ſæpius à mente deductum puro vino offendiſſent, ac priſtinis incœptis incumbentem ad Imperatorem deferunt,& ad faciendum rei fidem aſcitus eſt Exabulius vir prudens,& familiaris Imperatoris: neque ignotus Michaeli. hic ipſum a linguæ incontinentia refrenare conatus, hortatusq;, vt ſileret, neuē ſic importuna vſus loquendi libertate in apertum ſeſe periculum inijceret: vbi vidit id ei perſuaderi non poſſe, omnia illius conſilia patefacit Imperatori, & pridie illius diei, qua ſecundum carnem CHRISTVS DEVS noſter natus eſt, Imperator ipſe acceptis indicijs in ſuggeſto, quod eſt in Aſcretæis conſedit, & accuratam de ijs, quæ ſibi indicata fuerant, habuit quæſtionem. Conuincitur igitur Michael euidentibus argumentis contra Tyrannidem conſpiraſſe. & in ipſum ſententia pronunciatur, in ignem iniecto in fornace balnei,quod eſt in palatio,ei vitam finiendam: ità,vt illi tragœdiæ ſpectator interſit Imperator; vinctus igitur ad necem ducebatur.inſequente Imperatore,

Digitized by Google

qui ſpectator ſupplicij eſſe cupiebat. Interim verò, dum pertrāſirent ſpatium illud, quod intererat, Regina Theodoſia Arſaberis filia, quum didiciſſet, quod mox faciendum erat, maxima celeritate egreditur è thalamo, veluti bacchico furore, & inſania concitata, & ad Imperatorem accedens, impium, & Deo repugnā tem vocare, qui ne diuinæ quidem diei parceret, præſertim cùm Diuini corporis eſſet particeps futurus: & ab incœpto prohibere, atque ità ille metuens, ne Deum offenderet, in præſenti quidem ei ſalutem decernit, ferreisq; compedibus vinctum Michaelem ſibi reſeruata cuſtodiæ illius claui, Papiæ eum cuſtodiendum committit, & ad coniugem reuerſus, Ego ò mulier, inquit, tuæ obſecutus inſaniæ, quod iuſsiſti, feci, tu autem haud multò poſt, videbis mei ventris germina proditura. quàmuis hodie me à peccato liberaſti. ita futurum tametſi a prophetico ſpiritu procul abeſſet, verè prædixit, aiuntq; fuiſſe ei ſuperne redditum oraculum die, qua Chriſtus Deus noſter natus eſt ſecundum carnem, decretum eſſe vt amiſſa regia fęlicitate, vnà cum Imperio vitam quoque ipſam perderet. erat autem oraculum Sibyllinum in quodam Imperatoriæ Bibliothecæ libro conſcriptum, qui non oracula tantùm continebat, ſed etiam formas, & figuras eorum qui crearentur Imperatores. Erat autem fera Leonis forma prædita in eo libro, & ſuper ipſius dorſi ſpina inſcripta erat, x̄ı, littera, quæ vſque ad ipſum ventrem pertinebat, à tergo quidam vir accurrens letalem plagam haſta ipſi feræ per medium. x̄ı. infligebat. præſeferēte vero oraculo obſcuritatem, ſolus ipſum, qui tunc quæſtor erat, aperuit indicauitq; ipſa die ortus Chriſti Imperatorem pernicioſa morte interfectum iri. neque minus Imperatorem paueſecit, eiq; terrorem attulit, quòd in ſomnis propria parens viderat. Exiſtimauit enim ſe ad templum illud, quod eſt in Blachernis Dei genitricis crebrò aduentantem puellæ cuidam obuiam fieri viris albis veſtibus indutis conſtipatæ. vidit autem ſacrum templū ſanguine compleri, conſpectamq; puellam, vni ex ijs, qui albis veſtibus induti eſſent, imperare, vt ollam ſanguinis plenam Leonis matri bibendam traderet. Quumq; ipſa multorum annorum viduitatem excuſaret, quibus neque carnes, neque aliquid omnino ſanguine præditum guſtaſſet; & quomodo, inquit, puella irata, non deſinit tuus filius multo me ſanguine perfundere, ac filium meum, & Deum irritare? ex eo tempore ipſa filio multùm ſupplicare, vt impiam Eiconomachorum ſectam deſereret. Aliud item ſomnium haud mediocriter illum perturbabat. Taraſius enim Illuſtris Patriarcha, qui pridem vitam cum morte commutauerat, videbatur in ſomnis quemdam Michaelem nomine appellare, hortariq; vt impetu in Leonem facto, eum letali plaga percuteret. exagitabat ipſum quoque Monachi illius in Philomilio prædicto, & veſtis, qua mutata ſe induit Michael, vt ſupra diximus. quibus omnibus deterritus & metu tremebat, & animo æſtuabat, & idcirco in ſomnis totam illam noctem ducens, ſapientius potius inijt conſilium, quàm regium: perfractaq; ianua, quæ ducebat ad Papiam, quæ intus fierent, ſpeculabatur. ingreſſuſq; in quandam domunculam, ſpectaculum cernit eiuſmodi, quod haud mediocriter ipſum obſtupefecit:

Digitized by Google

cit: Siquidem vidit capitis damnatum in alto lecto admodum magnificè decumbentem, ipſum vero Papiam in arido pauimento iacentem, & ſtudioſius progreſsus Michaelem contemplabatur, an quod vſu venire ſolet ijs, qui periclitantur, quibusq; in dubio eſt vitæ ſalus, ſomnum quemdam minus profundum, ſed curis interruptum obdormiſceret. an verò contra curarum expertem, atque iucundum, ſed vt comperit arctius occupatum ſomno, neque enim ipſum contingens excitare potuit, maiore ob nec hæc opinata ſpectacula exarſit iracundia, & inde ſilentio abiens, malum tum ipſi, tum Papiæ moliebatur, atque in his verſabatur Imperator, neque hæc eos latuere, qui cum Papia erant, verum quidam ex ijs, qui antè Michaelem excubabant, qui à purpureis calciamentis deprehenderat Imperatorem, omnia accuratè renunciauit. quibus vehementer perturbati, & ferè amentes effecti, qui cum Papia erant, cogitabant, qua ratione ſibi imminens periculum euitarent. Iamque dies illuxerat, & tale Michael commentum comminiſcitur, velle ſe ſimulat quaſdam animæ ſordes alicui religioſo viro per Theoctiſtum indicare, quem poſtea Canicleï dignitate exornandum curauit. Igitur conceſſum id fuit ab Imperatore. At Michael licentiam adeptus tempus eſt, inquit, ò Theoctiſte, coniuratis interminari, niſi maturius properent, à periculo nos eripere, rem omnem Imperatori patefactum iri. quod quum feciſſet, vt iuſſus fuerat Theoctiſtus, in ſollicitudinem haud vulgarem incidere conſcij, & conſyderabant, quomodo tum ipſi ſeruarentur, tum eum, qui iam iam mortis periculum aditurus eſſet, liberarent: machinantur igitur conſilium, quod & ipſos à periculis eripuit, & Michaeli præter vitam, regnum quoque conciliauit. Vigebat eo tempore mos quidam non in Regio palatio, vt nūc, tunc enim ſeruari cœpit, vt in templo palatij clerici pſallentes commorentur, ſed in priuatis domibus, & tertia circiter noctis vigilia ad Elephantinam congregari, & inde ad eccleſiam abire, Deoq; matutinas preces adhibere, cum his coniurati tunc commiſti, ſub ala pugiones deferentes, ſimul ingreſſi ſunt, & in obſcuro quodam tēpli loco, quaſi in inſidijs diſpoſiti, ſignum expectabant. vbi verò hymnus perficiebatur, iamq; aderat Imperator, &, vt conſueuerat, hymnum illum præcinebat, omnibus imperantis Regis deſyderio contempti ſunt. erat enim, vt diximus, abſurda, & abſona voce præditus. tunc facto confertim impetu coniurati, prima quidem aggreſſione errarunt, decepti enim inuaſerunt cleri præfectum, ſiue quòd corpore ſimilis eſſet Imperatori, ſiue ſimili capitis tegumento, quippe cùm tempeſtas anni frigida eſſet, & hyberna, atque idcircò omnes denſioribus vterentur indumentis, & altiſsimis pileis capita velarent. verùm cleri dux dempto è capite pileo periculum propulſauit: ſibiq; ſalutem caluitiæ quæſiuit. Imperator autem cognitis inſidijs intra adyta altaris ingreſſus eſt, arreptaq; thuribuli catena, vel, vt quidam tradunt, ſacra cruce, percutientium ictus excipiebat. Verùm coniurati ſimul conferti, non diuiſi, accurrentes alius caput, alius viſcera, alius aliam corporis partem vulnerabant, & aliquantulum temporis ille reſiſtit, cruce ſacra gladiorum impetus repellens, ſed vndique veluti fera

appetitus,

appetitus, ac vulneribus deſatigatus ad extremum, quum quemdam ſtatura gigantem, plagam ſibi inferentem conſpicatus eſſet, iureiurando per gratiam in templo habitantem obteſtabatur, atque, vt ſibi parceret, obſecrabat: generoſus iſte vir a Cramnonitis ducebat originem. Verùm ille non iuſiurãdi tempus eſt, inquit, ſed cędis, & ſimul aduerſa plaga eius manum ita percuſsit, vt non ſolùm eam à claue abſcinderet: ſed etiam eodem ictu crucis cornu amputaret. eiq;, qui iam vulneribus confectus occubuerat, quidam præcidit caput. talem habuit vitæ exitum Leo, menſe Decembri, hora circiter decima noctis. Quum annos ſeptem, menſes quinque regnaſſet, crudeliſſimus, vt ſiquis alius, & ſuperiores omnes Imperatores impietate ſuperans. quibus quidem rebus diligentiam, qua præditus erat, in adminiſtranda Republica & præſentem animi magnitudinem obſcuriorem effecit: aiunt etiam ſtatim vocem de cœlo exauditam: quæ illius interitum multis, vt bonum nuncium prædicebat, quam auditam nautæ quidam & tempore, & nocte deſcriptis, ex rerum euentis veram fuiſſe deprehenderunt, interfecti Leonis cadauer, qui interfecerant, ſine vlla miſericordia per ſcyla ad hyppodromum traxere. omni ſibi iam adempto metu, quòd Regia aula proprijs armis vndique vallata eſſet, è Regia quoque illius vxorem, vna cum quatuor liberis detraxere, Sabbatio. cui poſtquàm declaratus fuerat, alterum nomen impoſitum erat, Conſtantino. Baſilioq; & Georgio, & item Theodoſio, quos in paruum nauigium impoſitos ad primam inſulam vehendos curarunt, vbi omnibus exectis, Theodoſius vita defunctus, eodem, quo parens conditus eſt ſepulchro. Michael verò è cuſtodia Papiæ eductus adhuc pedes ferreis compedibus conſtrictos habens. quòd eorum clauis in Leonis ſinu ſeruabatur, ità, vt ſe ſe habebat, cum vinculis ferreis in Regio Throno conſedit. & ab omnibus, qui tunc in palatio fortè aderant, declaratus Imperator, adoratus eſt. Iamq; meridies erat, & diuulgata vbique fama, fractisq; vinculis mallei violento ictu, nec lotis manibus, nec vllo Dei timore in animum iniecto, neque vlla alia re ex ijs, quæ facto opus erant, perfecta, ad magnum Sophiæ templum proceſſit. cupiens manu Patriarchæ coronari, & totius populi declarationem adipiſci, illis dumtaxat fretus coniuratis, qui facinus patrarant, & cædem; atque hic non temere admirari poſſumus vtrumque, illius dementiam, quòd abijſſet, vbi nullum ex tot, ac tantis adulatoribus habebat, qui ſibi auxilium ferret, quippe quum omnes inſtar ſerpentium luſtra ſubijſſent, huius verò qui ſucceſſit extremam impudentiam, qui eccleſiam ingreſſus eſt, non vt paricida aliquis, aut carnifex manibus cruentis, ſed vt aliquis athleta præmium ferens, vt victor, facto gaudens effuſo cognato ſanguine nõ in loco aliquo profano, ſed apud altare, vbi quotidie pro peccatorum noſtrorum remiſſione dominicus ſanguis effunditur.

Hic locus notandus.

Hunc Michaelem tulit ſuperioris Phrygiæ vrbs Amorium vocata: vbi Iudæorum, & Athinganorum multitudo, & aliorum admodum impiorum antiquitus degit, ex quorum mutuo commercio, & continenti conſuetudine hæreſis quædam nouis moribus, alieniſq; dogmatibus inſtructa naſcitur, vigetq;, cuius ipſe

quoque

Digitized by Google

quoque particeps erat, traditum ſibi à parente cultum obſeruans: hæc Diuini lauacri,& ſalutaris participes eſſe permittit initiatos:ſed alia omnia ſecundum legem Moſaicam iubet obſeruari, excepta circuncisione; habuit magiſtrum Michael,& veluti ducem,a quo myſterijs initiatus eſt,hebræum quemdam, ſiue hebræam domi ſuæ,qui non ſolum in his,quæ ad animam,ſed in ijs etiam, quæ ad adminiſtrationem domus pertinerent, eum erudiebat, & ſic ab eo occupatus, & antè imbutus,nihil ſeruabat incorruptum,ſed erat ille quaſi conſpiratio quædam infidelitatis, deprauata Chriſtianorũ fide, adulterata Iudæorum religione, & aliorum cultu in minimè legitimum commutato,talis effectus,varius, & multiformis,quales,aiũt, in Lybia feras naſci,quæ propter aquarum penuriam inter ſe coactæ commiſcentur.quibus rebus etiam ad imperium euectus, magis exultabat, & gloriabatur, quàm Diademate, & purpurea veſte, bonas diſciplinas vt quæ illum mutare,& ad bonam frugem perducere poſſent, abijciens aſpernabatur;& quædam ſibi propria ſummo ſtudio colebat. hæc autem erát huiuſmodi.Ex ſuibus recenter natis prædicere, quinam bene alendi eſſent,& magnitudinis corporis haud expertes futuri,& quinam contrarijs detinerentur morbis, atque equis proximum, ex illis nouiſſe calcitrones, aſinosq;, calce percutientes, quàm longiſſimè coniectura aſſequi ingenioſè mulorum optimum iudicem eſſe, & ex his ad onera ferẽda idoneos diſcernere,& qui equites aptè ferre poſſent, neque metu aliquo perterrefacti præcipites caderent. equos præterea ab oculorum dumtaxat ictibus dignoſcere, quinam ad currendum robuſti, ac celeres eſſent,& qui in prælijs fortiter ſuſtinentes ſeruarent virtutem:ouiumq;,& animátium fœcunditates,& quænam à natura lactis copiam ſortitæ eſſent,& nuper natos agnos cuiuſnam matris eſſent optimè nouiſſe; & hæc quidem ineuntis ætatis, atque adeo extremæ diſciplinæ dixerim, & quibus gloriabatur, ſtudia fuere, qui vbi iam adoleuit, pauperem vitam illam, quàm diu tolerauerat, modis omnibus à ſe ſtudebat auertere. & olim ſuo Imperatori præſens ſe ipſum lingua balbutiente principem vocauit. quidam verò Athinganus Duci non ignotus, & hunc ipſum Michaelem, & quemdam alium illuſtres futuros haud multò poſt prædicabat,ac breui tempore imperium adepturos: quibus verbis Dux ipſe animo inflãmatus,& futurum quaſi ſpeculo cernens,ſtatuit haud ceſſando occaſionem oblatam obijcere, quam poſtea nanciſci haud facile foret, relictisq; omnibus alijs,qui & genere,& dignitate clariores erant, hoſce viros ad conuiuium vocat,iamq; incaleſcente potu adductas filias hoſpitibus Dux tradidit, & ſponſos illos confitebatur habere ſe primum noua,& incredibili re obſtupefactos. deinde tamen approbantes,& conſentientes, Deiq; & non hominum opus hoc fuiſſe aſſerentes. Verùm hæc ita geſta ſunt. Sed Michael,auribus percepta voce illius, quem modo diximus, Athingani, quaſi diuina quadam prædictione, alteroq; homine accepto, monachi illius in Philomilio ſalutatione, vt paulò antea diximus,Leonis cedem impudentius aggreſſus eſt, & confidentius. Improbus erga illum qui prius de ſe benemeritus erat,illum inquàm,modò dictum, Bardaniũ,

ſed

ſed erga ſecundum improbior, de Leone loquor, qui etiam ipſius filium è ſacro Baptiſmate ſuſceptum, ſibi adoptauerat, & quamuis maximè miſeranda morte Leonem confeciſſet, attamen, & filijs eius & eorum matri partem quamdam ex bonis proſcriptorum ad alimenta vitæ neceſſaria, ſoluendam conſtituit, eiq; rei adminiſtrandæ quoſdam è ſuis liberis præfecit, & Leonis vxorem in monaſterium, quod Dominorum vocabatur, tutam degere, & incolumem iuſſit. Mares verò pueros in prima, vt dictum eſt, inſula, quibus ibidem exectis, Theodoſius deceſſit e vita. Conſtantinus, cui poſtea nomen inditum fuit Baſilius: qui ab exectione mutus effectus, Deum precabatur, vt ſua vox impedita ſolueretur. Supplicabat item Gregorio ob Theologiam claro, qui forte ibi depictus erat in colũna. Audijt igitur ſanctus deprecationem illius. viſaq; eſt Conſtantino ſacra imago dicens. huius diei crepuſculo hac accepta face, legito. qui fide habita ijs, quæ dicebant, accedens clara, & maximè pura voce legit illud. Rurſus IESVS meus. ſolutaq; ipſius voce, & patris amentiam execratus eſt, & erga ſacras imagines pietatem ſeruandam ſtatuit. verùm hæc poſtea. At Michaele iam ſummum adepto imperium, atque ad ipſum ſpectantia, perinde, ac ſibi viſum fuerat gubernante, epiſtolam mittit Illuſtris Patriarcha Nicephorus, qua hortabatur vt admitteret imaginum ſalutationem, & pietatis cultum in priſtinum ſtatum reſtitueret. Verùm Michael reſpondit, ſe neque vt aliquid eorum, quæ ad fidem pertinerent, malè afficeret veniſſe, neque item permiſſurum vt quippiam ex ijs quæ tradita fuerant, quibuſq; conſenſerat innouaretur, aut aboleretur. proinde unuſquiſq; faciat, inquit, quod ſibi viſum fuerit, quodq; concupierit, à laboribus liber, & doloris expers vitam traducens. Verùm ne hoc quidem inſtitutum vſq; ad exitum ſeruauit, quippe, qui neque à principio verus fuerat Chriſtianus. verùm quò magis illius Imperium corroborabatur, eò magis peſſima, & crudeliſſima natura contra Chriſtianos, & ſuos contribules bellum ſuſcitabat. modò monachos execrans, & in omnis generis calamitates inijciens, pœnaſq; excogitatas pœnis addens, modò alios fideles in cuſtodiam tradens, vel relegans in exilium, & hac de cauſa Methodium quoque qui paulò poſt ornatus fuit Patriarchali dignitate, & Euthymium Sardibus eodem tempore præfectum ſuæ voluntati minus obſequentes, neque ſanctarum imaginum negantes honorem ex vrbe expellit. & ſanctum Methodium in cuſtodia ſeruandum tradit in Acritæ Inſula, Beatumq; Euthymium per Theophilum filium interficiendum curat, bouinis loris crudeliter cæſum, & quantum CHRISTI hæreditatem opprimebat, tantum ex altera parte Iudæos à tributis liberos, & immunes iubebat eſſe. quos ille egregiè præter cæteros homines in honore habens, diligebat, propoſuitq; ſibi tamquam ſtimulum quemdam, & propriæ vitæ exemplum ad imitandum Copronymi vitam, ipſumq; accuratiſſimè ſtudebat imitari, & iccircò ad impietatis arcem peruenit, modò lege præcipiens die ſabbati ieiunandum, modò contra ſanctos Prophetas linguas exacuens, modò futuram reſurrectionem contemnẽs, & indè promiſſa bona calumnians, diabolumq; ne reperiri quidem affirmans, quippe de

quo

Digitized by Google

quo Moſes nihil tradiderit, adulterium comprobat, & in omnibus Deum iurandum lege ſanxit. Diem feſtum paſchæ ſalutaris malè, nec ſuo tempore coli irridens, & quaſi græcam diſciplinam fortaſsè execrans, tantùm alienus erat ille à ſacroſancta noſtra diſciplina, vt ne iuuenes quidem vſquam erudiri concederet. hac de cauſa opinor, ne aliquando eius imperitiæ aliquis reſiſtere, eumq; poſſit coarguere, neuè rurſus oculorum celeritate, & linguæ fluentis auxilio nixus ipſum cogeret ſibi inferiorem ſecundas partes ferre, adeò enim hębes erat in combinandis litteris ille, vt citius alius librum percurreret, quàm ipſe proprij nominis elementa. Verùm hæc miſſa faciamus ab alijs quoque conuitio notata, & hiſtoriam perſequamur. Etenim per idem tempus ciuile bellum, quod ab oriente exordium ſumpſerat, omnis generis malorum impleuit orbem terrarum, multamq; hominum perniciem, & præterea virorum penuriam attulit. Fuit autem Thomas rebellionis princeps, & auctor, de quo fama duplex eſt, altera, quæ ignobilibus oriundum parentibus, & pauperibus, ac genere Barbarum aſſerit, qui ob paupertatem ſuis manibus ad victum ſibi neceſſaria compararet, & interdum ſeruiret, deinde relicta patria, cùm ſe in magnam hanc vrbem contuliſſet, & cuidam ſenatorij ordinis viro ſe dicaſſet in ſeruitutem, eo intemperantiæ, & contumeliæ peruenit, vt etiam Domini ſui cubile contumelioſe violarit. Quumq; deprehenſus fuiſſet, neque poſſet probra ferre, veritus inſuper pœnas talium facinorum patratoribus conſtitutas, ad Agarenos tranſfuga ſe recepit, apud quos idonea ſibi conciliata fide; tum mutuis commercijs, tum temporis auxilio, quod facta illius confirmaſſet (iam enim vigeſimus quintus huic apud eos commoranti tranſactus erat annus) tum maximè, quòd ſacrum Chriſtianorum cultum deteſtatus, ad execrandum Maumethenſe applicuiſſet, cuiuſdam bellicæ phalangis Imperator declaratur, & contra Chriſtianos mittitur, Romanorum imperium in eorum poteſtatem ſe redacturum pollicitus, & ne aliquod impedimentum vt alienigena, & alterius fidei cultor experiretur, quòd ſibi Romani non crederent, diuulgabat eſſe ſe Conſtantinum Irenes filium, quem mater ob deprauatam mentem & improbos, ac ſceleratos mores, iam pridem cum Imperio oculorum quoque luminibus orbandum curauerat. & eo tempore vita functus erat. Sed quum rerum magnitudo, & ſpes, quibus alebatur, ſocium requirerent, neque enim alia ratione poterat res gubernare, ſolus terra, mariq; aggreſſus: filium ſibi adoptat corporis deformitate, animi turpitudinem præ ſe ferentem hunc à ſe appellatum Conſtantinum, traditaq; idonea militum manu in alteram partem miſit. Romanorum res agere, ac ferre iuſſum; ipſe ex altera inuadens, quæcumque ſibi obuia eſſent deprædabatur. Leo tunc ex Armenia Imperij res moderabatur, qui contra ipſum miſſis idoneis copijs, & iuſto prælio victus audaciorem ipſum, & ad pugnandam alacriorem reddidit. & hæc eſt prima & apud multos diuulgata fama, quæ ita ſe habere hanc ſeditionem aſſerit; altera verò affirmat hunc illum fuiſſe Thomam Bardanij familiarem,

liarem, de quo Monachus ille in Philomilio prædixit, ab Imperatore Leone legioni fœderatorum præfectum; qui, vbi percepit Leonem à Michaele interfectum, de ſe benemeriti fortaſſe perſequens iniurias, ſimul propriam explens iracundiam, quippe ab ineunte ætate Michaeli infeſtus, nec non veritus, quicquid à Monacho illo in Philomilio fuerat prædictum, aduerſum exercitum exſuſcitat ab Orientis regione; vbi etiam commorabatur, profectus; coactisq; non imbecillis, aut exiguis copijs, ſed multis, ac ſtrenuis, coactis ijs ſe ſequi, quicumque per ætatem arma ferre poſſent, partim erga ſe amicitia, partim item ſpe prædæ, ac ſpoliorum, partim Michaelis odio. Siquidem ob prauos mores odio erat omnibus. Et quod Atthinganorum ſectæ ſocius eſſet. Et propter balbutientem linguam, & propter eorum, qui ſecum militarent, imbecillitatem, atque mollitiem. Thomas verò, quamuis altero pede mutilatus eſſet, & genere barbarus, attamen canicie ipſa venerandus, affabilis, & vrbanus, quas in Imperatore virtutes miles amat eſſe, neminiq; in ijs, quæ ad corporis nobilitatem pertinerent, ſecundus videri. Igitur Thomas iſte omni occupato Oriente, ſibiq; publicorum tributorum exactoribus ſubactis, & magnificentia, ac ſumma liberalitate vſus, è paruo, magnus euaſit, atque ex imbecilli fortis, alios enim voluntate, & amicitia ſibi aſciuit. quibus, & nouarum rerum, & diuitiarum innata eſſet cupiditas, alios autem vi coactos adduxit, qui ciuilium ſeditionum mala odiſſent. hinc ciuilia erumpentia bella, & veluti quædam fluminis catarractæ delata, non aquis, ſed ſanguine terram alluebant. Itaque omnis Aſia direpta, depopulataq; cruciabatur, quum ex Vrbibus ipſius aliæ metu, ſe ſe ad Thomam applicarent, aliæ verò, quæ fidem Imperatori ſeruarent, diriperentur, earumq; homines in ſeruitutem abducerentur, & omnia Aſiæ oppida imperata Tyranni fecere, excepta opſicij regione, quam eius præfectus Catacylas in officio, vſque ad exitum rerum, erga Imperatorem continuit, & regione item Armenicorum, quæ Olbiano ipſius præfecto auctore, beneuolentiam erga Imperatorem conſeruauit, quibus quidem gratiam referens Imperator, publicum tributum, quod exactum in regio ærario reponebatur, quodq; capnicum vocare conſueuerant, remiſit, & condonauit; Agareni verò cognita ciuili ſeditione gaudere, & exultare: nacti enim occaſionem abſque vllo metu per omnem inſulam, ac regionem excurſiones faciebant. veritus igitur Thomas, ne metuentes, qui cum ipſo erant milites Agarenorum impetum, omnia ſibi, vt diximus, obuia deprædantium, & in ſeruitutem quæcumque abducentium, à ſe deſciſcerent; exiſtimauit id ſibi faciendum eſſe, vt ipſorum impetum ſui oſtentatione, ac multitudinis copiarum, quæ ipſum ſequi viderentur, coerceret, & metu perculſos, aſtutè ad pacem eos prouocaret, quod etiam accidit. nam modò ſaracenis orientem prædantibus ex improuiſo apparens, eos deterruit, quibuſcum habito colloquio fœdus percuſſit, pollicitus illis Romanorum fines ſe proditurum, atque in eorum poteſtatem imperium redacturum. Ab eorum igitur metu liberatus, ſeipſum declarauit Imperatorem, ac Diadema capiti impoſuit, & ità Antiochię ſummus

Capnicium tributum.

ſummus Imperator à Iob, qui tunc ibi paſcebat eccleſiam prædicatur; & multum exercitum tum ipſe cogit, tum ab Agarenis accipit: neque ſolùm ab ijs, qui nobis finitimi ſunt, ſed etiam ab ijs, qui erant vlterioris regionis Ægyptijs, Indis, Perſis, Aſſyrijs, Armenijs, Chaldæis, Iberis, Zechis, & Cabiris, his omnibus communitus, & conſpicatus optimum factu cenſuit, ſi adiutorem, & adminiſtrum Imperij ſibi aſſumeret mutato nomine, & filio adoptato; atq; hinc profectus omnem Orientis regionem incendere, ac diripere. quibus Imperator auditis, ad prę-lium cum ipſo committendum ſe comparauit, ducemq;, & exercitum haud idoneum contra eum miſit, quocum Thomas congreſſus illum funditus deleuit, & in reliquum, ſecuritatẽ nactus, res ſuas magis ſtabilire, naues bellicas inſtruens, alias ad commeatum, alias ad equos vehendos onerarias, & claſſe item Imperatoria potitus, ad Leſbum omnes nauales copias coegit. & ipſe octoginta millibus militum imperans, ad Abidum ſe recepit, vt indè in vlteriorem regionem tranſmiſſurus: atque in itinere facta excurſione, & combuſtis non humilibus locis, & & ad expugnandam facilibus, ſed etiam opportuniſſimis, quæq; non ſine ſumma difficultate capi poſſent. Erat oppidum quoddam munitum Imperatori fidem ſeruans, hûc filium adoptiuum miſit, qui temere adequitans, & incompoſitè, quòd exiſtimaret ab aduerſarijs vacuũ eſſe locum, in quaſdam Olbiani inſidias incidit, eiq; caput amputatur, qua re didicit haud amplius temerarius eſſe. Caput igit miſeri illius miſit Olbianus Imperatori, at Imperator rurſus Thomæ illius parenti accedenti ſuperbè, & glorianti quo. ille accepto, nihil de ſuo faſtu remittens ad Thracem, quod vocant Orcoſium, tranſmittit, obſeruata nocte illa, qua ſolis, & lunæ fit coitus; quæ res Michaeli quoque ante ipſum curæ fuit, at ipſe occupata illius tranſmiſſione, vrbes capere, milites confirmare, imbecilla loca munire, quamuis huiuſcemodi ſtudium illi nihil profuerit, nam ſtatim, vt ille ad vrbem redijt, & Thomas tranſmiſit, omnes ab illius fide deficientes ad Apoſtatam ſe ſe applicuere prompti ad regiam vrbem cum ipſo oppugnandam. Imperator verò coacto, quem licuit exercitu, & conflatis idoneis, quantum ei videbatur, copijs, Ducibusq; ipſi impoſitis Catacylam, quem diximus, & Olbianum contra Tyrannum mittit. maritimi quoque exercitus, quantum poterat rationem habebat, verùm quaſi torrens quidam ex altis montibus delatus Tyrannus inuadens, tum terreſtres, tum maritimas copias diſſipauit, tantumq; terroris incuſſit Imperatori, vt ferream catenam ab arce in oppidulum contra ſitum extendendam curaret, vt ea re ad mare internum aditum prohiberet.

Erat quidam Gregorius in Scyro inſula, vna hæc eſt è Cycladibus Leonis Imperatoris fratris filius, quo interfecto, quum ſępe liberè locutus eſſet, & Michaeli præſens cædem obieciſſet, & ea de cauſa relegatus eſſet in auxilium, eum ſibi Thomas conciliauit, & circiter decem mille militum declarauit Imperatorem, comparato item maritimo exercitu alterum ducem præfecit, & velut quoſdam præcurſores ad regiam vrbem miſit, mari terraq; inuadere vtile cenſens; quo facto, quum eodem tempore & nauales & pedeſtres copiæ apparuiſſent, in ſinu,

qui eſt ad Blachernas, neque poſſet extenſa illa, vt dictum eſt, catena ferrea reſiſtere, impetus in muros vndique fiebant. Haud multò poſt acceſſit etiam Thomas, & ex omni parte oppugnatio fiebat, nihil tamen, quod operæ precium eſſet, perfici poterat, quum fortiter ſe ſe defenderent intus oppidani, & machinas illas, quæ vocantur Elepolis, propulſarent. opinatus enim fuerat Thomas, ſimul atque ad vrbem apparuiſſet, fore, vt ciues, quibus odio Michael eſſet, ſibi portas aperirent; & idcircò Gregorium, vt antè diximus, pręmiſerat; ipſe cum omnibus copijs, à filio, quem adoptauerat Anaſtaſio, qui modo repudiata monaſtica vita ad communem ſe contulerat, poſtea eſt inſecutus. vt verò nihil ei ſucceſſit, ſed omnia præter ſpem; quum potius contumelijs à ciuibus, & oppidanis oneraretur, tunc in locis, vbi eorum, qui mirabilia opera effeciſſent, pecunia inopes, templum poſitum eſt, caſtra benè munita poſuit. Miſſoq; ad euxinum pontum, & eum, qui ſacer vocatur, exercitu; ſollicitabat oppidula, ſi quomodo ea ſibi conciliaret, ne quem ſibi à tergo relinqueret hoſtem. quibus adductis, & aliquot diebus in apparandis rebus occupatus, vt è quadam ſpecula vidit Michaelem, bellicum ſignum ſuper tectum templi Dei genitricis, quod eſt in Blachernis fixiſſe, & indè contra hoſtes vires precibus petentem; & accipientem, eiuſq; Theophilum omnem vrbis ambitum cum Patriarcha, & legione, cui præerat, circumeuntem, ac vitæ auctorem lignum deferentem, & caſtiſſimę virginis veſtem, in multā deſperationem, ac difficultatem incidit, & multis, ac varijs curis diſtrahebatur: quumq; neſciret, quidnam conſilij caperet, ex altera tamen parte tanta fretus exercitus multitudine, de ſumma rerum prælio contendere feſtinabat, qua re in ſequenti die pariter cum ſolis ortu, bellico dato ſigno copias eduxit; & filio bellum contra terreſtrem murum commiſit, ipſe cum maxima exercitus manu, & fortibus Elepolibus, & machinis in Blachernarum turres impetum faciebat, ſcalasq; muris admouens altitudini proportione reſpondentes, & aliò teſtudines, aliò arietes, ſagittisq;, & lapidum baliſtis vndique vtens, ſtudebat omnibus modis ſe ſe oſtentans ciues deterrere, & vrbe potiri, circundatis etiam reliquis murorum partibus exercitu nauali, ſimul igne, ſagittisq; perterrefaciens. Sed nihil ei tantus profuit exercitus, neque quicquam ſpecies, qua apparuit, confecit: claſſem enim quidam perflans contrarius ventus, ſtatim diſſoluit: & alias naues aliò diſſipauit, quippe ingruente vehementi procella, & incontinenti oppidanis fortiter, ac ſtrenue decertantibus, inutilesq; ei machinas reddentibus, omnibus rebus deſtitutus deceſſit; & ciuitas obſeſſa animum recepit: adeoq; viriliter Apoſtatæ ſe ſe oppoſuit incœptis, vt quidam in vrbe ciues apertis portis erumperent, & cum hoſtibus congrederetur. Decreuit igitur Apoſtata propter difficultatem hyemandi in Thracia, in Hyberna proficiſci, & exercitum tepidioribus in locis diſtribuere. Quo facto, vt ver iam appetijt, vtrinque rurſus terra, mariq; Conſtantinopolim aggredi ſtatuit. Verùm Michaelem iam, non vt prius, ſed nuper militarem quemdam exercitum comperit coegiſſe, & alterum mari naualem; rurſus igitur eam partem aggreſſus eſt armatus, quam prius, ſinum inquam Blachernarum; datoq;

Digitized by Google

rum;datoq́; bellico ſigno in admouendis machinis induſtria vtebatur, muroſq́; concutere tentabat. Dum hæc gerebantur, Michael ad colloquium cum quibuſdam Apoſtatæ militibus venit, ipſiſq́; pollicitus eſt tum malorum obliuionem, tum multa ſe eis bona largiturum, ſi tantùm mutato conſilio, ad contrariam partem ſe applicarent, deſiſterentq́; ciuili ſanguine contaminari: ſed nihil profecit, immò, quod ſe inuitari audirét, audaciores eos reddidit, & Apoſtatæ conſpirationis metu ſolutos, fideliores, ac ſtabiliores effecit. talis igitur conatus ſpe deiectus, multùmq́; ſuos hortatus, vt viros fortes ſe pberét, neuè impio Tyranno proderét libertatẽ. Repẽtè è multis portis eruptione facta, nec opinátes hoſtes inuaſit, quos noua re perculſos, idonea perpetrata cæde in fugam vertit, claram ex ipſis victoriam adeptus: nauales quoque Apoſtatæ copiæ malè afflictæ ſunt; vt enim Imperatoriæ triremes deductæ iam congreſſuræ erant, terroribus quibuſdam, & perturbatione perculſa aduerſaria claſſe, puppim naues inhibuere, & ad terram ſe conuerterunt, & ex viris alij ad Imperatorem transfugere, alij ad ſuum terreſtrẽ exercitum ſe contulere, & ita nullo negotio diſſoluta eſt Tyranni claſſis. qua re Gregorius quoque Leonis Imperatoris patruelis, Thomam ipſum contemptui haberi conſpicatus, exiſtimanſq́; procedente tempore eum abiectiorem futurũ, per quemdam Monachum manſionis ſtudij cum Imperatore colloquutus, acceptaq́; ab eo parte ſibi ſubiectæ legionis, eruptionem cogitat, & Tyrannum à tergo perſequitur, ſimul eum deterrens, ſimul ſibi placans Imperatorem, & vxori, ac liberis, qui in cuſtodia vincti detinebantur, poſtquam ſe ad Thomam applicuerat, ſalutem quærens. Verùm non tamcitò hæc audiuit Imperator, quàmcitò Thomas veritus, ne hic magnus repente fieret, ſuiſq́; metum afferre ſtudens, id facere occupauit. neque enim exercitum ab vrbe remouit, metuens ne a tergo inſequerentur hoſtes, & aſſumptis militibus, quos ad prælium cum Gregorio committendum idoneos nouerat, contra ipſum in aciem prodijt, quem prælio fuſum fugientem conſecutus, interfecit, rurſusq́; quàm celerrimè ad copias vrbem circumſedentes, reuertitur, miſſiſq́; in omnem partem litteris viciſſe ſe diuulgauit, quod tamen verum non erat, quamq́; habebat in Græcia claſſem, ad ſe quàmprimum deduci iuſſit, tamquam rurſus maritimam prouinciam ſuſcepturus; & claſſis ſtatim nauigás quàm celerrimè adducitur, & ad locum Berydorum appellitur. erat autem ex trecentis quinquaginta nauibus conflata, tum bellicis, tum onerarijs. Præfecti verò claſſis Imperatoriæ, cógnito earum aduentu, noctu hoſtes in portu manentes aggrediuntur. quibus repentina re perculſis, plures naues cum hominibus capiunt, aliquas artificioſo comparato igne ſuccendunt, paucis omnino detrimentum euadentibus, & ad Blachernarum ſinum accedere feſtinantibus, vt cum terreſtri exercitu coniũgerentur; quod etiam factum eſt, & hic erat rei maritimæ ſtatus; terra verò quum leuia prælia crebris iaculis committerentur, & modò Michael, modò filius eius Theophilus, cum Olbiano, & Catacyla, in Apoſtatas erumperet, interdum Apoſtata, interdum Imperator ſuperior erat, non tamen ſplendida, aut ſtrenua certamina prælio committebantur,

tur,

Digitized by Google

tur, quippe cum Imperator copiarum multitudine longe eſſet inferior, neque poſſet in acie Tyranni copijs opponi. Dum in his illi verſantur, Murtagon Bulgarorum Rex, etenim fama totum orbem terrarum compleuerat Imperatorem Romanorum intrà muros Vrbis incluſum obſideri, miſſo clam ad eum nũtio, vltrò ſe ei pollicitus eſt auxilio miſſo cum eo ſocietatem initurum. Michael verò ſiue reuera miſeratus contribulium multitudinem, ſiue pecuniæ parcens, erat enim omnium, qui vnquam fuere Imperatorum auariſſimus, mentem Bulgari approbauit; ſed auxilium recuſauit. at Murtagon gaudens alioqui bellis, ex quibus comparata præda frui conſueuerat, & triginta annorum fędera, quæ cum Leone ſuperiore Imperatore percuſſerat, ſtabilire ſtudens, & magis confirmare contra Tyrannum comparauit exercitum. Quumq; iam intra Romanorum fines penetraſſet; ad locum, qui Ceductus vocabatur, caſtra poſuit; Audiuit autem Tyrannus, neque hæc ipſum latuere, &, vt veriſimile eſt, commotus, valdè fuit mente perturbatus. attamen quum ſe rurſus collegiſſet, ſuum inſtruebat exercitum. Verùm quia in duas partes diuiſus ſibi omninò videbatur in firmus, & qui facile expugnari poſſet, nam & Regia vrbs obſeſſa, non exiguo, ſed plurimo, & idoneo egebat exercitu, quum iam Imperator quoque haud imbecilles copias coegiſſet, ità, vt comminus decertare poſſet, & Bulgarorum vis, nõ parua aliqua manu, ſed multa eaq; non vulgari, quæ ſe ei in acie opponeret, indigeret, ne in duas partes diſtractus facilè in poteſtatem hoſtis redigeretur, ab Vrbe recedit, ſeq; idoneum ad prælium cum Bulgaro committendum ratus, in eo loco, quem modo diximus, inſtruit ſe, atque adeò commiſſo prælio per vim Tyrannus ſuperatur. & multa eorum, qui cum ipſo erant, fit cędes: qui verò ſeruati erant, ij ſibi fuga ſalutem quærunt, & in quodam difficili acceſſu loco coacti euentum rei ſpeculabantur. At Bulgarorum princeps, & corporibus, quibus potitus erat, & multa præda accepta, in ſuam reuerſus eſt regionem, victoria elatus, & exultans, & claſſis ad oppugnationem vrbis relicta, audita Apoſtatæ clade, tota ſe ad Imperatorem contulit. Ipſe verò Apoſtata eo inſaniæ redactus eſt, ab opitulantibus ſibi, vt veriſimile eſt, Dæmonibus, & adhuc ſomniabant Imperij occupationẽ, vt quamuis vndique oppreſſus, & paruus è magno factus: adhuc tamen ab obſidione non deſiſteret. Verùm vbi fruſtra ſe laborare animaduertit, cum omni exercitu profectus in quandam planitiem, cui nomen eſt Diabaſis, multis ab vrbe ſtadijs diſtantem, ad pabula idoneam, & aquarum affluentium copia abundantem, ibi caſtra poſuit, & inde prædans, ſuburbanorum fructus vaſtabat. Sed nequaquam, vt prius vrbis incolis ſe ſe oſtentabat. quo cognito Michael, idoneo coacto exercitu, eiq; ducibus præfectis Catacyla, & Olbiano; ipſe aſſumptis, quæ in palatio ſeruabant, ſcholis, & ſodalitatibus, contra Tyrannum in aciem prodit: vbi Tyrannus contra inſtructus Imperatorem ſtrenuè excepit, & ineunte prælio Thomas fortè ſtratagemate ſtudens hoſtes deludere, ſimulatq; prĕlium inciperet, terga dare ſuos iuſſit. deinde occupatis in perſequendo aduerſarijs, conuerti ad eos viciſſim perſequendos, vt dum præter ſpem conuertuntur, illi

Scholis. i. cohortibus.

nec

nec opinata re perculſi funderentur;& tale erat illius imperium. Verum incœpta illius, & meditata haud debebant ad exitum perduci: nam milites, qui cum eo erant, diu propter ipſum vxoribus, & liberis carentes, & ſimul tempore oppreſſi, tertius enim exactus erat annus, ſibiq; videbantur aggreſſi, quæ perfici nequirent, viri vnius amentiæ, & cupiditati inſeruientes, quod imperatum fuerat, vt lucrum haud expectatum excipientes, poſtquam tuba claſſicum cecinit, & legiones manus contulere, non ſpecie, vt iuſſi fuerant, terga vertere, ſed incompoſitè, & indecorè diſſoluto ordine diſſipati ſunt, atque ità modò pauci, rurſus plures ad Imperatorem confugiunt. Thomas ipſe cum paucis quibuſdam in Adrianopolim ſe confert incolumis. Cuius adoptiuus, & Nothus filius fugiens arcem Bizyæ occupauit. quos Imperator è veſtigiò ſequutus primum ſtatuit Thomam obſidere, quare oppugnationem inſtituit, non machinis, & elepolibus ipſum ſtudens euertere, partim fugiens, ciuile bellum, partim nollens Scythas Adrianopolim incolentes, machinas ad obſidionem vrbium confectas experiri, verùm fame, & inopia rerum, quæ ad victum eſſent neceſſariæ, feſtinans hoſtem in ſuam redigere poteſtatem. Itaq; Adrianopolim obſidens, vallo, & palis ipſa circundata, validè incumbebat obſidioni. Sed Thomas primùm omnem inutilem ætatem, omneq; animal, minus aptum ex vrbe eijcit. deindè poſtquam fames vigere cœpit, neque vlla ſpes erat ſalutis, alij ex ijs, qui cum ipſo erant, per quaſdam paruas portas clam egreſſi, alij per muros noctu dimiſſi, ad Imperatorem accedentes, ei ſe dedidere, alij ad Apoſtatæ nothum filium in Bizyæ oppidum confugerunt. verùm poſtquã obſeſſis omnia iam neceſſaria defecerant, & quoſdam inuſitatos cibos comederant; quippe eos neceſſitas impulerat, vt putrefactis corijs, & pellibus paſcerentur, clam ad colloquium cum Michaele venientes, deprecatiq; eorum, quæ deliquerant, venia ea impetrata comprehenſum Thomam, & compedibus vinctum hoſti adducunt, qui ſecundum id, quod antiquis Imperatoribus viſum fuerat, iamq; in conſuetudinem venerat, primùm ipſum ſoluit, deinde in pauimento extenſum curat, eiusq; ceruice pede conculcata, extremas pedum, ac manuum partes ei præcidi iubet: aſinoq; impoſitum toti exercitui ſpectaculum præbet, aliud nihil exclamantem, quàm Miſerere mei, ò vere Imperator. percunctanteq; Imperatore, an aliqui alij ex familiaribus amicis conſpirationis ipſius participes eſſent, multos fortaſſe nominaſſet, niſi Patricius Ioannes Exabulius dixiſſet, haud opus eſt Imperator, immò admodum abſurdum inimicis contra amicos fidem habere; & hac oratione diſſoluiſſet ciuibus, amicisq; ſuis imminentia ſupplicia. ipſe autem Apoſtata inter pœnas, quibus paulatim diſcruciabatur, expirans, vitam finijt medio octobri menſe, qui à principio viſus eſt promptus ad ſuſcipienda quælibet vel magna munera, & audax, ſtrenuusq; ad incœpta perſequenda; ſed procedente tempore multò ſe ipſe inferior, & ea expectatione, quã de ſe apud alios concitaret; & qui incolebant Bizyæ oppidum, ſtatim item conſilium mutarunt, impendens periculum conſpicati. nam ſimul atque Thomæ infortunia cognouere, eadem facientes, comprehenſum Anaſtaſium uinctis pedibus, ac

dibus,ac manibus adduxerunt Imperatori,qui eodem ſupplicio, quo pater affe-
ctus,violenta morte deceſſit. Interfectis Tyrannis maritimæ Thraciæ vrbes, Pa-
nium,& Heraclæa,adhuc Tyranni partes ſecutę,reſiſtebant;tum odio in Michae
lem,tum quòd ipſe diuinas nolebat ſtatuere imagines,& Panium captum eſt mu
ris quodam terræ motu deiectis. Heraclæa verò à parte maritima potiti ſunt ho-
ſtes: Et hunc Thomæ res habuerunt exitum: atque ità de Thracijs vrbibus tro-
phæa ferens redijt Imperator, nihil aliud contra eos, qui cum Thoma conſpi-
rauerant, & bello capti fuerant, meditatus: quàm vt equorum curſu inſtituto,
aſinis vecti circum traducerentur, & in exilium mitterentur. remanebat autem
defectionis ſcintilla, oppida Cabala,& Saniana,quorum alterum Chæreas,alterũ
Gazarenus detinebat, ex quibus profecti prædas faciebant, ac direptiones.Sed &
iſti,poſtquam ſibi immunitatem concedentes Imperatorias litteras non accepe-
re,neq; miſſas dignitates, etenim ambos magiſtros fecerat Imperator corruptis
vrbis incolis, vbi ad vſitatas rapinas exeuntibus oppidorum portæ clauſæ ſunt,
fugientes in Syriam,ab ijs ducibus,qui extremas oras tuebantur, comprehenſi,
in crucem acti fuere; & hac ratione ad extremum omnis rebellio pœnitus eſt
extincta. Verùm non hactenus erat malorum prouentus terminandus, ſed dua-
bus continentibus Aſia inquam,& Europa ira Domini,veluti quodam capite,&
caudą,& ſi non intellexere,eruditis cædibus,incendijs,motibus terræ,rapinis in-
teſtinis,excurſionibus, vrbium inſperatis migrationibus, ſignis de cœlo, ſignis
ex aere,ad extremum etiam miſeras inſulas, veluti medium quoddam vt per to-
tum corpus plaga graſſaretur, calamitates inuaſere. verùm non licebat eos erudi
ri,qui renuiſſent humanam formam Deo coniunctam colere. nam paulò antè
quum auctore Thoma cœpiſſent res innouari, poſtquam hæc vbique diuulga-
bantur, Agareni heſperium Iberiæ ſinum incolentes, finitimiq; Oceano(Hiſpa-
nos hos vocant) virorum fœcunditate abundantes: quamq; incolebant terram
moleſtam,& mediocriter beatam cernentes,& idcircò idonea ſubminiſtrare ali-
menta ſibi nequeuntem, ad ſuum Imperatorem Apochaps adiere (Amermum-
nem hunc indigenarum lingua vocat) ab eoq; petunt, vt ſibi liceat colonias de-
ducere,& aliò commigrare,tum virorum multitudine oppreſſis,tum neceſſarijs
rebus indigentibus. qui libenter eorum accepta oratione,ſtatim longis nauibus
ædificatis,impoſitoq; ex eiſdem in eas exercitu, ad prædam, quam anteà in ani-
mo clam habuerat, inſularum ad orientem poſitarum, noſtrarumq; conuerſus
eſt,ſimul ſubiectorum ſibi populorum explens cupiditatem,ipſosq; bonis exſa-
turatos alienis, ſimul exploraturus an Inſularũ aliqua fertilis eſſet,& ad colonias
deducendas idonea.Cumq; verno tempore nauigaſſet,multasq; inſulas peragraſ
ſet,neminem ſibi reſiſtentem offendit,omnes enim auxilio orbatæ erant. Siqui-
dem omnis exercitus,qui eas ſeruare conſueuerat,cum Thoma militabat;& hac
de cauſa magnas ex omnibus, ad quas naues appuliſſet, percipiebat vtilitates.
Tandem in Cretam peruenit, in qua excurſione facta,quum viros, quos potuit
cepiſſet,& inſulæ virtutem,ac bonitatem didiciſſet,hoc ſibi ſubiectis dixit. ecce

terra fluens mel, & lac, & hoc dicto cùm nihil amplius addidiſſet, omniſq; generis bonis exercitum expleuiſſet, de reditione domum mentionem fecit; Sed poſtquam exacta hyeme ver appetijt, quadraginta nauibus bellicoſis viris completis, obſeruatoq; ſecundo vento, ad Cretam nauigabat, alias prætteriens inſulas bona fide; quumq; ad ipſam perueniſſet, ad promontorium, quod charax uocatur, claſſem appulit, vbi cùm nihil ſibi neque deſcenſionem facienti, neque commoranti hoſtile occurriſſet; caſtra vallo benè munita locauit, miſſiſq; prædatum idoneis, ipſe cum reliquis, & iam paulò ante ventus increbruerat: illiq; ſtadijs decem, vel etiam quindecim aberant, iniecto in naues igne omnes, ne vni quidem parcens, combuſſit. Exercitus etenim ſtatim rediere, perterriti, & inopinata re perculſſi, cauſam quærebant. iamq; ſeditioſos ſermones excitabant. Sed vbi audiere, quæ iampridem ipſi animo conceperant, vos enim, inquit ille, huiuſce rei auctores eſtis, nouas colonias requirentes, & optimam terram, mihi verò hac nulla viſa eſt, præſtantior, huc curſum inſtitui, tum vobis gratificans, tum me à veſtra moleſtia liberans. & poſtquam illi vxorum, & liberorum mentionem fecere, & vxores, inquit Apochaps, hic vobis erunt captiuæ, ex quibus liberos mox ipſi ſuſcipietis; his verbis molliti, & quæ dicerentur approbatione digna cenſentes, foſſam primùm altam fecere, quam vallo benè muniendam curarunt; ex quo etiam nunc cognomen tunc impoſitum retinet locus, Chandax appellatus, ibiq; pernoctabant. haud multum temporis afflu xerat, quum fama de rebus geſtis certiorem fecit Imperatorem, qui Protoſpathario Photino Orientis exercitus Duci ſummam rei ad Cretam pertinentem committit; hic eo profectus, omniq; re cognita, in quo ſtatu res eſſent Imperatorem edocuit, petijtq; vt ſibi idoneum ad repellendos hoſtes exercitum mitteret. Igitur Damianum quendam comitem Imperatorij ſtabuli, & Protoſpatharium cum ingenti exercitu, & apparatu, Imperator Photino Duci auxilio miſit, qui ſimul coniuncti contrà Agarenos inſtructi ſunt, ſed nihil ad extremum profecere. nam & Damianus primo impetu letali accepto vulnere interijt, reliquiſq; vt fugæ ſe committerent, auctor fuit, & Photinus vix in Dromone ſeruatur incolumis, & ad Imperatorem rei geſtæ ipſe nuncius venit, qui quòd ipſo Imperatore ſemper magno in honore haberetur, Siciliæ præturam cum certa legatione commutat. Saracenis verò adhuc in perturbatione rerum, & multa ſollicitudine degentibus, Monachus quidam ex Inſulæ montibus deſcẽdens, dixit. Erratis ſi hoc in loco exiſtimatis vos tutò habitaturos; & ſimul ipſis chandaca aptum oſtendit, locum & ad omnium rerum copiam idoneum. Hic illi cõſtructa Vrbe, & veluti quadã arce totius inſulæ ex ea profecti totam inſulam, & reliquas item percurrentes, in ſeruitutem indigenas redegerunt, & vrbes omnes Cretę, vna excepta. tunc etiam Cirillus Gortynæ præſes martyrij corona donatur, quod CHRISTVM negare noluiſſet.

Digitized by Google

Creta ad hunc modum capta eſt; Michael verò à bellis inteſtinis liberatus, non Deo, ſed ſuæ ſuperbiæ, peritiæq; militandi victoriam aſcripſit, & idcircò faſtu inflatus ſuas cupiditates comprimere nequibat. mortua igitur eius vxore cælibem vitā degebat, ſed clam miſſis litteris principibus ſenatus, ijs perſuaſit, vt ſe ad alteram vxorem ducendam hortarentur, ac niſi obtemperaret, minarentur ſe vel vim illaturos. honeſtam videlicet cauſam prætendentes, non oportere ipſos Imperatori ſubijci, ſuas verò coniuges domina, & Regina priuari. Igitur effictis rationibus vix tandem in eorum ſententiam compulſus eſt, ac primùm petijt a ſubiectis ſibi populis publicæ beniuolentiæ litteras propria manu ſcriptas, quibus pollicerētur, quam ducturus eſſet vxorem, liberosq;, quos ex ea ſuſciperet, poſt obitum ſuum, eximio ſe honore proſequuturos, eosq; deinceps Imperatores habituros, & ipſam Reginā, ita non ſolùm ſuo, ſed etiam poſt ſe futuro tempore opinabatur ſe rerum potiturum; deindè artificioſis petitionibus ſenatus obtemperat, & uxorem ducit mulierem quandam iampridem Chriſto deſponſam, & monaſticam vitam amplexatam, & in Monaſterio, à pueritia vitam degentem, nomine Euphroſynem, quæ nata ferebatur è patre Conſtantino, Reginæ filio, quem mater Irene propter ſuam immoderatam laſciuiam iure curauerat excæcandum, atque hæc ità geſta ſunt. Michael verò alteram mittit contrà Agarenos, qui in Creta erant, claſſem; præfecto ipſi ſtrenuo Duce, qui Cibyrræotarum adminiſtrabat Imperium, qui ſeptuaginta ſecum biremibus aſſumptis, alijsq; omnibus ex alijs inſulis: ad Cretam cùm perueniſſet maxima iactatione, non Agarenos ſuccumbentes offendit, ſed ſtrenuè pericula ſubeuntes, commiſſoq; prælio iam ſole montium iuga illuſtrante, vſque ad meridiem, neutra pars inclinabatur, verùm fortiter vtrinque reſiſtebant. Sed inclinata iam die defatigati Cretenſes, in fugam ſe ſe dedere; & multi prælio ex ipſis occubuere, ſed plures abiectis armis capti, in ſeruitutem abducti ſunt, & fortaſsè eadem die vrbs capta fuiſſet, niſi nox ſuperueniens omnes res penitus peruertiſſet; Romani enim, vt qui iam viciſſent, omnesq; reliquos, qui pauci erant, ſe breui ſperarent comprehenſuros, quaſi domi ſuæ non alienæ degentes compotationibus, ac delitijs; & genio indulgentes bacchabantur, nulla neque cuſtodiæ, neque alioqui ſalutis ſuæ habita ratione, ſed ſomni tantum, & omnia facile peruertentis quietis, & otij: Quare media circiter nocte Cretenſes, poſtquam à ſuis cuſtodibus, quippe qui in dubijs rebus vigilarent, ſomno, vinoq; occupatos in caſtris Romanos cognouere, eadem hora facto impetu clamore, quos ebrietate ſopitos offendere omnes funditus perdidere, ità, vt quemadmodum dici conſueuit, ne cladis quidem nuncius ſit relictus: ſolus autem dux, quum mercatorium nauigium quoddam conſcendiſſet, ſalutem ſibi quæſiuit, quem Saracenorum princeps quum diu quæſitum non inueniſſet, neque in ijs, qui ceciderant, neque inter captiuos, didiciſſetq; illum fugere, miſit qui perſequerentur, qui quidem illum in Co inſula comprehenſum, lignoq; affixum interfecere.

interficere. Deinde vir quidam bellicoſus, & conſilij, prudentiæq; non expers cognomento Oryphas coacto Imperatoris iuſſu exercitu (qui tunc quadragenarius idcircò vocabatur, quòd ſingulis quadraginta attributi eſſent aurei numi) & alias inſulas inuadens, prædantes Agarenos è medio tollebat, alijs inſidias collocans, cum alijs aperto Marte confligens, & Cretenſes coercuit, & multos eorum conatus, qui videbãtur impediri non poſſe, compreſſit. atque hæc ità geſta ſunt. Eodem verò tempore Euphemius quidam vir in Sicilia cuiuſdam populi dux, amore captus virginis, quæ à pueritia monachalem habitum induerat, plurimi faciebat ſi proprio poſſet amore frui, nullam habens omnino legum rationem, ſed ad exemplum ſibi proponens tantum Imperatorem; qui etiam ipſe tale facinus auſus eſſet; rapit igitur à monaſterio virginum, & ad ſe ducit inuitam. Itaque fratres illius ad Michaelem adeuntes eum de facinore edocent. ille verò Prætori mandat, vt ſi ità eſſe reuera compererit, Euphemij, qui facinus patraſſet, nares amputaret: quo cognito Euphemius, aſcitis ſibi coniuratis, ijs quibus præerat, & quibuſdam ex ijs, qui turmis erant præfecti, Prætorem, qui ad id exequendum venerat, eijcit, & ad Aphricæ Imperatorem confugit. omnemq; ſe in eius poteſtatem redacturum Siciliam, pluraq; tributa ei ſoluturum pollicetur, ſi tàntum declaretur Romanorum Imperator. Amiras igitur eius orationi conſentiens, Romanorum Imperatorem declarat, multaſq; ei copias tribuit, à quo accepta Sicilia potitur. Verum Euphemius ipſe Imperatoria dignitate non diutius potitus capite priuatur, propriæ rebellionis, & iniquitatis hac accepta mercede: operęq; precium cenſeo eius cædis modum narrare. vt enim Siciliam obire cœpit imperatoria veſte celebratus, ſe recepit Syracuſas; quumq; procul abeſſet à ſuo exercitu, & intra teli iactum vrbi appropinquaſſet, cum ciuibus colloquens, eorum gratiam ſibi ſtudebat conciliare: conſpicati fratres duo Syracuſani, ſecũ inito conſilio, factaq; conſpiratione idem ſentientes, ad ipſum accedũt ſimulatè, & doloſè tamquam Imperatori debitũ attribuentes honorem. Sed Euphemius fraudem non agnoſcens, ipſorumq; accipiens ſalutationem, eos humanè prouocabat, quaſi ipſe propriam ſalutationem redditurus. quumq; caput inclinaſſet, & os ad alterius fratris os admouiſſet, capilli ab ipſo ſtatim arrepti fortiter detinentur, ab altero verò ei caput amputatur. has iſte ſuæ dementiæ pęnas perſoluit. Agareni autẽ tunc non Sicilia tantùm, ſed etiam Calabria, & maxima Italiæ parte potiti ſunt: omnia percurrentes, ac deprędantes. Michael autem quum annos nouem, menſes octo, Imperio potitus eſſet, dyſenteriæ morbo captus, exceſſit e vita; tantorum Reipub. Romanæ malorum auctor, propter impietatem erga Deum, & improbitatem in negotijs, quantam ſuperius demonſtrauimus: quo regnante omnis item Dalmatia defecit: ac de ipſo tale antiquum ferebatur oraculum. Principium malorum nonne accidet terræ, quando regnarit Babylonis draco? impeditæ linguæ vir iſte, & valdè auarus. Sepultumq; eſt eius cadauer in magno illo Iuſtiniani monimento ad ſanctos Apoſtolos in arca viridi Theſſalica. poſt Michaelis mortem filius eius Theo

 philus,

philus, qui ad virilem iam peruenerat ætatem, patrium excepit imperium octobri menſe, Indictione octaua, verbis iuſtitiæ vehemens amator vocari ſtudens, legumq; ciuilium perfectus obſeruator, ſed re vera ſe ipſum ab externis, qui eum nollent, cuſtodiens, ne fortè quis facinus in ſe aliquod auderet, hæc ſimulabat. ſtatim igitur à principio omnes, qui cum patre in Leonis necem conſpirauerant. è medio tollendos, & cæde afficiendos curauit. quare edictum propoſuit, vt omnes quicumque ab Imperatore beneficium aliquod accepiſſent: & inſuper quicumque Imperatoriæ cuiuſcumque dignitatis fuiſſent participes effecti in Magnauram, aut pentapyrgium cogerentur. quod ut factum eſt; omnibus, ut iuſſerat, congregatis, quaſi anteà animi feritatem, veluti in tenebris occultaſſet, miti, ac ſubmiſſa voce ad eos, qui ſimul coacti erant; volebat, inquit, & in animo habebat parens meus beatus ò populus, & hæreditas mea, eos, qui ſibi auxilio fuiſſet, & pro obtinendo imperio propugnationem ſuſcepiſſent, multis beneficijs afficere, & alijs honoribus honeſtare: verùm fato occupatus, me Imperij ſucceſſorem, ne ingratus uideretur ijs, qui de ſe benemeriti eſſent, debitorem reliquit. Idcirco quilibet à multitudine ſeparatus, ſeipſum aperte nobis oſtendat. vt nos cognitos amicos dignis vós præmijs remuneremur. his verbis decepti miſeri, & à mēte deducti ſinguli, quicūq; Leonis cædi operam nauarunt, ſe ipſos indicabant. Statim igitur Theophilus intra ſagenam prędam habēs, Prætori iubet, vt ciuili lege agat: hæc locutus. Age, ò prætor, à Deo, & noſtra tranquillitate accepta iudicandi facultate, iſtis debita redde facinoribus præmia, non ſolùm quia manus humano ſanguine contaminarunt: Sed etiam quia Chriſtum Domini intra altare occiderunt. ijs dictis admirabile illud, primumq; concilium diſſoluit. at illi miſeri à prætore comprehenſi, paricidarum pœnis affecti ſunt. Theophilus autem nouercam quoque ſuam è regia domo eiectam in monaſterium coegit redire, vbi primum capillos depoſuerat, quum nihil ei iuſiurandum profuiſſet, ad quod ſenatum Michael adegerat. & hæc initio à Theophilo geſta ſunt, haud indigna laudibus; nam profitens ille iuſtitiam, omnibus improbis terrori, bonis verò erat admirationi, illis quòd improbos odiſſe, & iuſtus videretur, his quòd valdè grauis, & auſterus: Verùm non licebat eum ab omnibus prorſus malis purum eſſe, retinebat enim in Deum fidem, ſed multò magis improbæ Iconomachorum ſectæ, à patre traditæ, deditus erat: piumq;, & ſanctiſſimum populum vexabat: numquam illi per omne ſui imperij tempus conceſſa quiete. quare ne in prælijs quidem vnquam fortunatus fuit, ſed ſemper victus, neque vnquam Imperatoris more reuerſus eſt, obſeruans tamen iuſtitiam, & erga Chriſtum, eiusq; matrem fidem retinens, vt ipſe exiſtimabat, & obſeruantiam. qualibet hebdomada equo vectus per publicam viam ad ſacrum Dei genitricis templum in Blachernis accedebat: ſatellitibus conſtipatus. Id enim ea præcipue ratione faciebat, vt omnibus iniuria affectis copiam ſui faceret, quo poſſent liberè ſuas iniurias exponere, ne à quibuſdam iniuſtis prohiberentur, veritis ſe ab ipſo punitum iri; Deinde, vt per forum tranſiens venalium rerum ſpectator eſſet: percontabatur

Digitized by Google

tabatur enim de ſingulis, quanti nam venirent, quum in foro eſſet, neque ità percontabatur, vt id per otium ab alijs rebus facere videretur, neque de vno tantum genere, ſed etiam de eſculentis, & poculentis, deq; ijs, quæ tum ad calefaciendum, tum ad induendum neceſſaria forent, & de omnibus prorſus, quæ in foro proponebantur, & in omnibus multùm præ ſe ferebat ſtudium, multamq; in publicis rebus diligentiam, modò in iudicijs, modò vt dictum eſt, in prodeundo qualibet hebdomada: & aliquando animi relaxandi cauſa, proſpiciens à muris palatij maritimis, conſpicatus eſt nauim quamdam decem milium hominum proſpere nauigantem, expanſis duabus velis magnitudine inexuperabili, & telis inexpugnabilem. cuius conſpectu obſtupefactus, interrogauit, cuius nam eſſet oneraria nauis illa, quaſúe merces aduceheret. vt autem Auguſtæ cognouit eſſe, tunc ſilentio tempus diſtulit; vſque ad diem illam, qua conſueuit ſe ad ſacrum in Blachernis templum recipere: & poſtquam affuit domina, & nauigij curſus indicatus eſt Imperatori à quodam, de quo ipſe quæſierat, per viam eò ducentem, ſe contulit, quumq; puppi appropinquaſſet, præſentesq; ſæpius interrogaſſet, cuiuſnam rei ex ijs, quæ veherentur indigerent, frumento ne fortaſſè an vino, an aliquo alio genere, & poſtquam ſæpenumero interrogati, vix ſemel reſponderunt, indigere ſe nullius rei, quibus ab eius imperio, & dominio prouiderentur neceſſaria; at non nouiſtis reſpondit, me à Deo creatum Imperatorem, ab Auguſta mea conſorte nauiculatorem eſſe factum: atque hoc non ſine acerba reprehenſione addidit: quiſnàm vnquam Imperatorem Romanorum, vel eius vxorem Auguſtam conſpexit mercatorem? atque hæc locutus eadem hora iuſſit, ſolos homines egredi, nauem verò illam igne comburi cum ipſis velis, omnibusq; alijs aduectis mercibus; reginam quoque conuitio affecit, minatusq; eſt ei, ſe vitam adempturum, ſi poſtea tale aliquid facere deprehenderetur. profecta erat hæc Regina Theodora, ex Paphlagonum regione, gloriabaturq;, ſe parentes habere Marinum non obſcuro loco natum virum, matremq; Theoctiſten; Floriam cognomento: ambos pietate imbutos, neque venerandarum imaginum cultum repudiantes: vt omnes illius tempeſtatis alij viri, immò amplexantes, ac veluti in ſinu egregiè fouentes, & quo tempore Theodora diademate coronata fuit, eius quoque mater Theoctiſte cingulo, & patriciatus dignitate ornata eſt. ipſa igitur Theoctiſte in ſuam domum ſitam proximè monaſterium Gaſtriorum, ad ſe accerſitas Theodoræ puellas: erant autem quinque numero, Thecla, Anaſtaſia, Anna, Pulcheria, & Maria, cum alijs donis quibus fœmineum genus allici conſueuit ſibi conciliabat, tum priuatim eas excipiens obſecrabat, ne mollirentur, ne ve quòd erant, fœminæ permanerent, ſed viros ſe ſe præſtarent, & materna educatione digna excogitarent, & decentia, patriam hæreſim execrantes, & ſanctarum imaginum formas amplectens, & ſimul eas in manibus inijciens; ſeruabat autem in arca quadam, & ori, & manibus ipſarum admouens, oſtendebat, & ad earum amorem illas prouocabat: idq; continenter faciens, ac nepotibus erga ſacras imagines deſiderium

Digitized by Google

ſiderium inflammans, haud latuit Theophilus percunctantem, quidnam ipſis ab auia donatum ſit,& quid effectum ſit gratia dignum. aliæ igitur interrogationes ipſius ſtabili mente, ac firma, veluti occaſiones quaſdam fortiter ſuperabant. at Pulcheria ætate adhuc infans,& blanditias recenſuit,& copiam fructuum, adiecitq; etiam venerandarum imaginum cultum, ità ſimplicia tum cogitans, tum dicens, imagunculas videlicet ipſi eſſe in arca repoſitas, quas capiti, inquit, & ori noſtro admouet poſt oſcula. hæc Imperatorem ad inſaniam excitarunt, ſed committere in ipſam grauius aliquid prohibebatur, cum verecundia, & reuerentia erga mulierem, tum multò magis ab ea, qua illa vtebatur loquendi libertate coercitus: etenim aperte ipſum illudebat, atque redarguebat, propter quotidianas confeſſorum perſecutiones, & declaratam hæreſim: & ſola ferè perſpicuum faciens omnium erga illum odium. tantùm prohibuit, ne filiæ ad Theoctiſten amplius accederent. his item ſimilia Reginæ Theodoræ acciderunt. alebatur apud regiam homunculus breuis homerico Therſitæ admodum ſimilis, Denderis nomine: qui indecora & turpia loquens, riſum mouebat,& voluptatis cauſa apud Imperatorem degebat. hic igitur, quum olim ingreſſus eſſet Auguſtæ cubiculum, ſacras imagines ipſam tegentem offendit. quas conſpicatus, quid eſſent, interrogauit, propiusq; accedens cognouit. at Regina calami ruſticè reſpondit imagunculæ, & has, inquit, amo plurimùm. conuiuabatur eo tempore Imperator,& ad ſe accedentem turpem iſtum adoleſcentem interrogauit, vbi nam fuiſſet, qui apud Mariam reſpondit, ità enim Theodoram vocabat, ſeq; conſpexiſſe pulchras imagunculas ab ipſa è puluinari extractas: intellexit igitur Imperator,& vehementi ira percitus è menſa ſurrexit, confeſtimq; ad illam ſe contulit, alijsq; multis probris lacerans, idolorum quoque exculttricem, incontinenti lingua vocauit, ſimulq; narrabat, quæ ſibi dixiſſet illud monſtrum: Ipſa verò tunc iram deliniens Imperatoris: male ſuſpicatus es ait, ò Imperator, non vt opinatus es, ità re vera ſe habet: ſed in meum ſpeculum intenta defixos oculos habebam una cum meis ancillis, & Denderis intuitus, quæ ex eo pariebantur formas inconſideratè tibi hæc renunciauit, & iram Imperatoris mitigauit, his verbis. Dederin autem ſatis decenti inſtruxit diſciplina, perſuaſitq; ne vnquam de imagunculis quippiam alicui narraret: & idcircò quum aliquando Reginæ ſuccenſeret, Theophilus a Dendere percontabatur, an rurſus pulchras imagunculas Maria amplecteretur. at ille admota labijs dextera manu tace; tace de imagunculis, reſpondit, Imperator. atque hæc ità euenere. quum miles quidam præſtanti manu dextrum equum poſſideret, dux, ſub quo ille ſtipendia merebat, amore captus equi, à quo vir ille ſæpe è bello ſeruatus fuerat incolumis, ipſum petebat multa ſe daturum pollicitus: verùm illo renuente etiam vim adhibuit, ſed quùm ne ſic quidem perſuaderet equum ſibi tradi, apud Imperatorem eum detulit, quod ignauus eſſet & imbecillis, & idcirco eum militandi munere abdicauit. Quærebat equum generoſum Theophilus,& ad omnes legiones miſerat, vt vbique talis equus perquireretur, inuentusq; ſibi ſtatim mitteretur. Hac

Dux

Digitized by Google

Dux ille arrepta occaſione, ab homine vel inuito aufert equum, eumq; quaſi rem ſuam ad Imperatorem mittit; accidit vt ad bellum pluribus opus eſſet militibus, iuberetq; Imperator omnes prorſus, quicumque arma ferre poſſent, in militiam proficiſci, profectus etiam, de quo loquimur, miles, fuſoq; exercitu occubuit, neque enim equum, qui eum ſeruaret, ſecum habebat, perijtq; relicta vxore cum liberis: quæ audita Imperatoris iuſtitia, viriq; deſiderio incenſa, & quòd filijs neceſſaria ſubminiſtrare non poſſet, ad regiam vrbem accedit, & Theophilum qua die ille conſueuerat ad ſacrum in Blachernis templum ſe recipere, mariti ſui equo vectum conſpicata, celeriter accurrens equi frenum detinet, ſuum aſſerens illum eſſe, neque alium auctorem fuiſſe necis viri ſui, quàm ipſum Imperatorem. Igitur Imperator perculſus admiratione, interim ipſam expectare iuſſit, dum ad palatium rediret, iamq; reuerſus eam ſibi præſto iuſſit eſſe; & percontabatur, vt ſibi accuratius rem indicaret. mulier à principio repetitam rem edocet Imperatorem. qui ſtatim ad ſe accerſiri ducem illum iuſſit. & de equo habita diligenti quæſtione, quum interim mulier Imperatoris iuſſu occultaretur, & dux ſuum eſſe equum affirmaret, neque rapina ſe illum poſſediſſe, ſtatim mulierem è velo, quo tegebatur, educit, vt veriſſimè illum redarguens conuinceret. qua ille viſa obſtupuit, diutiusq; mutus permanſit, ac vix tandem ſe ipſum colligens pedes Imperatoris flens attingit, & ſupplex miſerabilis fit facinus confeſſus. Igitur Imperator mulierem cum liberis fratres, & hæredes pariter illius bonorum declarat, ipſumq; magiſtratu abdicatum, in perpetuum relegat exilium. adeò infeſtus erat raptoribus, & ijs, qui iniuſtè ditari cuperent. Idemq; imperator ædificijs incumbebat, & murorum vrbis maximam præ ſe tulit curam, refectis ijs partibus, quæ debiliores eſſent, & in altitudinem erectis, ità vt ad ipſas accedere non poſſent hoſtes vllo pacto, quæ etiam nunc illius inſcriptum cognomen retinent. quinetiam meretricibus, è quibuſdam domibus eiectis, omniq; illo expiato loco hoſpitium ſuo nomine inſcriptum, forma pulcherrimum, maximumq; conſtruxit: ità ſe habebat erga meretrices: Verùmtamen aiunt, illum captum ſemel ancillæ cuiuſdam pulchritudine, quæ Reginæ inſeruiebat, cum ea ſtuprum commiſiſſe, tunc otioſè viuentem: ſed vbi ſenſit ſe lapſum, cognouitq; Theodoram totam immutatam, & de ſua erga ſe animi inductione illam multum remiſiſſe; aiunt illum iurantem ſublatis ad Deum manibus confeſſum, tunc tantùm ſe lapſum eſſe, & petere ſibi ab vxore veniam. Conſtruxit item ſuis filiabus palatia apud locum, qui vocatur Cariani, quorum ad noſtram vſque tempeſtatem extant aliqua monumenta. Quum vellet autem Saracenis Regni ſui potentiam perſpicuam facere, ſiue eorum ſibi concilians beneuolentiam, ſiue ſtudens illis eſſe formidabilis: Ioannem Sincellum, anteà præceptorem ſuum, uirum ciuili ordine honeſtatum, eademq;, qua ipſe hæreſi deprauatum, & ſumma dicendi facultate præditum, contra eos, qui contradicerent, ad Syriæ principem mittit, traditis illi cum multis alijs muneribus, quibus admirabile videtur Romanorum Imperium, & alienigenarum turba obſtupeſcit, tum verò auri quadraginta

ginta centenis, & alia quidem Amermunæ dono miſit, aurum verò, vt poſſet largiri legatus, & liberalitatis ſpecimen præbere: nam ſi qui miſſus fuit, arenæ inſtar, potuit aurum diſpergere, multò ſanè magis, qui miſit. Dedit inſuper vaſa duo, ex auro lapillisq; precioſis confecta, quæ communis lingua vaſa ad abluendas manus, polita vocat. rebus omnibus extollens, atque exornans legatum ſuú, qui cum Babylona perueniſſet, quæ nunc Bagda appellatur, vir plurimi faciendus videbatur, tum eloquentiæ, qua pollebat, copia, tum ex ipſis diuitijs, quæ extrinſecus illum exornabant. qui quidem largitus haud parua ijs, qui ad ſe mittebantur, quiq; vltro accedebant, ſed magna, & qualia Romanorum Imperatorem decerent, admirationi erat Saracenis, & laudibus plurimùm extollebatur. Verùm hæc ità geſta ſunt, poſtquam ille barbaricos fines eſt ſupergreſſus. Verùm vbi ad principem acceſſit, eiq; Imperatoris mandata renunciauit, deſcendit, ſeq; ad hoſpitium, vbi quieſceret, recipit, atque hic ſuam oſtendit magnificentiam, atque erga omnes comitatem: extollens enim, atque amplificans res Romanas ijs, qui ad ſe qualicumque de cauſa, ſeu parua, ſeu magna, adirent: vas aliquod argenti plenum largiebatur, & tandem cum Barbaris conuiuium celebrans, miniſtris præcepit, vt alterum vas ex illis duobus, quæ diximus, ſumptuoſa confringerent. quod vbi fractum eſt, & ſonus quidam haud mediocris aures percuſſiſſet, Barbari omnes uaſis pulchritudine perculſi, animiq; dolore vulnerati, plurimùm ſtudij in inquirendis vaſis fracti partibus ponebant. Tunc ipſe alterum depromi iubens, & quod perierat, ſineret abire, Saracenos obſtupefecit quàmmaximè, quum ſimul effeciſſet, ne in tali inquiſitione amplius occuparentur. Verùm enimuerò Arabum quoque princeps contra liberalitate decertans, nolensq; ei inferior videri, alijs quibuſdam donis ipſum perſequebatur, quibus ille minimè captus, ea coràm ipſo veluti puluerem proijciebat. Largitus eſt item captiuos centum, quos è cuſtodia nuper eduxerat: quosq; decoris veſtibus ornarat, detractis luctuoſis, & ſordidis captiuitatis indumentis. Verùm Ioannes ipſe laudata donantis magnificentia, munus nequaquam accepit, ſed homines illos interim quieſcere, & libertate frui iuſſit, quoad conuenientem compenſationem compararet, & alios captiuos, qui in Romana cuſtodia detinerentur, pares numero redderet Saracenis. His rebus Saracenum commouit, qui nõ amplius ipſum, vt hoſpitem habebat, ſed vt domeſticum, crebroq; acceſſens ſuos illi theſauros oſtendebat, & domorum pulchritudines, ipſumq; præcipuo honore proſequebatur, vſque dum ad Romanos reuerſus eſt. Reuerſus igitur ad Theophilum Ioannes, enarratisq; Syriæ rebus, Imperatori perſuaſit, vt Briantis palatia Saracenorum ædificijs ſimilia conſtruerentur, & forma, & varietate nihil illis prorſus cedentia. Quumq; inſtaret operi, & ædificia architectaretur, Imperatore conſentiente, perfecta ſunt opera ad eum modum, quem Ioannes ipſe demonſtrarat: vno ſolo templo addito, quod in honorem Dei Genitricis erectum eſt, ad ipſum cubiculum: ædificatum eſt item ad horum palatiorum veſtibulum tribus conſtans partibus templum, & forma pulcherrimum, & ma-

magnitudine

Digitized by Google

gnitudine pluribus antecellens, cuius medium conditum eſt in honorem militiæ principis Michaelis; infimæ ipſius partes, ſanctis mulieribus martyribus dedicatæ, atque in his ille & magnificus & admirabilis, & videbatur, & habebatur; ſed in eos, qui ſanctas & immaculatas colerent imagines, admodum ſæuus, & auſterus: quippe qui ſuperiores omnes crudelitate vincere contendebat, ſuperiores enim fuerant Leo, & Michael Balbus iſtius pater, quorum alter edicto ſanxit, vt in nulla pictarum imaginum, vbicumque pictæ eſſent, hæc vox ſanctus, imprimeretur; quaſi non alij hæc vox, quàm Deo ſoli conueniret, haud rectè conjectans. quum enim Deus hanc vocem, Deus, hominibus impertitus ſit, quæ multò excelſior eſt hac voce adiectiua, ſanctus, nam longè humilior eſt ſanctus, non vtique ipſa nobis interdixiſſet, verùm hoc ille, vt dixi, lege ſanxit, at Leo, qui antè ipſum regnauit, nequaquam ipſas coli conſenſit: verùm Theophilus nè coloribus quidem formari voluit, abiectum enim, & humile talibus affici, ſed ſolam veritatem contemplari. Igitur detrahebantur eo tempore ab omni templo ſacræ imagines, pro quibus feræ, & aues inſculpebantur, quæ illius immanem, ſeruilemq; dementiam coarguerent; hinc ſacroſanctæ opes repoſitæ in forum proiectæ contumelioſè illudebantur; hinc carceres facinoroſorum ijs complebantur, qui in honore ſacras imagines haberent, monachis, epiſcopis, paſtoribus, & ijs qui eas depinxiſſent; pleni item montes erát, & ſpeluncæ ijs, qui vt fontes, & ſcelerum patratores, fame, ſitiq; interfecti fuerant: nam quum monachis iuſſiſſet ad vrbes aditus intercludi, eosq; omnino expelli edicto ſanxiſſet, effecit, ut monaſteria, & ſolitaria loca multis, atque conſpicuis hominibus complerentur; quippe quum ſacri viri, virtutem prodere, & ſacrum nollent indumẽtum, immò mallent fame, & calamitatibus oppreſſi, vitam finire; aliqui negligentes habitum, idcircò perirent; plures item ex ijs, qui per deſidiam vitam agerent, remiſſam, ac diſſolutam vitam amplexati eſſent à ſacris hymnis, & cantionibus & ipſo habitu pœnitus abſtinentes. etenim ne hos quidẽ conuentus peragi Tyrannus cóceſſit: qui perſæpe, vel ſoli poſſunt ſeruare, & veluti frenum quoddam eſſe ijs, qui cupiditatibus dediti temerè labuntur. Verùmtamen ne tunc quidem libertas loquendi ex hominibus prorſus receſſit, ſed quidam audaciores multi per ſe, aliqui etiam ſimul coacti, quemadmodum Monachi ab Abramitarum monaſterio profecti, liberè ad eum accedentes loquebantur, oſtendebantq; ex dictis patrum noſtrorum Dionyſij magni, Hierothei, & Irenei, nõ heri, aut paulò antè monachorum rempub. adinuentam, & ſtatum; ſed antiquam, atque adeò priſcam, quin etiam ſanctarum imaginum figuras cum apoſtolis viguiſſe demõſtrabát, ſiquidem ſanctus apoſtolus Lucas Dei genitricis formam expreſſit, & ipſe Chriſtus Dominus, ac Deus noſter ſuam in quodam linteo depictá effigiem, non manu confectam nobis reliquit. Iſti igitur ſacroſancti viri Tyranni inſcitiam redarguerunt, quumq; ei immanitatem quod admodum liberè loquebantur, obieciſſent; poſt multas plagas, & verbera, atque tormenta ex vrbe exterminati fuere. qui quum ad ſacrum præcurſoris templum, in euxino ponto ſitum,

perueniſſent; flagellorum plagis tandem confecti, cœleſti quiete dignati ſunt, quorum veneranda corpora in terram inſepulta proiecta, integra, & ſalua diutius permanſere, quoad fideles quidam ea ſuſcipientes, ſepelienda curarunt; varioq; honore certatim affecerunt ſanctos, qui pro Chriſto Deo martyrium ſubiere, quos æmulatus ſimilia, & cognata his alius quidam Monachus oſtendit, qui nuper ad ſacerdotij principatum aſcenderat: nam zelo Dei incenſus coram Tyranno aſtitit, aliaq; non pauca enarrauit, & illud Apoſtoli dictum, Si quis vobis euangelizauerit præterquam quod accepiſtis, anathema ſit; verùm iſti quoque multas inflixit plagas, ſed vbi ſtabilior viſus eſt, in diſputando: ad Ioannem emiſit præceptorem, & magiſtrum Tyranni, cui imperauit, vt hunc ipſum dialecticis demonſtrationibus in ſuam ſententiam adduceret. At generoſus, ac ſtrenuus ille decertator, non ſophiſticis, aut dialecticis demonſtrationibus, ſed apoſtolicis, & euangelicis dictis magis mutum iſtum reddidit, quàm piſces: & tunc haud paucis item acceptis plagis, in exilium mittitur; Sed paulòpoſt cum magno Ignatio quoddam tempus commoratus, quum eum de futuris Imperatoribus edocuiſſet (erat enim futura præuidendi munere donatus) ad dominum migrauit. Tyrannus verò ſacris imaginibus infeſtus, properabat pictores omnes perdere, vel ſi viuere mallent, iubebat, vt ipſas expuentes, tamquam profana quædam pedibus in terram proiecta conculcarent. præter alios comprehenſus eſt item Lazarus Monachus: qui tunc pingendi arte celebris erat, ac prius ille Deo repugnans, obſequijs ipſum deuincire tentauit; ſed vbi omni adulatione præſtantiorem eum vidit, ad inſitam ſibi vim conuerſus eſt, tantiſq; tormentis ipſum excruciauit, ut nec ſupereſſe quidem poſſe ex his exiſtimaretur, & ità corpore malè habentem concludit in carcerem; Sed poſtquam illum conualuiſſe audiuit, rurſusq; imagines depingere, laminas ferreas ignitas illius palmis iuſſit admoueri: Igitur carnes depaſcebatur ignis: quoad animo tandem defectus athleta iacuit ſemimortuus. Verùm oportebat diuina gratia hunc ſeruari, vt poſteris eſſet incitamentum. Quare Tyrannus, vt extremum iam ſpirare ſanctum didicit; Reginæ precibus ille & quorundam aliorum, qui ſibi maximè propinqui erant, è carcere liberatur, & in templo præcurſoris, quod ità vocabatur formidabilis, occultatus eſt: atque ità, vt ſe ſe habebat, plagis malè affectus præcurſoris expreſſit imaginem, quæ diu conſeruata ſanabat ægrotos; atque hæc tunc ità geſta ſunt. Poſt obitum verò Tyranni recta iterum fide luceſcente in ærea columna Dei, & hominis Ieſu Chriſti imaginem ſuis manibus impreſſit iſte Beatus Lazarus: qui ab admirabili Regina Theodora acceſſitus, quum ab eo veniam ſibi dari, ſuoq; Viro ab eo Imperatori peteret, non iniuſtus, inquit, Deus eſt, ò Regina; qui oblitus charitatis noſtræ, & laborum, quos eius cauſa ſuſtinuimus, odium illius, & excellentem inſaniam anteponat; verùm hæc poſtea: Sed improbus Tyrannus Theophanem confeſſorem, Theodorumq; eius fratrem, quum ſapientia illos multis

præſtare

Digitized by Google

præſtare noſſet, ad Lauſiaci triclinium ſibi eos præſtò eſſe iuſſit; Vt de fide publicè diſſererent. Agite, inquit, vos, ò execrabiles, quibus adducti ſcripturæ verbis idola, ſanctas imagines, incontinenti mente, & lingua, ita vocant, ſic colitis, multosq́;, & integros viros idem facere perſuadetis; adiecitq́; alia quæpiam maledicta, & abſona impudentiore voce contra Chriſti, Dei noſtri imaginem. Beati illi, obſtruatur, dixere, os loquens contrà Deum, iniquitatem. at ille tunc occultata leonina pelle, vulpinam præſefert. Prophetarumq́; oracula, & teſtimonia requirebat: quæ imagines coli permitterent. Quumq́; alter fratrum beatus Theophanes dictum quoddam ex Iſaiæ prophetia protuliſſet, non ità ſe habere Theophilus contradicebat, & ſimul illius librum voluens, oſtendit citò verba fidelia, at vbi adulteratum ab ipſo non modò verbum hoc ſanctus exclamauit, verùm etiam omnia quæcumque ad eius manum perueniſſent, illum ſibi adduci librũ iuſſit, qui in Patriarchæ Bibliotheca in Thomaite ad hanc partem ſitus eſſet, ad ſua dicta confirmanda; poſtquam igitur miſſus fuit, ac dicto citius librum adduxit, vltrò Imperator ipſum euoluens, à dicto aberrauit, & pudore perfuſus, dictum, quod quærebatur, & præteribat, & alijs, atque alijs in locis inquirebat; ſed vbi à Beato Theophane edocebatur, digito demonſtrante, ſi adhuc tria folia præteriret, fore vt ſtatim quod quærebatur, deprehenderet, tunc non amplius æquo animo ferens indicia, quibus libere coarguebatur, ſibiq́; conſcius ità ſe habere rei veritatem; abiecta ſua animi diuturna lenitate, qua vſque tunc fuerat vſus, & patefacta immanitate, haud iuſtum eſſe, inquit, Imperatorem Romanorum à talibus viris haberi ludibrio, & quod reliquum erat, imperauit in lauſiaci meſocepio ipſos adductos flagris cœdi, & grauiſſimas illis infligi vſque ad ducentas plagas, & in eorum frontibus inſcribi barbaricè impreſſos, quos ipſe compoſuit nugaces Iambicos, ſunt autem iſti.

Omnibus optantibus accurrere ad vrbem,
Vbi caſtiſſimi Dei verbi pedes
Steterunt ad conſtitutionem orbis terrarum
Conſpecti ſunt iſti venerando loco;
Vaſa improba infelicis erroris,
Illic multa, verùm ex infidelitate.
Patrantes turpia, grauia improba mente
Illinc eiecti ſunt, vt apoſtatæ.

Et ad vrbem hanc Imperij confugientes, non omiſerunt nefariam ſtultitiam, quare iniuſtis in eorum facie notis, vt facinoroſi condemnantur, & expelluntur rurſus. Hac re citius peracta, confeſſionis, & martyrij coronam illi ſunt adepti: iſte autem ſuperbus, & omnium miſerorum miſerrimus omnibus blaſphemum ſe ſe declarauit & perſecutorem, & illis, qui vmquam infames fuerunt, magis infamis.

Ad hæc beatum quoque Michaelem Sincellum eccleſiæ, quæ eſt in ſancta ciuitate multis cum alijs monachis in carcerem coniecit diuturnis cruciatibus

eos adducere ſperans, talia erant ipſius contra ſanctos nefaria facinora, & ità illum, qui propter nos homo factus eſt, verum Deũ contumelijs afficiebat, eiusq; veros cultores non breui, ac definito tempore, ſed in omni ſua vita vexabat, & in eiuſmodi calamitates inijciebat, quibus nullum poſſet adhiberi remedium; muſicus item ſtudebat eſſe, quare hymnos quoſdam componens, & verſibus cantum addens cani iubebat, quibuſcum illud quoque quarti toni benedicite, mutatum ex octaua cantione. Audi filia; & alio adhibito rythmo. in eccleſia Dei, ità cani, vt exaudiri poſſet, conſtituit. & quædam de eo fama fertur, amore illum cantus perculſum in magna eccleſia hilari celebritate non recuſaſſe manuum geſtu cantui legem præſcribere, conceſſis pro hac re clero centum auri libris, & illud carmen in olearum ſolemni die. Egredimini gentes, egredimini & populi, animi illius aſſerunt eſſe partum. & quia in capite paucos à natura capillos habebat, vt quidam recaluaſter, edictum vbique præponendum curauit, vt capilli vſque ad cutim tonderentur, neúe Romanus aliquis eos vltrà ceruicem deinde ferre permitteretur. qui verò edictum negligeret, ille multis flagris cæderetur; priſcorum ſe Romanorum virtutem dictitans reuocare. quumq; pater eſſet quinque filiarum, vt ſuperius demonſtrauimus, & maſculi partus expers omnium natu minimam Mariam egregiè ſibi præceteris dilectam, exiſtimauit viro collocandam. ſponſus autem erat à Crinitis oriundus Armeniorum regione, Alexius nomine, Moſele cognomento, ſpecie formoſus, florens ętate, quem primùm patriciorum, & conſularium dignitate honeſtatum: deindè magiſtrum, tum Cæſarem declaratum, datis ei idoneis copijs, vrgenti quadam de cauſa in Longobardiam miſit. qui profectus, rectè, & ex animi Imperatoris ſententia, omnia conficiebat; quare beneuolentia erga illum augebatur, ſimulq; hominum vigebat inuidia, qui ipſum calumniati ſunt, vt regni appetentem, illud addentes fore, vt alpha, ipſi thita olim dominaretur: quibus auditis Cæſar veluti propulſans inuidiam multùm Imperatori ſupplicabat, Vt ſibi concederet facultatem monaſticæ vitæ eligendæ. quod Imperator minimè permiſit, ueritus filiæ viduitatem: & Cæſar deſtitit publicis negocijs occupari. Sed poſtquam natus eſt Imperatori Michael, & Cæſaris vxor Maria vitam cum morte cõmutauit, illam tanto eſt honore proſecutus, vt cadauer eius in arca deargentata curaret imponi, ipſiusq; ſepulcrum aſylum hominibus qualiumcumque criminum conuictis conſtitueret; & Alexium, qui clam alterius ordinis erat effectus, & monaſticum indutus habitum, quando ei perſuadere non potuit, vt illum abijceret, vix permitteret. largitus ei vbi vitam degeret, regium ad Chryſopolim monaſterium, & illud, quod Birſei appellatur, itemq;, quod eſt ad oliuam: ille in eo, quod eſt ad Chryſopolim, aliquamdiu commoratus, quia porticu ad deambulandum indigebat, ad locum, qui dicitur Anthemij, profectus, eum Imperatoris iuſſu emere conſtituit: in quo conſtructo ſumptuoſo monaſterio, è vita decedens, ibidem ſepultus eſt, vnàq; eius frater Theodoſius, patriciatus dignitate decoratus, multis ſuæ optimæ vitæ in monaſterio relictis argumentis,

Digitized by Google

mentis, & indicijs. Quum verò princeps Arabum Imbriel contrà Romanos exercitum duxiſſet, Theophilus quoque pari ſtudio decertans, omni abiecto metu, contrà proficiſcitur: ſiquid enim metus adhuc ſupererat, at id omne peritia bellandi, qua præditi erant viri, quos ſecum habebat, & præſtantia procul amouerant, Theophobus, & Manuel, inquam. at Manuel ipſis hoſtibus, vt virtute præſtans cognitus erat, quod Leone imperante præfectus fuerat Orientis exercitui, & Michaelis, qui antè ipſum regnarat, fuit eorũ, qui curauerat equos, princeps, protoſtatorem hunc appellant, indicabitur quoque Theophobus, vndè, & quomodo ex Perſide oriundus ad notitiam peruenit Imperatoris. quidam olim regio ſemine prognatus legatus miſſus ad Conſtantinopolim, non legitima coniunctione, ſed clandeſtino, & occulto coitu hoc filio ſuſcepto, in patriam reuerſus eſt. & quia Perſis lex eſt, quam violare nequaquàm poſſunt, vt nemo, niſi Regio ſemine procreatus, & à Regibus ducens originem, potiatur Imperio, defecerantq; continentibus bellis ab Agarenis expulſi, qui regiæ ſtirpis erant, multaq; in Perſide fama diuulgabatur, eſſe quemdam Byzantij nomine Theophobum, nam diſſeminauerat ipſam pater, qui iſtum procrearat. viſum eſt Perſarum ſenatui clam aliquos ad eum inquirendum mittere, qui quum ad noſtram vrbem perueniſſent, multúmq; quæſijſſent, tandem ipſum cum matre habitantem inuenere. vt verò non ſolùm è ſignis, ſed etiam ex animi, corporiſq; indicijs quæſitus agnitus eſt: quum præterea quidam teſtaretur, conſuetudinem, quam habuerat mulier cum Perſa, neque enim quicquam adeo occultum eſt, quin à multis cognoſcatur, qui miſſi fuerant, ſe ipſos indicarunt Imperatori, atque conſilium ei ſuum apertè declarant, pacem, ac fœdera, totiuſq; nationis obedientiam pollicentes, ſi Theophobum ipſis reddere non recuſaret. Lætatus igitur promiſſis Imperator, & ità inuenta rei veritate, ipſum in Regia alendum aſſumit, ac diſciplinis liberaliq; eruditione inſtruendum curat. Altera quoque fama eſt non ab aliquo legato procreatum eſſe Theophobum, ſed caſu quodam, quales accidere multi in bellis conſueuere, eius patrem ſiue Regem, ſiue Regi cognatione proximum ex Perſide exulaſſe, & Conſtantinopolim perueniſſe, ibiq; pauperem vitam degentem, & cauponæ cuidam mulieri ſeruientem, quum eius amore captus eſſet, eam vxorẽ duxiſſe, legitimoq; matrimonio ex ea ſuſcepiſſe Theophobum; Sed pater e vita deceſſit, & quadam Aſtrologia, ac diuinatione, etenim has diſciplinas, etiamnum in Perſide vigere aſſerunt, didicere Perſæ de Theophobo eſſe quendam Regia ſtirpe oriundum in Byzantio, quo cognito ſtatim Conſtantinopolim petiere illius inquirendi, ergo, & ita notus fuit Imperatori. & poſtquam illius agnitio percepta fuit ab omnibus, in Perſide commorantibus, per legatos, qui redierant, omnibus iocundiſſimum viſum eſt, quamdam contrà Agarenos rebellionem excogitare, & ad Romanorum Imperium deficere, vt principe ſuæ nationis, & cognationis potirentur; fuit item alius Perſarum princeps Babet, qui iam quinque antè annis cum ſeptem milibus ab Agarenis deſecerat: qui & amore erga Theophobum, & metu Agarenorum perculſus, ad Romanorum

manorum potentiam ſe confert ad Vrbem Sinopem, & Imperatori ſe ipſum, tottamq; nationem ſubiecit. Hac igitur de cauſa Theophilus Theophobum ad patriciorum honorem prouehit, & ſuam nuptui ſororem tradidit, legemq; conſtituit, vt vnicuique Per ſarum liceret cum Romanis matrimonio copulari, quum plures ex ipſis Regijs honoribus & dignitatibus decoraſſet, & in codicibus militaribus inſcribi perſicam legionem, quam hoc nomine appellauit, & cum Romanis aduerſus Agarenos exeuntibus connumerari præcepit. His igitur duobus fretus Theophilus, Manuele, & Theophobo contra Agarenos prodit, quum iam inter ſe appropinquaſſet exercitus, conſuluit quidnam facto opus eſſet; & Manuel, haud æquum eſſe dixit Imperatorem Romanorum cum Amermumne prælio decertare. Sed id faciendum, vt aſſumpta parte aliqua exercitus in conſpectu hoſtium prodiret. Theophobus verò cenſebat, ipſum quoque Imperatorem in acie inſtractum manere, ac noctu cum peditatu hoſtes inuadere conſulebat, ac ſi opus foret, equitatus quoque ſimul impetum faceret; Verùm id Imperatorem minimè perſuaſit, quum multi dixiſſent Theophobum ſibi Romanorum gloriam vendicare, & idcircò velle prælium nocte committi. Viſum eſt igitur apertè, & interdiu prælio dimicandum. Amermumnes igitur Imbrael; ſiue ſuperbia, aut aliqua arrogantia id temere faciens, ſiue Imperatorem veritus, aſſumpta ſecum exercitus parte diſceſſit. & quemdam Abuzacarem nomine, vnum ex ſuis ducibus, contra Imperatorem cum octuaginta milibus miſit. quumq; inter ſe exercitus appropinquaſſent, & inito prælio multi vtrinque caderent, ad extremum inclinatæ ſunt Scholæ cum domeſtico, & ſe ſe pugnæ ſubtraxere. Imperator cum regia phalange, & duobus Perſarum milibus, qui ei aderant; Theophobo, in collem ſe recepit: quem cùm circum ſtetiſſent Saraceni, vſque ad ſerum diei multum decertatum eſt contrà ipſum, illis ſperantibus eum captum iri; his verò defendentibus, neque vllo pacto Imperatorem ſuum prodere ſuſtinentibus: quare cum iam nox ſuperueniſſet, Saracenos decepit Theophobus: Imperauit enim militibus, vt plauſibus, & clamoribus, & citharis, & cordis, & tubarum vocibus omnia complerent, vt videlicet citò ſibi alijs auxilio aduentantibus: quod quidem ſuſpicati Saraceni milia paſſuum ſex indè receſſerunt: veriti ne circumuenirentur. quare parum ſecuritatis adepti, qui cum Imperatore erant, ſalutem ſibi fuga quæſiere: & ad eum exercitum, qui prius effugerat, ſe incolumes contulere: Igitur Imperator conqueſtus tantummodò de exercitus proditione, nullaq; re amplius, quæ ingrata accideret, peracta, muneribus, & varijs honoribus eos, qui cum Theophobo erant, affecit: quare Perſæ maiore accenſi ſunt erga Theophobum amore, & ſoli cum ipſo contra Agarenos prælium ſubire ſupplicabant, & eos in fugam ſe verſuros affirmabant Imperatori: quare ipſorum verbis delinitus Imperator, neminem alium, quàm Theophobum ipſis ducem præbere voluit. Anno verò inſequenti, rurſus cum exercitu in aciem prodit Imperator, & ad Chariſianum cum Agarenis congreſſus, eos fudit, fugatque; & non paucos capit, atque in ſeruitutem abducit, fere

viginti-

Digitized by Google

vigintiquinque milia, & cum illuſtri victoria Conſtantinopolim reuertitur. In captiuis captus eſt quidam Agarenus manu ſtrenuus, & manuum dexteritate clarus, qui notus erat ſcholarum domeſtico, & teſtis erat illius in equitando dexteritatis; ſiquidem dum equitaret duabus haſtis vtens artificioſe admodum, & ingenioſe deijciebat hoſtes; quumq́; domeſtico victoriæ triumphus in Hippodromo celebrandus eſſet; & iſte in triumpho præiret, conſpicatus ipſum Imperator, & laudibus deceptus, equum conſcendere illum iuſſit, & duabus arreptis haſtis ſuam præſtantiam, ingenijq́; dexteritatem toti ciuitati oſtendere. quo facto & imperitiores oblectante ſpectaculo, Theodorus cognomento fortis, qui paulò poſt pręfectus fuit phalangi ſanctorum quadraginta duorum martyrum, propè Imperatorem ſtans, ipſum irridebat, aiebatq́; nihil virile ipſum, neque admiratione dignum præ ſe ferre. quod iniquo animo ferens, & indignatus Imperator; at tu ò effęminate, inquit, & imbellis, potes ne aliquid tale perficere? quum non didicerim fortis reſpondit, ò Imperator duabus vti haſtis, ne exercere quidem eas poſſum, neque enim in bello harum vſus, qui ludicra res eſt, neceſſarius videtur, ſed vna tantùm vſus haſta ſtabilem in Deo fiduciam collocans ſpero fore, vt ipſum concutiam, & de equo præcipitem deijciam. quibus verbis iratus Imperator, per caput ſuum iurauit, ſanctum ſe neci daturum, niſi verba factis comprobaret. ſtatim igitur quum equum conſcendiſſet Theodorus, haſta arrepta, cum Saraceno congreſſus eſt. eumq́; breui tempore de equo deiecit. erubuit igitur Imperator, deiectum Saracenum ab homine eunucho conſpicatus: attamen viri virtutem reueritus, & benignis verbis excepit, & ſplendidas veſtes, atque indumenta ob reuerentiam erga rempub. largitus eſt. Iamque appetente vere coactis rurſus copijs Theophilus aduerſus Saracenos in aciem prodit, ſanctũ ſecum Methodium ducens, quod in bello facere conſueuerat: ſiue vt ille obſcura, multisq́; incognita diſſolueret, quod eximia ſapientia præditus eſſet: ſiue ab ipſo ſeditionem aliquam metuerat, propter bellum contra ſacroſanctas, ac venerandas imagines ſuſceptum: neque enim mediocriter colebat, & obſeruabat viri in Republica moderanda iudicium, & religionem. Hac de cauſa viſum eſt Imperatori minus expedire, ſi illum ſibi à tergo relinqueret. verùm enimuerò, quũ congreſſi eſſent vtrinque exercitus, & Iſmaelitæ ſuperiores eſſent; circum uentus eſt Imperator, & parùm aberat, quin caperetur: quo cognito Manuel Dux exercitus, & graue ratus bello captum videre Romanorum Imperatorem: hortatusq́; ſuos vt memores eſſent virtutis, & addito illis animo. periculum ſubijt audacter, vbi verò ità defatigatum offendit Imperatorem, vt iam ſalutem deſperaret, ſeq́; excuſantem, quòd populum fugientem deſerere nollet, Age inquit, Imperator, ſequere me præeuntem, & tibi latam viam aperientem. Sed poſtquam Manuel progreſſus eſt, & Imperator metu perculſus non ſequebatur, rurſus reuerti coactus eſt, & vbi ne tunc quidem aſſecutus eſt id, quod cupiebat, tertiò reuerſus, mortem interminatus eſt, niſi ſequeretur, & ita vix tamdem a periculo eum liberauit, & idcircò ipſum dignis honoribus remuneratus eſt, ac muneribus illum

ſe obſer-

Digitized by Google

ſe obſeruare præſeferebat, eiq; tum alia beneficia, tum verò ſalutem ſuam acceptam referebat, attamen inuidia contra talem virum conflata eſt, tantumq; valuit, vt ex conuitio condemnatus, quaſi rebellis haud mediocre periculum ſibi imminere intelligeret, per quendam ſibi fideliſſimum certior factus: qui olim ſeruus illius fuerat, tunc verò à poculis erat, Theophilo, fore vt excæcaretur, auſus rebellionem ad Agarenos deſciſcit, apud quos magnus ille habitus, maximis quoque honoribus eſt affectus: etenim multæ ei copiæ ſunt commiſſæ, & aduerſus finitimos hoſtes, qui Cermutæ vocabãtur, miſſus eſt, ac neminem alium ſe ſequi paſſus, præterquam ſolos illos Romanos, qui in cuſtodia detinebantur, quibus militibus vſus, maximas pulcherrimasq; victorias reportauit. ità, vt ipſum Choroſam, qui ità vocabatur, obſideret: neque enim ſolùm præſtans illius virtus hoſtes deterruit: ſed etiam linguæ varietas, & habitus mutatio, atque adeò nec opinata belli ratio, quàm mutato inſtituto ſecutus erat, haud vulgarem metum iecuſſit hoſtibus, neque contrà hoſtes tantum generoſum ſe, & fortem præbuit, ſed etiam in feras agreſtes, quæ regiones depaſcebantur, ſuam oſtendit virtutem; multorumq; ipſis auctor bonorum à principe præcipue dilectus eſt, & illius ſenatu. quibus cognitis Theophilus, vt par erat, cruciabatur; & omnem lapidem mouebat, vt hominem ad ſe reuocaret. Idcircò crucem, & auream ei bullam per quemdam Agritum Monachum Manueli mittit, hortatus, vt reuerteretur, omniumq; illi iniuriarum per hæc obliuionem gratificãs, qui ea deferenda quum accepiſſet, in manus Manueli tradit. quibus ille acceptis, veluti animo inflammatus, iam ſibi ex prioribus rebus geſtis conciliata fide, indicat Imperatori Saracenorum ſe cupiditate teneri cum Romanis belli gerendi, & inimicos, qui ſe apud Imperatorem accuſauerant, Cappadociam tunc incolentes, vlciſcendi, petijtq; ſecum eius filium mitti, vt omnis ſuſpicio tolleretur. annuit poſtulatis princeps Iſmael, eiq; educendi exercitus facultatem concedit. Vbi verò Romanorum ille finibus appropinquauit, ſua omnia Cappadociæ Prætori indicauit, ſeq; ad Romanos rurſus reuertiſſe, ſimulq; docuit, oportere quodam in loco inſidias collocari, vt quum eò, inquit, peruenerimus anteſignanos Saracenorum aliò impellam, ipſe verò ad Romanorum ſedes accurram. quod etiam factum eſt. vbi enim ex compoſito definito loco appropinquarunt, multùm Iſmaelis filium amplexatus, tu quidem, inquit, incolumis abi ad parentem tuum, ò fili, ego verò ad meum Imperatorem, ac dominum reuertar; & indè digreſſus incolumem Conſtantinopolim ſe recepit. occurritq; Imperatori in templo, quod eſt in Blachernis Dei Genitricis, à quo Magiſter declaratus, eo honore afficitur, vt deinceps eius filius, vnà cum alijs vocetur. & rerum Manuelis ſtatus hic erat. quum verò Theodotus Meliſſenus: quem Caſſiteram appellari ſuperior demonſtrauit oratio, diutius Conſtantinopolis thronum obtinuiſſet, ac vita functus nuper eſſet: Ioannes Theophili pædagogus illius excipit thronum accepto ſacerdotio veluti impietatis, atque perfidiæ præmio. Theophilo autem ſtudioſius de ijs inquirenti, quinàm poſt ſe regnaturi eſſent, quædam muliercula ex Agarenis

capta.

Digitized by Google

capta, ſuperioribus bellis ingenio ad huiuſcemodi prædicenda idoneo prædita, præſto fuit. Interrogauit igitur Imperator, quæ voluit, & longam Imperatorum ſeriem, qui deinceps ſucceſſuri eſſent, iuſſit edicere. hæc mulier ſiue Diuini furoris inſtinctu, ſiue Dæmoniorum virtute concitata, tuus, inquit, ò Imperator filius tibi ſuccedet cum matre ſua. Sed poſt hos Martinaciorum genus imperium diutius adminiſtrabit. ille ſimul ac verba hæc audiuit, Martinacium, licet ſibi dilectum, detondendum, & monachum inſtituendum curauit, eiuſq; domum monachorum fecit hoſpitium: neque hoc ſolùm dixit mulier illa, verùm alia multa quoque futura vaticinata eſt; fore enim prænunciauit, vt & Ioannes patriarchali ſede excideret, & venerandæ imagines debitum honorem, cultumq; conſequerentur; quibus admodum dolens Theophilus, ſæpenumerò Reginam hortabatur, & Dromi Logothetam Theoctiſtum, & iureiurando maximè formidabilis obſtringebat, ne poſt ſuum obitum Ioannem patriarchatus dignitate abdicarent, neue idolorum, ſic enim ſacroſanctas imagines appellabant, cultum permitterent. neque hæc mulier tantum hæc prædixit, verùm Ioannes quoque arte quadam diuinandi, quæ fit per peluim, apertè oſtendit ipſi futurum ſibi Imperij ſucceſſorem. neque Imperatori tantùm mulier diſſoluit interrogata, ſed etiam Conſtantino, qui in triphylijs plurimùm eo tempore poterat, futura declarauit, ipſum videlicet, & eos, qui ſibi curæ eſſent, fortunis omnibus priuatos clericorum habitum indutum iri, quod paulò poſt accidit, Baſilio imperium moderante; prædixit item Georgio viro militari mortem, quæ ipſum in funda Hippodromi occupatura eſſet. illic enim haud multò poſt imperante Baſilio rebellionis accuſato caput eſt amputatum. Iamque appetente vere, & Agareni, & Theophilus in aciem, alter aduerſus alterum prodiere, ſeq; mutuo veriti re infecta domum rediere. reuerſuſq; Theophilus legationem accepit Gachani Zachariæ petentem conſtrui Sarcelum nomine arcem, quæ videbatur forte propugnaculum contra impetum Parzinacorum, eos enim intra Tanaidis fluminis coercebat partes. Igitur poſtulatis obſecutus Imperator, quemdam petronam miſit, & eorum petitionem ad exitum perduxit. hic reuerſus ſententiam ſuam declarauit Imperatori, non poſſe illum aliter Cherſonæ ſtabiliter imperare: quam ſi proprium ei prætorem præficeret. nam ad illud vſque tempus nemo ex noſtris, qui ibi imperaret, miſſus fuerat, verùm indigena quidam, princeps cognomento, res ciuitatis adminiſtrabat. Imperator igitur, approbato eius conſilio, non alium, ſed ipſum miſit, qui regioni præeſſet, miſſis mandatis principi, & alijs indigenis, potentibus; vt ei ſine vlla controuerſia obedirent: ex eo igitur tempore hic mos retentus eſt, vt in Cherſonam prætores mitterentur. In ſequenti anno, appetente iam verno tempore, aduerſus Agarenos prodit Theophilus cum copijs, & multa militum manu, progrediensq; vltra Siriam, regionem vaſtat, ac diripit, & vndecumque poteſt deprædatur; nam & vrbes iure belli occupauit, & idcircò homines in ſeruitutem abduxit, ipſamq; Soropetram, ſic enim appellabatur, quæ fortè fuerat Amer-

F mumnes

Digitized by Google

mumnes patria obſidione expugnauit, pro qua quidem ille per litteras multum ſupplicauit, vt ſuæ patriæ parceret, quamuis illius precibus Imperator minimè conſenſerit. & rebus ità compoſitis Conſtantinopolim Theophilus reuertitur Theophilo poſt ſe relicto, qui ea, quæ ad exercitum pertinerent, benè moderatus ad ſe primo quoque tempore accurreret. Verùm Perſæ, quum admodum dolerent annonam ſibi deeſſe in Sinope ipſum compræhenſum, Imperatorem, vel inuitum, declararunt; multùm rogantem, ac ſupplicantem, vt ab eiuſmodi incœpto deſiſterent. grauiterq; interminantem eos grauia mox paſſuros iſtius facinoris cauſa. Vbi verò non obtemperantes tota mente, totoq; animo in incœpto perſeuerabant, clam quæ facta fuerant, Imperatori renunciat; atque interpoſito iureiurando eum certiorem facit, non ſe, verùm Perſas facinoris auctores fuiſſe. Tunc illius approbato conſilio Imperator, eum ad regiam vrbem acceſsit, omnibusq; Perſis, & veniam concedit, & malorum obliuionem, quos item pollicitationibus adductos, & è Sinope profectos ſtatuit diſpergendos, ne tanta ſimul multitudo degeret, & quia in tres partes omnis Perſarum populus diuiſus erat; rectè conſiderans, vnicuique regioni duo milia miſit, quum ducibus exercitus, qui ibi præerant imperaſſet, vt eos ſubijcerent. Hæc cauſa, & ſuſpectos fecit Perſas, & Theophobum vita priuauit. fuit & altera cauſa, quam ſuo loco declarabimus. Amermumnes verò tantum cæpit animo dolorem, ob captam, direptamq; patriam ſuam, vt vbique omnes ætate idoneos milites, cogi iuberet, ex Babylone, & Phænice, & Palęſtina, & Cæleſyria, itemq; & longinquiore Lycia, omnemq; militem in ſuo ſcuto Amorium depingere, ea re innuẽs ſuam ad ipſum profectionem. Igitur omnis exercitus ad Tarſum ipſi coactus eſt. Theophilus etiam exierat ad Doryleon, quod ab Amorio tridui ſpatio abeſt. Quum igitur multi conſulerent vt populum qui in Amorio habitabat, alio traduceret, cederetq; Sarracenorum impetu, qui ſuſtineri non poſſet: Id Theophilo non carere infamia videbatur, neque ſtrenui viri, ſed pulchrum ſtrenui militis munus illud magis communire ac generoſi ducis conſilio ſeruare; emiſit igitur Aetium patricium, & legionum Orientis Ducem, cum idonea manu ad propulſandos hoſtes. dedit item ductores exercitus eos, qui paulò poſt martyrium ſubierunt, Theodorum fortem, & Theophilum, & Boburzicum, reliquosq;, qui non ſolùm exercitus tunc miſſi, ſed etiam phalangis quadraginta duorum martyrum duces fuere.

Vbi verò ad Tarſum acceſſit cum toto exercitu, Sarracenorum dux inito cum familiaribus conſilio, & conſultis vatibus ſtatuit non eſſe ſtatim ad Amorium accedendũ, ſed prius tentandas Imperatoris copias per filiũ, qui exercitus à ſe partẽ acciperet. hoc ſecum reputans, ſi vinceretur Imperator, omnino patri quoq; aſcriptum in victoriam, ſin minus, vtilius eſſe quieſcere: Hoc capto conſilio filiũ miſit vnà cum Amera, qui tũc Melitenẽ moderabatur, & Turcorũ circiter decẽ millibus, & omni Armeniorũ exercitu, & Imperatorũ; qui quũ ad eũ locũ perueniſſet, qui Diazimon dicit, ibi caſtra poſuit; pfectus etiã fuerat Theophilus aduerſus

ipſum,

ipſum, adducto exercitu ſecum haud ignobili, ex Perſis, & occidentis partibus ex ijs, qui orientem incolerent. qui cum acceſſiſſent ad locum, nomine Anzen, cupiebat explorare antè pugnam, & antè congreſſum hoſtium multitudinem, & in quamdam celſiſſimam ſpeculam à Manuele ſcholarum domeſtico ductus, ibi exercitum inimicorum obſeruabat, & quodam modo ex coniectura grauior videri Sarracenorum multitudo; ſed Manuel, ne ad numerum, inquit, reſpexeris ò Imperator, ſed calamos haſtarum vtriuſque exercitus. & quando fortior hoſtium videbatur exercitus, conſultabat quomodo ipſos dolo inuaderet. Manuel igitur ſimul cum * Theophilo ipſos inuadendos perſuadebat noctu: ſed alij Duces die prælium committere hortabātur, quibus paruit Imperator, quòd eorum ſententia melior videretur. atque vbi iam dies illuxit, conflata eſt terribilis pugna; quumq; Imperatoris legiones ſtrenuè dimicaſſent, Iſmaelitæ inclinati in fugam verſi ſunt. Sed quum Turci ſagittas iaciendi arte tantùm vſi perſequentes Romanos repuliſſent, redintegratum eſt prælium: ſiquidē Romani haud ſuſtinētes Turcorum ſagittas, ꝙ validè percuterentur, terga vertentes, Imperatorem reliquere. non tamen legionum præfecti, neque Perſæ id facere ſuſtinuerunt, verùm circum Imperatorem conſiſtentes, ſtrenuè ipſum ſeruare nitebantur: & fortaſſe cum toto exercitu funditus interijſſent, niſi nox ſuperueniſſet; & paruus quidam imber de cœlo delatus, arcuum neruos remiſiſſet, & Romanis à telis reſpirandi ſpatium dediſſet, ſalutisq; eis attuliſſet occaſionem. nocte verò intempeſta, quum in cuſtodijs occupatus eſſet Manuel, ſenſit neſcio quomodo Sarracenorū lingua Perſas cum Sarracenis, fœdera percutientes, & exercitum Romanorū ſe prodituros pollicentes. & ità in patriam redituros: Hæc igitur ille ſtatim indicat Imperatori, & petebat, vt ſe cum delectis militibus ſeruaret incolumem, neque expectaret dum caperetur. Quumq; Imperator, quomodo id fieri poſſet, percōctatus eſſet, pereuntibus ijs, qui ſua cauſa remanſiſſent, reſpondens Manuel, tibi tantum ſit, ò Imperator, à Deo ſalus, iſti verò citò conſulent rebus ſuis. Igitur quum Imperator ſerò circiter diluculum fugiſſet, & ad locum Chilocomum appellatum perueniſſet incolumis, qui ordines reliquerant, ei occurrerūt, ſe ſe vita indignos aſſerentes, quòd in bello reliquiſſent Imperatorem, & ſimul ſe ipſos cum gladijs nudabant. verùm Theophilus eo ſpectaculo animo vulneratus, ſi ego, inquit, diuinitus ſeruatus ſum, vos quoque ſeruamini. Hoc Perſarum cum Agarenis colloquium Theophobi inimicis, qui eum capitis condemnarāt, altera quædam cauſa fuit, & opportuna ad calumniam occaſio. Amermumnæ verò de victoria certiori facto viſum eſt haud cunctandum, ſed ad Amorium proficiſcendum; coacto igitur proprio exercitu, iuſſoq; filio idem facere, ſuſcepit iter. coniunctis igitur duobus exercitibus, & fortè vallum conſtructum, & alta foſſa Vrbs cincta eſt. eratq; illius oppugnatio difficilis, & laborioſa Turcis, ſolis ſagittis vtentibus, & Sarracenis elepolis muris admouentibus. Romanis verò, qui intra mœnia ſe continebant, fortiter, ac ſtrenue certantibus, & oppugnationis machinas facilè propulſantibus. Igitur vrbis oppugnatio acerrima erat,

* Fortè Theophobo legendum.

Digitized by Google

atque integris feſſis ſuccedentibus numquam intermittebatur. Theophilus autem quum vix ex fuga ſe Dorylæum recepiſſet, ibi rei expectabat exitum, tentauitq; Amermumnæ mentem, an aliquo modo poſſet eum ab oppugnatione abducere; Miſſi igitur legati cum precioſis muneribus, & haud mediocribus pollicitationibus eum placaturi, qui quum perueniſſent ad Sarracenorum caſtra, in conſpectum principis adducti, mandata Imperatoris expoſuerunt. Ille verò ira intolerabili percitus ob captam ſuam patriam, & Imperatorem, veluti timidum, conuitio afficere, & legatos irridere, ac flocci facere, quos in vinculis coniectos, rei euentum iuſſit expectare, & interim oppugnationi ſtudioſius incumbere, multas in partes exercitu diſtributo, & impetum faciens ità, vt alij alijs ſuccederent. quo numero, & robore eorum qui mutabantur defatigati, qui vrbem tuebantur, & laboribus confecti tamdem cederent. verùm quum illi fortiter reſiſterent, fruſtra erant illorum conatus, neque quicquam proficiebant oppugnantes, & profectò minimè capta fuiſſet Vrbs, niſi quidam oppidanorum muneribus corruptus, qui Chriſtianorum, ob quamdam contentionem fidem eiurauerat, in tantum diſcrimen adductus, patriam prodidiſſet, Boidirzes nomine, qui clam cum Sarracenis colloquutus, eos edocuit, qua parte in muros impetus facillimè fieri poſſet, atque ita capiendæ vrbis auctor fuit. qua quidem iure belli capta, quænam idonea poterit oratio interfectorum numerum, & eorum, qui in ſeruitutem abducti fuerunt, explicare? Ira enim ſuccenſi Sarraceni, quod eorum plerique illuſtres viri in oppugnatione occubuerant, nulla in ſibi obuios miſericordia mouebantur; verùm interfectis viris, mulieres cum infantibus, ac puellis abducebantur, comburebantur elegantiſſima ædificia, & breui tempore vrbs vrbium ad orientem ſitarum pulcherrima, ſolo æquata eſt, ita vt eius tantum ruina conſpiceretur. Duces quoque exercitus viui abducti Caliſtus, & Conſtans, & Theodorus fortis patricij viri, & alij plurimi magiſtratibus inſignes, ac dignitate maxima decorati. Ità ſubacta vrbe Sarracenorum princeps, legatos ipſos, quos rerum geſtarum ſpectatores eſſe iuſſerat, veluti illudens, ac triumphans, ijs, quæ fierent, cladis nuncios miſit Imperatori, quos ille ad Amermumnem remiſit, petens, vt ſibi claros viros in expugnatione vrbis captos: genere ſibi cognatos, reliquosq; captiuos redderet, pro eorum redemptione viginti quatuor centenaria pollicitus: ille accepta legatione rurſus contumelioſè legatos dimiſit, dementem ſe fore dictitans, ſi conſumptis mille centenarijs in cogendo ſuo exercitu, tot centenarijs tantum captiuos redderet. reuerſis autem legatis infecta re, inſatiabili calamitate perculſus Imperator Theophilus, omnem cibum potumq; faſtidiens, & fere ieiunus effectus, ac nihil aliud capiens, quàm aquam è niuibus expreſſam, dyſenteriæ morbo captus eſt. Verùmtamen quamuis ità ſe male haberet: haud quieſcebat, neque æquo animo Amorij euerſionem ferebat, tempusq;, & modum meditabatur, quo hoſtem vlciſci poſſet: & idcirco ad Regem Franciæ mittit Theodoſium patricium à Baburiccis oriundum, petens auxilium ſibi, & idoneas copias mitti: & vt partes quaſdam Lybiæ Amermumnæ obedientes vexaret.

Digitized by Google

ret. verùm legatio hæc nihil profuit, in itinere Theodoſio vita functo. Quare Theophilus quum hac quoque ſpe decidiſſet, à morbo magis oppreſſus, lectica delatus in Magnauram ſe confert: vbi conuocato ſenatu, & reliquis claris ciuibus ſuas calamitates tragicè deplorans, conquerebatur: coactosq; petebat, vt ſuæ erga ſe beneuolentiæ meminiſſent, in fide, & beneuolentia erga vxorem, filiumq; ſuum ſeruanda, atque in ipſis Imperium ab inſidijs tutum præſtarent: quumq; ij qui coacti erant, fracti eſſent miſerabilibus Imperatoris verbis, ſtatim omnium gemitus, & eiulatus ſublatus eſt, omnesq; Deum inuocantes pro Imperatoris ſalute, ac vita, vota facere; ſi autem, quod minus optabant, mors illum occupaſſet, pro eius vxore, ſuaq; regina, ac filijs polliceri, item ſi opus foret, vitam ſe profuſuros, ipſisq; imperium illæſum conſeruaturos: & illi hæc polliciti, ipſe verò Imperator morbo tandem conſumptus, quum parum vixiſſet, commune debitum perſoluit duodecim annos, ac menſes tres moderatus Imperium. & quia, vt ſuperius demonſtrauimus, ob dictas cauſas locus datus eſt Theophobum calumniantibus, vt ſibi vitæ finem adeſſe nouit Theophilus in maximè obſcurum carcerem eum conijciendum curat, ad Bucoleonem. Iamque appropinquante fine, caput ei amputatum ſibi afferri iuſſit: quo accepto manibus capillos contingens, ſupremum hoc verbum dixit: neque poſt hac ego ero Theophilus, neque tu Theophobus. Quidam verò Oryphæ Viglæ Drungario Theophobi cædem aſcribunt. qui vltrò ipſum nullo iubente confecit. Quum autem Theophilus vitam finiſſet, filius eius Michael imperij ſceptra ſuſcepit cum matre Theodora, eos habens tutores, ac curatores, quos ipſi in teſtamenti tabulis pater inſtituerat, Magiſtrum Manuelem & Domeſticum vocatum ſcholarum, & Theoctiſtum patricium, ac Logothetam dromi; qui ſimul atque mortuus eſt Theophilus, in Hippodromum egreſſi, ibique ad concionem conuocato populo verba fecerunt, commemorantes Imperatoris erga ipſos beneuolentiam, multisq; dictis ad mulcendos, ac deliniendos animos audientium, ſibi amorem conciliarũt; qui pro ſalute Imperatoris uel proprium ſanguinem ſe fuſuros polliciti ſunt: pollicitationesq; ſtatim iureiurando obſtrinxere. Igitur Theodora imperio cum filio potita, ſtatim, & ab initio priorum virorum monitis, quæ ad Iconomachorum ſectam pertinebant, explorabantur. quæ quidem à Leonis ex Armenijs imperio vſque ad obitum Theophili omnem Romanorum ditionem peruaſerat: aſſentiebatur eius demolitioni Theoctiſtus quoque, ſed Manuel ad quoddam tempus ambiguus fuit. Verùm nemo apertè, ac liberè loqui de ipſa euertenda audebat. quum maxima cætus pars, & ſenatus, atque adeò ipſe Patriarcha hac hæreſi imbuti eſſent; ſolus autem Manuel Diuina vi impulſus, id auſus eſt: nam prius, vt dictum eſt, animi dubius erat, in ſacroſanctarum imaginum cultu, quem poſtea tali de cauſa complexus eſt, grauiſſimo morbo fuerat occupatus: iamq; eius vitæ ſalus deſperata erat omni medicorum arte defatigata, Venerunt igitur ad ipſum quidam, qui eum deceſſiſſe audierant, venerandi, ac pij monachi à monaſterio ſtudij: qui cum ad lectum acceſſiſſent, eumq; adhuc viuere, & ſpirare cognouiſſent,

Digitized by Google

gnouiſſent, prædixerunt fore, vt viueret; & in priſtinam ualetudinem reſtitueretur; qui prius nullam his fidem habebat, verùm tñ inſtantibus diuinis viris, hortátibusq; ne dubitaret de virtute Dei, quæ ſibi illuxerat, paulùm morbo alleuatus iſte tenui, atq; imbecillo cãtu, & quomodo ipſis inquit, erit hoc mihi, ò Diuini patres, animæ vires defecere, corpus totum exhauſtum eſt, & aruit? & ego iaceo quaſi ſalſamentum conditum, & exſiccatum, nulla alia re à mortuis differens, quàm ſolo ſpiritu: quænam igitur ſpes? vel quæ ratio perſuadebit me conualiturum, priſtinamq; mihi ſanitatem reſtitutum iri? Reſponderunt igitur ſancti illi viri, omnia fieri à Deo poſſunt, neque quicquam eſt, quod ille non poſsit: Si igitur operá dabis, quum conualueris, vt Iconomachorum extinguatur incendium, & ſacræ imagines, & priſcæ, ac patriæ leges reſtituantur, pollicemur tibi vitam: quo dicto, abierunt. Manueli verò, nec opinato, & præter omnem expectationem melius è morbo eſſe cœpit, naturalesq; vires ſine vllo impedimento redibant; ac breui tempore ab omni vi morbi liberatus eſt: ſtatimq; facilè equitans, ad palatium ſe confert. & ad Reginam ingreſſus omnibus modis eam hortari, vt ſanctas reſtitueret imagines: quæ tamen iampridem ſibi dari huiuſcemodi expetebat occaſionem: ſiquidem à parente ſua ad id ſemper incendebatur, & à matris fratribus patricijs: ſed tamen reſtitit Theodora verbis Manuelis, ſiue iuſiurandum erga virum verita, ſiue etiam, vt diximus, quòd metueret eorum frequentiam, qui hæreſi detinerentur. Inſtante autem Manuele, Theodora, meus inquit, ò magiſter vir, & Imperator, veritatis amator erat, & nihil vmquam inconſideratè fecit, atque hoc dogma niſi ſacris legibus, & ſanctis ſcripturis eſſet interdictum, numquam ille ex eccleſia tollendum curaſſet. quæ cùm illa dixiſſet, propediem illi adeſſe vitæ finem, imperijq; amiſſionem minatus eſt, neque ipſi tantùm, ſed etiam eius filio niſi diuinum ornatum ſanctarum imaginum templis reſtitueret. quibus verbis ſiue deterrita, ſiue, vt diximus, alioqui prompta Regina, omni ſtudio rem ſuſcipit. ſtatimq; in Theoctiſti tentorijs omnes prudentia, & eloquentia præditos viros, tum ex ſenatu, tum ex concilio cogi iuſſit, ibiq; diſputari, ac proponi, quæ ad rectam fidem pertinerent, omnibusq;, vt ità dixerim, congregatis, multisq; verbis factis, & teſtimonijs ſacræ ſcripturæ non paucis adductis, pia pars tamdem ſuperior fuit: ac ſubitò dogma propoſitum eſt, vt ſacræ reſtituerentur imagines: epiſcopis, monachis, & ſenatoribus, quicumque maioris partis prius morbo detinebantur, quod melius eſſet ediſcentibus, & veritatem edoctis ſententiam in melius commutantibus. quicumq; verò altiori impietate hæreſis infecti ità ſe haberent, vt à praua opinione deduci non poſſent, illi è ciuitate eiecti in exilium mitterentur, ſublato item impio patriarcha, & pontificatu abdicato, per quoſdam viros fide dignos, ad eum miſſos ex ijs, qui cuſtodiæ palatij præerant; quibus obedire prius ille noluit, neque de ſede decedere; affirmans ſe numquam volentem ab ipſa eccleſia receſſurum; qui vbi reuerſi ad Reginam, quæ eos miſerat, eam de illius pertinacia docuerunt, ſtatim Bardas patricius, Reginæ frater, mittitur percontaturus, quare Orthodoxæ fidei non cederet patriarchatum?

Digitized by Google

triarchatum? at Ioannes, verſutus, & callidus, tum in ſcribendo, tum in comminiſcendis calumnijs, vt ſiquis alius plumbo ſibi ventrem, tergaq; compunxit, & nates, vt videretur ab aliquibus flagris cæſus. & ab ijs, qui miſſi fuerant, ità ſe affectum exclamans, qui barbarico more in ſe inuaſiſſent: ſed præcipuè à Conſtantino Viglę Drungario ſupplicabat, tantiſper ſibi veniam dari, quoad vibices euaneſcerent, & Ioannes hæc dixit. Bardas autem patefacto, & redarguto illius commento, ira percitus, vel inuitum de Patriarchatu deijcit, in cuius deiecti locum Regina eccleſiæ patriarcham, ſacrum, ac diuinum virum Methodium ſuffecit, qui adhuc martyrij puncta ob confeſſionem in carne ſua geſtabat: omnibus pijs ſacerdotibus, & laycis, & monachis, & illis item, qui ſe ſe in montibus exercebant, multo gaudio illius declarationem approbantibus: qui confeſtim ad Reginam profecti, vnanimes æterno anathemate hæreſim illam condemnarunt. Hæc Imperij initio ab Illuſtri Theodora, eiuſq; filio rectè geſta ſunt.

Execrabilis verò Ioannes in quoddam monaſterium incluſus, quum in quadam parte conſpicatus eſſet reſtitutam imaginem Chriſti Dei, eiuſq; matris, & angelorum, ſuo Diacono præcepit, vt eò aſcendens venerandarum imaginum oculos effoderet. quod vbi audiuit pia Regina, zelo diuino accenſa, eidem oculos effodi iuſſit, verùm hoc factum non eſt, quod quidam probi, & idonei viri interceſſere. Sed miſſis ſatellitibus ducentis, eum loris percutiendum curauit.

Tulit hunc Ioannem hæc magna vrbs, aliarum omnium vrbium princeps à Morochazariorum ſtirpe oriundum, quem ſenili iam ætate monaſterium glorioſiſſimorum martyrum Sergij, & Bacchi, quaſi draconem quemdam in eccleſia deliteſcentem recepit, in ipſa per dignitatis gradus ad ſummum euectum, & Iconomachorum ſectæ egregię adductum, præſtigijs incumbentem, & peluium diuinationibus in omni vita, præcipuèq; dilectum Michaeli Balbo, Theophili patri, ſiue quod eiuſdem hæreſis particeps eſſet, ſiue quòd eloquentia præſtare uideretur, & magiſter Theophili fuiſſet, qui poſtquam habenas Imperij ſuſcepit, Syncellum primum ipſum declarandum, & hoc honore afficiendum curauit. deinde Patriarcham quoque Conſtantinopolis inſtituit. quòd ei quædam per peluium vaticinia, & præſtigias prædixiſſet. Excurſiones olim fecit in Romanorum regionem natio perfida, & dura ſub tribus ducibus militans, quo, vt veriſimile erat, dolente, ac ſe excruciante Theophilo, Ioannes hortabatur, vt omnem animi metum deponeret, & fiducia complecretur, ſi ſuo tantum conſilio obtemperaret. fuit autem eius conſilium tale. In illis æreis ſtatuis, quæ ad euripum Hippici poſitæ ſunt, etiam ſtatua quædam ſtare ferebatur, tribus capitibus ornata. iubet igitur Ioannes totidem numero, quot capita, malleos ex ære conflari, eoſdemq; viris manu præſtantibus committi, qui conſtituta quadam hora nocturna, ſecum ad illam ſtatuam, quam diximus, accederent. & quando ipſis imperaret, malleis capita validè percuterent, quoad in terram deijcerentur, quaſi vno impulſu, atque vna plaga. Imperator igitur his verbis oblectatus, ità fieri imperauit: quumq; eò profecti eſſent viri illi cum Ioanne nocte intempeſta, erat autem

tem Ioannes laica veſte, ne deprehenderetur indutus, dixiſſetq; magica quædam verba, quibus omnem vim ſtatuæ ademit, iuſſit viros viriliter, ac fortiter percutere: & duo validiſſimis ictibus, duo ſtatuæ capita deiecerunt, tertius remiſſiore plaga illata, parùm quidem inclinauit, non tamen totum præcidit caput; quibus ſimilia in ducibus illius nationis conſecuta ſunt. exorta enim quadam ingenti ſeditione in exercitu, inſecutaq; ipſa inteſtina pugna, duo duces cadunt: & tertius percuſſus eſt, non tamen letali plaga; doluit tamen ob vulnus acceptum: atque ità gens illa debilitata, domum reuerſa eſt. & quæ ad ipſius magicam artem pertinent, hæc fuere. Mago iſti frater germanus erat nomine Arſaber fortuna patricius. huic ager ſuburbanus erat, ad ſiniſtram freti partem, proximè monaſterium ſancti Phocæ, quod ſumptuoſa habebat ædificia, porticusq;, & balnea, & alia ad commorandum iucunda loca; ibi Magus frequentans hoſpitia, ſubterraneam quandam conſtruxit domum à tergo portis ædificatis, quibus volentes intromitteret. admittebat igitur in illam improbam officinam quicumque vellent, & modò ſeruabantur nuptæ, monachæ, & aliæ mulieres forma decoræ, quibuſcum ſtupra committebat: modò extiſpicia, & peluium diuinationes, & incantationes, & necyomantiæ exercebantur, quibus ſæpenumero ui Dæmonum futura quædam prædicebat. Verùm hæc domus, quum poſteà ad regij cubiculi præfectum perueniſſet, ſolo æquata eſt, & monaſterium conſtructum, Phocæ magno martyri dedicatum. Eiecti autem, vt diximus, iſti, eiusq; ſocij, ne ſic quidem quieuere; ſed adhuc contrà ſanctas imagines aliquid moliri audebant, & quædam improba facinora in pios homines machinabantur; commenti enim calumniam contra magnum Methodium, conabantur eum accuſare, qui ab omni culpa vacuus erat, atque ità Orthodoxorum cætum offendere, corrupta quadam muliere multo auro, pollicitationibusq; ſi ſibi tantùm conſentiret, parens illa mulier erat Metrophanis; qui poſtea Smirnæ præfectus fuit. ei igitur perſuadent, vt ad Reginam, & tutores Imperatoris ſanctum deferat, accuſetq; ſecum rem habuiſſe. Res igitur ſtatim horroris plena à ciuilibus, & ſacris uiris reprehendebatur. aderant pij viri mæſtitię, ac doloris pleni, neque aberant impij, qui exiſtimabant fore, vt quædam minimè vulgaris nota Orthodoxorum inureretur Eccleſiæ. aderant Sycophantæ ſuperbia elati, & gaudentes, quaſi ſtatim accuſatio promptam habitura eſſet demonſtrationem, & certum indicium: adducta in medium mulier, quæ docta fuerat, iudicibus enarrabat; Indignabantur iudices, & præ cæteris Magiſter Manuel, quòd vnius viri opera Orthodoxorum multitudo periclitaretur, & ludibrio eſſet futura aduerſarijs. His omnibus cognitis ſanctus Methodius, qui ſtudebat impios de ſpe deijcere, & pios à graui, qua detinebantur, animi moleſtia liberare: neque lapis offenſionis eſſe volebat Eccleſiæ, nihil hominum frequentiam veritus, reiecta veſte in conſpectu omnium, qui ſpectatores aderant, pudenda nudat, omni honore ac reuerentia reuera dignus, & illa omnibus conſpecta ſunt, ità morbo quodam conſumpta, vt naturalis prorſus eſſent virtutis expertia.

Factum

Factum hoc pudore ſceleratos perfudit, & calumniatores; & quàm maxima lætitia, animiq; iucunditate affecit. pios viros, qui ad eum accurrentes ſummo cũ gaudio ſalutabant, amplectebantur, neq; præ ingenti lætitia intelligebant, quidnam facerent. & quidam ex propinquioribus ad eum accedens, interrogabat Patriarcham leni voce, quod ſe ab eo diſcere oſtendebat cupere, qua ratione ei virilia membra contabuiſſent; qui reſpondens altè rem, & à principio exorſus, enarrabat, ſe olim Romam ad Papam miſſum propter excitatos ſanctiſſimi Patriarchæ Nicephori lites, ibiq; commorantem à dæmone carnis amatore moleſtia affectum, qui vbi non deſtitit dies, noctesq; ſe irritare, & carnalis copulæ ſibi cupiditatem inijcere, incenſum libidine iamq; victum ſe agnoſcentem, Petro Apoſtolorum Principi addixiſſe ſe ipſum, eiq; ſupplicaſſe, vt ab hac corporea libidine ſe liberaret. quem ſibi in ſomnis viſum nocte dextra manu attigiſſe pudenda, & incendiſſe. hæc loquutum, ne amplius in poſterum voluptatis cupiditatem metueret, à ſomnoq; excitatum non ſine vehementi cruciatu inueniſſe ſe ità affectum, vt illi conſpexerant. Quæ quum dixiſſet, Patriarcha Manuel haud ferendum ratus improbum illum conatum, decreuit mulierem examinandam, vt indicaret doli machinationem: ſtatim igitur ipſi intentatus eſt gladius; & virgæ ſpinis obſitæ adducebantur, & carnifices idonei præſtò fuere. Quibus infœlix deterrita, rei veritatem patefecit; & quomodo dolus conſutus eſſet, & fraudem, qua decepta eſt, ob largitionem auri, ac multas pollicitationes, & eos nominauit, qui hæc patrarant, & totum rei indicauit commentum; adiecit item, ſi aliquis domum ſuam abiret, eum aurum in marſupio reperturum in quadam arca frumenti plena. ſtatim è ſatellitibus vnus miſſus eſt, & aurum adductum, & facinus fuit manifeſtum, ac debitas pœnas Sycophantæ perſoluiſſent, niſi impunè hoc ipſis crimen dimitti petijſſet Patriarcha ſuum Dominum imitatus; hoc tantum pœnarum, & ſupplicij ſubirent; vt ſingulis annis in publica Orthodoxorum celebritate ab immaculato templo; quod eſt in Blachernis, cum facibus ad ſacrum ſanctæ Sophiæ templum accederent, ibiq; ſuis auribus perciperet anathema illud, quod vſque ad exitum vitæ ipſorum ſeruatum eſt. Et Iconomachorum hæreſis tali modo terminata eſt, & Orthodoxorũ eccleſia ſuum recepit ornatum, venerandarum imaginum inſtaurationem. Hanc celebritatem rectæ fidei colens olim beata Regina eccleſiæ, cætui conuiuium præbuit, in loco vbi palatia Cariani ſita erant; cum cæteris conuiuis numerati ſunt, & inuitati Theophanes, & illius conſanguineus Theodorus, in quorum vultu notæ inuſtæ erant. Iamq; vigente conuiuio, & tragematis, placentis videlicet, ac bellarijs appoſitis, frequẽter Regina in ora patrũ oculos intendens, & percipiens in eorum facie inuſtas litteras, ſuſpiria emittebat, & lacrymas; & quidã ex patribus hoc conſpicatus, cauſam rogauit, cur illa tã frequenter in ipſos oculos intẽderet. quæ quũ reſpõdiſſet, veſtram admiror fortitudinẽ, qũo inſculpi in ore veſtro tot litteras ſuſtinuiſtis, & miſereor, atque infęlicẽ illũ cenſeo, qui tanto in uos odio adductus eſt, vt hæc patrarit. reſpõdẽs beatus Theophanes, pro hac, inquit, pictura, ò Regina, in iudicio

G Dei

Dei incorrupto cum tuo viro,& Imperatore iudicabimur;quo dicto corde perculſa eſt Regina,& cum lacrymis Sancto dixit,& hæc eſt veſtra pollicitatio,& ſcripta fœdera? vt non modò non ignoſcatis, ſed etiam ad iudicium adducere, & vocare ſtudeatis? quam redarguens Patriarcha, & reliquus ſanctorum Epiſcoporum cœtus,& doloris vehementiam alleuantes exurrexerunt,& ſtatim dixere. Noſtra ò Regina fœdera,& pacta, firma, & ſtabilia ſunt,ita,vt mutari nequeant, ſed iſtius contemptum iam valere ſinere,honeſtum eſt; atq; ità mitigatus eſt Reginæ dolor:exorta eſt eo tempore hæreſis illa, quæ Cilicum vocatur, quæ vnà cũ ſuo auctore Cilice nomine in Aſicritis degenti,extincta euanuit;quum & ipſe & eius ſectatores ad verum pietatis cultum rediſſent, & ſacro vnguento vncti, atq; conſecrati fuiſſent. Et res Ciuitatis in eo ſtatu tunc erant. Bogoris autem Bulgarorum princeps quum audiſſet Mulierem cũ tenero adhuc puero Romanis imperare,audacia elátus nuncios ad Reginam miſit, per quos minabatur ſe fœdera ſoluturum,& Romanorũ fines inuaſurum. at Regina nihil humile, neq; effœminatum cogitans,& me,inquit,inuenies paratam ad reſiſtendũ in acie,Deiq; nutu ſuperiorem;ſi autẽ,quod abſit,victor ipſe fueris,hoc quoq; pacto mea erit victoria: viceris.n.nõ virũ ſed mulierẽ:quibus verbis confuſus,& deterritus quieuit,& priſtina fœdera renouauit;miſerunt item vltrò,citròq; legatos,& Regina,& princeps quidã.Regina legatos accepit à quodam Theodoro, Cuphara cognomẽto, viro idoneo,& adminiſtrãdæ Reipub. vtili,qui tunc in Bulgaria captiuus detinebatur,princeps uero à ſua ſorore, quæ in quadam excurſione capta in regia commorabatur; hæc enim iampridem captiua adducta, & Chriſtianorum religione initiata,litteraſq; edocta,quo tempore captiua erat, ac nuper liberata non deſiſtebat fratri Chriſtianorum myſteria cõmẽdare, & in eius cor fidei ſemina inijcere; qui tamẽ antè à Cuphara diuina miſteria fuerat edoctus:facta aũt permutatione, & reddita muliere fratri, reſtituto itẽ Reginæ Cuphara, quamuis antè princeps inſtructus eſſet,& diuinis imbutus myſterijs,adhuc tñ retinebat infidelitatẽ proprio cultui addictus; verùm quum ingens fames Bulgarorũ regionẽ occupaſſet, omniq; deſtituerentur auxilio, Princeps ipſe Chriſtianorũ Deum,vt ſibi opẽ ferret,inuocauit,idemq; facere omnem ſibi ſubiectam nationem iuſſit,impetratoq; remedio,& fame liberati,ad veram religionem ſe conferunt.& princeps noua lauacri regeneratione donatur,de nomine Imperatoris Romanorũ Michael appellatus ab epo,qui ad eum miſſus fuerat,eiq; diuinũ lauacrum impertitus eſt; aliud quoq; accidit,quod principẽ ipſum in veræ fidei cultũ magis confirmauit. inſatiabiliter iſte venationi deditus erat,qua oblectare ſe ſe ſtudebat,non modo quũ venatum ſe conferret,ſed etiam qñ otioſus eſſet domi;idq; per animalium pictas figuras conſtructa noua domo,Methodiũ quendã monachũ,arte pictorẽ, iuſſit, domum illã picturis exornare.verùm quaſi diuina quadam prouidentia ductus, non præſcripſit definitè quænam,& qualia pingeret animalia;verùm quæcumq; ipſe vellet iuſſit depingere; terribilia tñ eſſe, quæ pingerentur, vt ſpectantibus terrorem, & metum incuterent: ille autem nihil aliud terribilius noſcens ſecundo

Digitized by Google

do Chriſti aduentu, hunc ibi deſcripſit. quumq; iam finita illa eſſet pictura, conſpicatus princeps ex altera parte iuſtorum cœtum coronari, ex altera verò impios puniri, & à pictore percepta picturæ mente, ſtatim propriam eiurat religionem. Imbutusq;, vt diximus, à Sancto Epiſcopo diuinis myſterijs, intempeſta nocte ſacrum percipit baptiſma. Quum autem cognouiſſent nationis pręfecti, & communē mutatum religionis cultum, in Principem conſpirant, eumq; de Imperio deijcere ſtudebant, quos ille parua, quam ſecum habebat, manu, fudit, fugauitq; pręeunte crucis ſigno, & inopinata re perculſos Chriſtianos effecit. Igitur tota natione ad verum cultum traducta, Reginæ ſcribit petens cōcedi ſibi regionem, quòd ſibi ſubiecti nimis anguſtè habitarent, pollicensq;, ſe gentes vná tantum effecturum, pacemq; fore perpetuam, & immutabilem; Regina verò admodum benignè, & hilariter eius preces admiſit, conceſſitq; deſertam, eo tempore regionem, quæ eſt ab ea parte, quæ ferrea vocatur, confinis tunc Romanorū, & Bulgarorum, vſque ad Debeltum, quam Bulgari Zaguram nuncuparunt. Hac igitur ratione omnis Bulgaria ad veri Dei cultum traducta fuit, & Occidens integerrimam, & optatiſſimam pacem eſt adeptus; & res Occidentis trāquillę firma, ac ſtabili pietate adminiſtrabantur: exultansq;, ac læta rerum ſucceſſit Regina, quaſi honeſtum augere ſtudens Manichæos ad Orientem, quos & Paulicianos communis hæreſiarcharum lingua appellare conſueuerat, ad pietatem, & verum cultum reuocare nitebatur. ſin autem id aſſequi non poſſet, eos funditus è medio tollere decreuit; quod quidem multis compleuit orbem terrarum calamitatibus, qui enim miſſi ſunt, vt mandata exequerentur, Leo ex Argiro, & Andronicus ducis, & Sudalis, non moderatè, ſed crudeliter, vtentes imperio, alios lignis appenſos, alios gladio necandos curabant, alios alijs malorum generibus cruciabant, & varijs, ac diuerſis pœnarum omnis generis modis, circiter centum hominum millia interfecere, eorum bonis publicatis, ità, vt reliqua multitudo hinc coacta ad rebellandum animum applicuerit; cuius rebellionis hoc fuit initium. Præfectus erat rebus Orientis Theodotus Meliſſenus. huic miniſter erat, qui primi mandatoris obibat munus, quidam vir nomine Carbeas, manichæorum fidei addictus. hic quum parentem ſuum in crucem actum cognouiſſet, grauiſſimè id factum ferens, cum alijs quinque milibus eiuſdem fidei trāsfugit ad Amera Melitenes Ameram, & indè ad Amermumnem, à quo multo honore excepti, dataq;, & accepta incolumitatis publica fide, haud multò poſt in Romanorum regionem inuadunt: & quia hominum frequentia abundabant ſemper confluētibus, qui ſe ſe metu occultauerant, Manichæi, ad duas vrbes tertiam quoque addidere, quam Theophricem vocarunt; vnde profecti, & cum Ameri Melitenes Amera præfecto coniuncti; & Alim Tarſi principe non deſiſtebant aſſiduè excurrentes Romanorum regionem diripere. verùm Alim in quamdam Armeniorum regionem cum ſuo exercitu profectus, & ipſe, & omnis exercitus funditus interijt. Amer autem inteſtina ſeditione laborans, in quam inciderat, quod contra eum collega conſpirauerat (hic Scleri vocabatur) ſuarum re-

Digitized by Google

rum ſatagebat, neque cum alijs pugnandi ei temporis dabatur opportunitas, quoad debellato aduerſario, nactus eſt ſecuritatem: tunc enim pactis inducijs, & alioqui neſciens quieſcere, cum Carbea ſe coniunxit; cumq; omnibus copijs Romanos aggreditur, contra quos exercitum ducit Reginæ frater Petronas, domeſtici ſcholarum imperium adminiſtrans, verbo maiori natu fratri Bardæ conueniens, re autem ab ipſo adminiſtratum. quod illi non vacaret, qui Imperatoris tutela occuparetur. Iſte igitur Petronas, dux Thraceńſium contra Amer, & Carbeam, in acie ſe ſe inſtruit; quomodo verò congreſſus fuerit, & quæ geſſerit, ſuo loco declarabit hiſtoria. Imperator autem Michael exacta iam pueritia, quum ad virilem ætatem perueniſſet, cupiebat per ſe res obire ad id incitatus etiam à tutore, & auunculo Barda Reginæ fratre. Hic enim ardenti Imperij cupiditate incenſus, nihil aliud curabat, quàm quæ ad incœptum proficerent; verum vt apertius ſcire cupientibus rem explicemus, paulò altius nobis eſt exordiendum. Interceſſit Manueli cum Theoctiſto Logotheta, & tutoribus Imperatoris in palatio degentibus, diſcordia quædam, quæ ipſum Manuelem crimine læſæ Maieſtatis obnoxium fecerat, quod ipſe metuens, veritusq; inuidiam, exiſtimabat id ſibi faciendum eſſe, vt extrà palatium degens à frequentibus colloquijs, & adminiſtrationibus ſe remoueret. deſcēdit igitur in domum ſuam ad ciſternam ſterilem poſitam, quam poſtea monaſterium faciendam curauit; aggere ibidem conſtructo, vnde ſemper profectus ſocius, & particeps adminiſtrandæ Reipub. aſciſcebatur. Quum igitur Bardas non per ſe, ſed per Theoctiſtum Manuelem amouiſſet, occaſionem, & tempus idoneum nactus, incœpta perficere ſtudebat: exiſtimansq; iure ſibi impedimento fore Theoctiſtum; ipſum quoque è medio tollendum curabat, idq; eò magis, quod frequenter illi exprobrabat, clandeſtinam, quam cum ſua ſponſa habebat conſuetudinem: modus autem illius incœpti tale habuit initium. Erat Imperatori Michaeli pædagogus diſſolutus, & improbus: Hunc Imperator volebat extollere, & imperatoria dignitate exornare, maioriq; honore decorare. Matremq;, & Theoctiſtum, vt id faceret, hortabatur. non perſuaſit autem Theoctiſto, qui pro dignitate non ſine dignitate res Imperij adminiſtrandas aſſerebat. Hunc igitur pædagogum Bardas miniſtrum ſibi improbum aſciſcens, non deſiſtebat per eum zizania quædam contra Theoctiſtum in Imperatoris animum inijcere; modò aſſerens non rectè ab eo adminiſtrari Rempub. modò velle matrem illius nuptui dare, vel aliquam ſuarum ſororum, eiq; oculos effodere, & imperio eum deijcere. hæc quum crebrò dictitaret, adiecit item, prudentiſſimo, & celerrimo conſilio opus eſſe. Vbi verò ſæpe eadem de re conuenēre, & quidnam facto opus eſſet, conſultarunt: ad extremum illud viſum eſt, ut è medio Theoctiſtus tolleretur. id placuit, & talem conſilio finem imponere decreuerunt, vt quum ad Lauſiacum Theoctiſtus egrederetur, ad ius dicendum pedetentim ſequeretur Imperator, idq; tantùm acclamaret: tollite ipſum. vt igitur Theoctiſtus domo egreſſus prodijt, agnouitq; datum ſignū: fuga ſibi ſalutem quærendam exiſtimauit: fugiebat autem ad Hippodromū, vbi
ſunt

ſunt Aſicritea,ibi enim tunc Aſicriti erat hoſpitium: verùm à multis vnus comprehenſus,coactus eſt manere,quum Barda gladio ſtricto minaretur ſe percuſſurum,quicunque aut prohibere,aut opitulari conaretur.ducebatur igitur ad Scyla interim cuſtodiæ tradendus, quoad de ipſo decernerent. ad extremum quum exiſtimaſſent non expedire, ſi ille viueret ob Auguſtæ metum, mittunt quemdam è ſodalitio, qui illi nudum gladium intentaret. ipſe conſpicatus hominem diſtricto gladio ſe inuadentem, quoddam ſcamnum ſubijt, vt plagam euitaret; verùm lætali vulnere in ventre percuſſus, effuſis inteſtinis interijt; & Theoctiſtus ità interfectus eſt. cuius audita cæde Manuel, ſtatim ſe ad regiam contulit, et quaſi furore correptus fertur Bardæ dixiſſe, quum gladium diſtrinxeris in Theoctiſti cædem, ad cotidianas cædes arma te ipſum: poſt Theoctiſti necem Bardas Caniclæi dignitatem ſibi aſſumpſit. At Regina Theodora vbi ſenſit, quæ facta fuerant,ſolutis comis accurrens lamentis regiam complebat, & vtrumque filium, ac fratrem, probris, & execrationibus inſectabatur: ſimilemq; ipſis mortem eſt imprecata. qui eius probra minimè ferentes, præſertim Bardas, cui non deerant exploratores, ipſam quoque è medio tollendam cenſuerunt, vt in poſterum metu liberati, ſine vllo impedimento, quodcumque videretur, peragerent: quod illa ſuſpicata (erat enim prudens, & facilè futura coniectabat) reſiſtendum minimè cenſuit: quo cædes,& ſanguinis effugeret effuſionem. Opes tamen repoſitas in palatio, ſenatui decreuit indicare, vt hac ratione filij immoderatos ſumptus prohiberet,& ſuam adminiſtrationem diuulgaret. igitur, coacto ſenatu,quum ſtetiſſet, vndè facilè poſſet audiri,tales reddidit rationes.

Mille & inſuper nonaginta ò Patres auri centenaria in Imperatoris ærario repoſita ſunt; argenti verò circiter tria milia: quorum alia vir meus comparauit, alia ipſa poſt eius obitum coegi. aliæq; opes multæ,ac variæ,quas ego hac de cauſa vobis indico, vt ſi fortè, poſtquã ego à palatio diſceſſero, meus filius ac veſter Imperator dixerit me decedentem de regia eam reliquiſſe opibus indigentem; ne facilè credatis; & ſimul hæc dicens præſto eſſe quæſtores iuſſit regiæ pecuniæ, dictis annuentes,& Regina ſalutato ſenatu, & omni cura, atque adminiſtratione depoſita, è palatio egreſſa eſt. Opes verò regiæ tales ac tantæ, nulli vſui fuere propter Michaelis amentiam, qui equorum certamine exultans,vt ſi quis alius, aurigę officio ipſe fungi non recuſabat,atque eorum, qui ſecum luderent, aurigarent,& decertarent, filios è ſacro baptiſmate ſibi adoptans,regias opes exhauriebat, centum, & octoginta, ac minimum quinquaginta ſingulis libras præbens. & olim cuidam viro, quem patriciatus dignitate exornauerat, Himerius hic vocabatur, propter oris per antiphraſim,agreſtem effigiem, adulatione, eum Himerium,qui Tiberio imperante vixit, ſuperanti, ſcurriliaq; ad menſam, & obſcęna loquenti,atque impudenter oppedenti audiente Imperatore, & conuiuis, ità vt ſonitu facem extingueret, auri centum libras dedit, & Chilæ ſecum auriganti, cuius filium è ſacro baptiſmate ſuſceperat, auri libras centum largitus eſt:ità ille in rebus non neceſſarijs expendebat,& conſumebat opes, & vbi breui

tempore

Digitized by Google

tempore talibus minimè legitimis rebus tantùm diuitiarum conſumpſit:uenitq; tempus,quo Imperatoria dona erant diſtribuenda, nec erat pecuniæ copia, auream illam, & celeberrimam platanum,& duos aureos Leones, duos autem aureos vultures ipſos quoque malleo fabricatus, & vaſa tota aurea, & alia opera, propter quæ Imperium Romanorum homines admirabantur,quorum pondus non minus erat duobus centenarijs: quum conflaſſet, ſignanda curauit in regio ærario.idem fecit etiam in regijs veſtibus,quarum aliæ totæ aureæ erant,aliæ auro intextæ,eas enim tradidit aurifici, vt conflaret, ſed non prius conflari illæ potuere,quàm ipſe interfectus eſt,& Baſilius excepto imperio eas reuocauit,qui ex tantis diuitijs nihil repperit amplius, quàm auri centenaria tria, & Milliariſſiorum ſaccos nouem,quibus in ſenatu indicatis inopiam conquerebatur;& vnde ad publicos vſus pecuniæ ſuppeditarentur,quærebat. Quum autem conſueuiſſet Theodora Regina conferre ſe ad ſacrum templum Dei genitricis, quod eſt in Blachernis,tum diuini cultus cauſſà; tum, vt cum filiabus lauaretur, vbi eam cognouit Imperator illuc aduentaſſe,eiusq; conſanguineus Bardas,miſſo Petrona, quem fratrem ipſius ſuperius demonſtrauimus: eàm detondent, & monacham cum filiabus eſſe iubent: eisq; tunc Cariani palatia definiunt, ademptisq;, quas habebant diuitijs,eas priuato,non regio more,viuere ſtatuerunt; Verùm Theodora haud multò poſt è vita deceſſit, cuius cadauer Baſilius, qui poſtea imperauit,& filias ad Mammæ monaſterium,quod Gaſtria vocatur,vt ibi degerent,miſit: fuere Reginæ iſti,mares,fratres duo, & iſte Bardas dolorum conſutor, & Petronas, filiæ tres,Sophia, Maria, & Irene, quarum Sophia Conſtantino Babuzico, qui ad magiſtratus honorem peruenerat,collocata fuit; Irene verò Sergio patricio,fratri Photi, qui poſtmodum ad Patriarchatus ſedem aſcendit, & Maria Arſaberæ magiſtro viro forti, quique ea tempeſtate plurimùm poterat; omnes hæ honeſta,& decora facie ſummaq; virtute præditę, & Theodora vita functa huiuſcemodi prolem reliquit; omnisq; rerum adminiſtratio ad vnum Bardam delata eſt, qui præcipuè amabatur ab Imperatore, ex quo Curopalati honorem conſequitur, præmium fortaſſe, quod ſororem ſuam remouendam à Repub. curauerat; decreuit igitur cum Imperatore contra Iſmaelitas proficiſci cum exercitu, & contra Amer præfectum Melitenes, qui nuper ex ephebis exceſſerat,& ad virilem ætatem peruenerat. vt igitur hoſtium regionem inuaſere: & ad Samoſata peruenere (eſt autem vrbs Samoſata earum, quæ ad Euphratem ſitæ ſunt,& potentia & robore præſtans) hanc obſidere aggreſſi ſunt. Quumq; Saraceni ſimulato metu,ſe intro incluſiſſent, ac nemo è muris exiliret, metu fortaſſe copiarum Imperatoris,Romani negligenter & incaute degebant, & tertia obſidionis die (hæc autem erat dies Dominica prima dierum) quum ſacrificium ſanguinis expers peragitur, in quo ſumpturi erant ſacra myſteria, apertis portis Saraceni, & armati vndique egreſſi Romanos inuaſere, qui nec opinato impetu perculſi in fugam verſi ſunt:tum Michael ipſe, quum vix equum conſcendiſſet, multa cum difficultate ſeruatus eſt incolumis: omnibus Imperatoris & militum

impedimentis

Digitized by Google

impedimentis ab hoſtibus captis: quum Carbeas Manichæorum dux magis alijs ſtrenuum ſe ſe præſtitiſſet, neque ſolum multos obſcuri nominis milites occidiſſet, ſed etiam complures Illuſtres duces, viuos cepiſſet, & Centuriones haud pauciores centum, quorum alij ſoluto redemptionis precio liberati ſunt, ſolus Sion dux in cuſtodia expirauit; duobusq; elapſis annis rurſus Amer coactum exercitum non minorem triginta millibus aduerſus Romanos ducit, Michael vero priſtinam cladem reſarcire ſtudens, ipſe quoque coacto exercitu ex Thracibus, & Macedonibus, circiter quadraginta millium, contra ipſum prodit. Quo audito Amer per quædam loca difficilia, & breuia, itinere ſuſcepto, & improuiſus adortus, vi fudit Imperatorem, ac fugæ ſe ſe committere coegit, & parum abfuit quin caperetur. niſi Manuel domeſticus ſcholarum, interrupta phalange, ipſum ſeruaſſet, quum ex alijs omnibus, qui diſſipati fuerant, quilibet vt potuit ſibi ſalutem quæſiuiſſet. Alter item poſt hoc bellum annus effluxerat, & rurſus Amer eum quadraginta milibus militum aduerſus Romanos proficiſcitur, tum fines Armenios, tum regionem maritimam diripiens & incendens, quo tempore, aiunt, ipſi accidiſſe, quod olim Xerxi, qui mare loris percuti iuſſit, quod non vlterius eum procedere permiſiſſet. quam rem triſtis Michael ægreferens, neque contra ipſum amplius audens exercitum adducere: ſuæ Matris fratrem Petronam, qui Thracenſium adminiſtrabat Imperium, iuſſit Romanis copijs coactis, omnibus viribus, contra ipſum proficiſci; Hic eo tempore ad Epheſum commorabatur, & acceptis litteris in maximam incidit moleſtiam. ſtatim igitur conſcendens equum, in montem Latrium ſe confert, ad Ioannem Monachum, qui ibi ſe ſe exercebat, eratque tunc ob virtutem clarus, & de hac re ipſum percontatus eſt: ille autem nulla interiecta mora, reſpondit: Abi fili contra Saracenos, Deum enim ducem habebis, huius uotis armatus, proficiſcitur ad eum locum, qui Lalacaon vocatur, & in quodam loco qui indigenarum lingua Gyren nuncupatur, inſidias vndiq; collocauit, & ad prælium Amer prouocabat. Igitur ex omni parte, veluti fera concluſus Amer, ac de fine ſolicitus, accitum ad ſe quemdam ex captiuis Romanum, percontabatur. & regionis cognomen, & loci in quo fortè caſtra poſuerat; & præterfluentis fluminis; vt autem regionem Lalacaonem appellari audiuit, & locum Proſontem, fluuiumq; Gyren, ſtatim ipſe ſibi mali hominis auctor reſpondit, & populi vexationem ſignificare, & caſum nomina illa, ac neceſſe eſſe à Romanis ſe ſe circumueniri: attamen non ſegniter agendum eſt, inquit, ſed excitanda vis eſt, & viriliter decertandum pro ijs diuitijs, quibus cras potiemur, præſentibus dixit: Quumq; die iam illuceſcente agnouiſſet vndique ſe concluſum ac circumuentum, ità vt fruſtra egredi inde conaretur, expedire ſtatuit, in eam partem concedere, vbi Petronam nouerat curare; & plauſu, atque clamore in hoſtes irrupit. at vbi ſe ea conari ſenſit, quæ perfici non poterant, parum contractus metu, rurſus impetu facto, cum exercitu nitebatur ſibi viam, qua fugere poſſet, aperire, rurſusq; impos voti, quum tertio idem conatus eſſet, in difficultatem incidit: vt verò ex omnibus partibus apparere, & exilire Romanos

Digitized by Google

nos vidit, a meridie, & ab aquilone, ſeq; eò redactum, vndè effugere non poſſet, tunc deſperata ſalute, in eos, qui in fronte conferti locati fuerant, magno impetu inuadit, ibiq; letali accepto vulnere, & ipſe occumbit; & ex eius exercitu ne vnus quidem ſeruatur incolumis. cuius audita clade filius, qui ad prædandum cùm exercitus parte miſſus fuerat, ſtatim ad Melitenem aufugit. verùm ipſum quoque Charſiani Clauſuræ præfectus, perſecutus, cum ſuo exercitu ſimul capit, captumq; duci Petronæ tradit. Petronas autem tali de Amer erecto trophæo, ad Conſtantinopolim ſe recepit, adducto ſecum monacho illo, qui hanc ei victoriam prædixerat, eius virtutem prædicans, & apud Imperatorem, ac Bardam ſuū fratrem ipſum laudibus celebrans, & extollens. Hoc igitur honore affectus eſt, vt eſſet Scholarum domeſticus, ſed paulò poſt exceſſit è vita; & antè ipſum mortuus erat Manuel graui morbo ſuperatus, relictusq; ſolus Bardas omnia moderabatur, & omnia ſuſtinebat, & crebrò ab Imperatore honores conſequebatur; peruenitq; ad Cæſaris quoque honorem, & gloriam, Michaele nihil aliud ex rebus publicis curante, quàm theatra, & certamina equorum, & quod deterrimum eſt, non cupiebat ſolum ſpectator eſſe, ſed etiam ipſe aurigare, omnibus ludibrio, & riſui eſſe; & ille in his verſabatur. Bardas autem omnia ad Remp. ſpectantia obibat, & de imperio cogitabat, quomodo ipſum opportuno tempore ſibi aſciſceret; externæ quoque ſapientię rationē habuit, quæ iam pridem effluxerat, & ad nihil prorſus reciderat ſuperiorum principum ruſticitate, ac ruditate, definitis vnicuique doctrinæ ſcholis: alijs quidem vbicumque contigerat: ſupremæ verò philoſophiæ in ipſa regia, in Magnaura: atque ità ex eo tempore doctrinæ refloreſcere cœperunt. hoc opus pulcherrimum, & celeberrimum haud potuit alias maculas, quibus infectus erat Bardas abſtergere. Philoſophiæ igitur dux, & magiſter erat, Leo ille magnus philoſophus, ex fratre nepos Ioannis Patriarchæ, qui etiam Theſſalonices thronum conſecutus eſt, & paulò antè, eiectis Iconomachis, ipſe quoque eiectus fuerat: & ſcholas aperiens, ad hanc ſcholam perductus fuerat, ac prius ille à Theophilo Imperatore cognitus eſt hac ratione, quum omnes diſciplinas ille ità feliciter eſſet ademptus, vt nullus alius vel vnam tantum, in vili quodam domicilio degens, quicumque vellent, quam quisq; inſtituiſſet, edocebat. vbi verò interiecto tempore multi in diſciplinis profecere: accidit, vt quidam iuuenis Geometriæ peritiſſimus, ſcriba eſſet cuiuſdam Ducis, quem ad bellum neſcio quod profectum, ipſe quoque ſequutus eſt, fuſoq; exercitu viuus capitur: & cuidam claro viro in ſeruitutem traditur. eo tempore Iſmaelitarum præfectus cùm alijs græcis diſciplinis, tum verò præcipuè in Geometriæ ſtudijs occupabatur. quumq; aliqn̄ mentio facta eſſet à domino, in cuius poteſtate erat iuuenis ille, de ſtudio Amermumnæ, quo flagrabat in diſciplinas, & de diligentia, quam in Geometria ponebat, Hunc audire, iuuenis, inquit, cupio, & illius Magiſtros, atque intelligere quantum ſit eorum erga Geometriam ſtudium. Mamum hoc cognito, multa lætitia ad ſe iuuenem accerſit, qui quum ad eum acceſſiſſet, percontatus eſt an huiuſce artis peritus eſſet: & quum peritum ſe dixiſ-

Digitized by Google

ſe dixiſſet,non credebat Barbarus, & contendebat alium neminem, præter ſuos Magiſtros Geometricæ ſcientiæ vim ea tempeſtate callere; Quumq; iuuenis dixiſſet cupere ſe illius doctrinæ periculum facere, dicto citius illi præſto fuere, & deſcripſere figu ras,triangula,& quadrata,& in medium propoſitæ ſunt auctoris elementorum regul æ, docentes hanc figuram hoc nomine,illam alio appellari, cauſam verò,& ratione cur ità appellarentur,nullam illi omninò reddidere: Vbi igitur eos iuuenis exultãtes vidit, & gloriantes ob ſchematum deſcriptionem,In omni oratione,ò vos,iuuenis inquit,& omni re,cauſa propter quid,primas obtinet,verùm ſolum id quod eſt dicentes, omiſſis rationibus, non minimum mihi videmini aberrare,quippe quum id ignoretis,quod eſt vtilius; illis verò dubitantibus,hortantibusq;,vt cauſas horum diſſereret,ac doceret:poſtquàm interpretantem,ac declarantem ipſas viderunt,vt hoc hac de cauſa,illud verò propter hoc,ità appellatur,itaq; deſcribitur;& ſimul mens ipſorum aperiebatur, & quæ dicerentur percipiebant;deinceps obſtupefacti,interrogarunt,an alios tales haberet Byzantium.quumq; reſpondiſſet,plurimos ibi eſſe,ſeq; minimum diſcipulorum nõ docentium,de Magiſtro rurſus interrogarunt,quiſnam eſſet,& vtrum viueret.ipſe verò & quis eſſet,reſpondit,& ſupereſſe adhuc inopem vitam degentem:neque alijs in rebus,quàm in ſolis diſciplinis verſari. Statim igitur ad ipſum litteras Mamum ſcribit in hác ſententiam. Ex fructu arborem,ex diſcipulo cognouimus Magiſtrum.Quando igitur tali,ac tanta præditus rerum ſcientia, ignotus es tuis ciuibus,neq; cognitionis,& ſcientiæ fructum vllum percipis,ne graueris ad nos venire,tuamq; nobis ſapientiã cõmunicare;nam tibi ad nos accedenti omnis natio Saracenorũ ſe ſubmittet, & opibus,ac donis afficieris,qualibus nemo vnquam affectus eſt.His litteris traditis iuueni, eumq; donis proſequutus ad magiſtrũ mittit. qui quũ ſaluus ad Conſtantinopolim perueniſſet,viuẽtemq; philoſophum offendiſſet,reddit ei litteras:ille verò periculoſum ratus,ſi litteras ab hoſtibus acciperet inſciente Imperatore,ad Logothetã Dromi accedit.hic erat Theoctiſtus, qui poſt modũ a Barda occiſus fuit,& narrat,vt ad ſe venerit captiuus,& diſcipulus, ſibiq; ab Amermumne literas attulerit,& ſimul ei litteras in manũ tradit.Hæc fuit Leoni Philoſopho cauſa,vt ab Imperatore cognitus ei fieret familiaris; & diſcipulus, quem diximus, Leonis occultam ſapientiam diuulgauit: confeſtim enim ad ſe accerſitum Imperator ditat,& hortatur,vt publicè doceat,eique ad habitandum definit ſacrum quadraginta glorioſorum martyrum templum:Mamum verò de ſperato Philoſophi aduentu,dubitationes quaſdam exponens Geometricarum, & aſtronomicarum quæſtionum, & alia quædam ad eum mittit, ſibi declarari petens, & diſſolui. vt verò Leo ſingulas quæſtiones congrue diſſoluit, adiecitq; admirationis cauſa quædam ſigna futurorum prognoſtica,eiq; miſit:tunc Amermumnem illis acceptis, aiunt illius amore perculſum clara voce exclamaſſe, hominem ob ſapientiam ſumme admiratum; ſtatim igitur legatio ad Theophilum mittitur,cum litteris in hac ſententiam ſcriptis. Voluiſſem ad te ipſe venire legitimi amici functus officio,ſed quando commiſſum mihi à deo Imperium, & in-

Digitized by Google

gens ſub mea poteſtate degens populus id non permittit:quē habens ob Philoſo phiá,& alias doctrinas celebrē virum:ad breue quoddá tēpus, mihi mittas peto, vt mihi ſuæ ſcientiæ aliquid impertiatur, cuius amore haud mediocri ſum incen ſus: neq; vlla interponatur mora propter relligionem,& nationis alienum cultū, ſed magis ꝗ tales peto,petitio valeat apud æquos,& probos amicos,& pro hac re tibi gratia reddet,auri centū cētenaria,pax aūt & fędera perpetua,ac ſempiterna.

Acceptis autem litteris Theophilus, quum abſurdum iudicaſſet ſi rerum cognitio,ob quam genus Romanorum admirationi erat gentibus traderetur, petitionibus minime conſenſit,ſed Leonem maiore habuit in honore,quem Theſſalonices præſidem creauit, quum Ioanni Patriarchæ perſuaſiſſet, vt hunc deligeret,ei,vt iam diximus genere propinquum.hunc item Theſſalonicenſes,poſtquam delectus fuit, egregiè coluerunt propter eam,qua præditus erat,ſapientiá, & abſolutá omnium diſciplinarum peritiam: ſed præcipuè illum admirati ſunt hac de cauſa. ſterilis erat terra, nullumq; eo tempore fructum producebat. ac fames inuaſerat incolentes Theſſalonicam,locaq; finitima,omneſq; vel patria relicta,aliò migrare, vel fame & inopia neceſſariorum perire metuebant. at Leo eos conſolatus eſt,aſſerens inopiæ finem impoſitum iri,& tempus quoddam, quod ſtellarū ſibi ortus,& lumen demōſtrauerat,ipſis indicauit,& in terrá ſemina iniję cere tunc præcepit:quo facto tátæ illis fertilitatis auctor fuit, vt in multos annos indigenis perceptæ fruges ſatis eſſent;Grammaticá aſſerebat ſe Leo, & Poeticam Conſtantinopoli didiciſſe,reliquas verò doctrinas,quū in inſula Andro cómoraretur:ibi.n.cū ſtudioſo quodá homine Michaele pſello verſatus, & ab eo perceptis elementis,atq; rationibus quibuſdá,& principijs,qn̄ non quantū voluit cōprehendit,obibat monaſteria,& repoſitos in ipſis libros inueſtigás,emptoſq; ſtudioſe legens;tá præſtantē,& excellentē rerū cognitionē adeptus eſt, & diſciplinis expletus ad ſacietatē, Conſtantinopolim reuerſus eſt,vt doctrinarū ſemina eorū mentibus,quicūq; vellent cōmitteret:verùm hæc prius acciderant: expulſa verò Iconomachorū hæreſi, &*ſimul eiectis,qui ipſa detinebantur. eiecto itē Ioanne Patriarcha,ipſe vnà quoq; in exiliū pulſus eſt,quē Bardas,vt iá diximus,Philoſóphicę ſcholæ præfecit, & quendá Sergiū eius diſcipulū,pater hic erat iuuenis, de quo mētionē ſuperius fecimus,Geometriæ ludo ac Theodigiū ipſius itē familiarē Arithmeticæ,& Aſtronomiæ,cōmeatus ipſis opipare ſuppeditás,ſæpe ēt diſcēdi ſtudio ad eos aduentans,& diſcipulorū ſtudia, & alacritatē confirmans, & ità breui rerū cognitio ſuſcepit incrementū,quæ antea prorſus extincta erat adeò,vt ne veſtigiū quidē vllū,aut ſcintilla ipſius oſtendi poſſet.Ipſe aūt Bardas quamuis Cæſar eſſet,crebrò ad Hippodromi iudicia ſe cōferebat,& vt iterū dromi floreſcerent auctor fuit:tp̄s.n.accuratá diligētiá, ꝙ in ipſis ponebat,occultauerat.verùm enimuerò talia,ac táta Bardæ honeſta inſtituta,ac ſtudia, quibus cæteris p̄ſtabat, principatus cupiditas, veluti quædá innata macula,& ſordes,ꝙ deleri nequibat, obſcurauit,& extinxit:& itē ſeditio illa,qua concitata confudit,& perturbauit eccleſiá:quare ꝓ bona aduerſam famá tulit, vita.n.functo beatiſſimo Methodio,ꝗ

quattuor

Digitized by Google

quattuor annos Conſtantinopolitanam ſedem moderatus fuerat:Ignatius Nicephori Imperatoris ex filia nepos, filius autem Michaelis illius, qui regno exciderat, poſtquàm regno, & genitalibus mēbris priuatus, monachus effectus fuerat, & monaſterij Satyri præfectus, ad Patriarchatus ſedem adducitur. Hic Bardæ, propter inſontis vxoris repudium, & cum cognata ſibi ſponſa conſuetudinem, eccleſiam interdixit: ſiquidem diuinos canones nō curabat, cui poſtquam multum ſupplicans Bardas, vt eum ſibi placaret, veniam impetrare non potuit: omninò deſperata re, ad iniuriam, & vltionem animum adiecit:eumq; ex eccleſia expellendum curat, ac poſt multas, atque incredibiles vexationes, & cruciatus, ad extremum in Copronimi ſepulcro includit, impoſitis ipſi grauibus crudeliſſimiſq; cuſtodibus. & profectò deceſſiſſet è vita ſanctiſſimus hic vir, præ grauiſſima vexatione, ſummoq; dolore: niſi pius, ac religioſus quidam vir, quum quibuſdam de cauſis neceſſarijs indè abijſſent cuſtodes, & è ſepulcro eduxiſſet, & conuenientem illi curam præſtitiſſet, quem poſt maximam vexationem extorrem in Mitylene relegat, & alij complures Epiſcopi ſimilia his, atq; adeò peiora, pertulere, quod ijs, quæ fierent, non aſſentiebantur; neque ſe alium accipere velle, quodcumq; accideret, exclamabant. Attamen poſtmodum cedentes alij minis, alij pollicitationibus Bardæ voluntati obſequuntur cum virtute, & gloria pecuniæ cupiditatem, & defectionem permutantes. Bardas autem Photium, virum ob ſapientiam clarum, quum primus à ſecretis tunc eſſet, Patriarcham deligit: & vbi aduenere etiam Papæ Romæ legati contra Iconomachos miſſi, eiſdem quoque perſuadent, vt ſuę voluntati conſentiant, quare in ſanctorum Apoſtolorum templo coacto conſilio, publico interdicto condemnant Ignatium, ab exilio accerſitum. Hęc fuere Bardæ propter principatus cupiditatē facinora: loca verò intra euxinum pontum, omnemq; ipſius maritimā regionem, exercitus* Rhos prædabatur ac percurrebat; ſunt autem Rhos gens Scythica ad Arctoum Taurum habitans, effera, & agreſtis; ipſiq; Conſtantinopoli graue intentauit periculum. ſed tamen haud multò poſt diuinam iram experti, domum rediere, quorum legatio ad Conſtantinopolim quum veniſſet, petijt, ac ſupplicauit, vt ſacrum ſibi baptiſma impertiretur; quod impetratum eſt. alia item Cretæ claſſis modò Cycladas inſulas populari; modò omnem maritimam regionem vſque ad Proconeſſum. fuere etiam maximè terribiles terræmotus, ſed vnus maximus ea die, qua Domini aſſumptio celebratur, concuſſa terra, & murum ad exacionium ſolo ęquauit, & pulcherrima templa, domoſq; magnificas, & victoriæ ſtatuam, ad auream portam poſitam, & quæ in ſecundo ad ſanctam Annam fixæ ſtabant, concuſſit: cuius caſum Leo præſignificare apertè dixit potentis Imperatoris interitum; fluuij item, & fontes apparere deſierunt; & alij quidam caſus per omnem regionem euenere: quibus omnibus Imperator, neglectis, ac veluti poſt tergum reiectis, totus in equeſtribus ludis occupabatur, apud templum ſancti martyris Mamantis, in Auguſto conſtructum. Hoc quoque inuentum non eſſe prætermittendum cenſemus, quod & huiuſce Imperatoris amentiam, & ſuperiorum diligentiā repræſentet: Sa-

* Rhoxolani aliqui dixerunt.

tet: Saracenorum excurſiones in regionem Romanorum priſci Imperatores, quum indicare ſtuderent, ne repentè inuadentes, agros diriperent, in vicis, & agris incolas deprehēdentes, arcem quamdam Tarſo proximam in quodam celſiſſimo tumulo,atque prçrupto co nſtruxere,Lulum nomine.in hac igitur impo ſiti cuſtodes, ſimul, atq; excurſionem ſenſerant, facem accendebant, qua viſa, aliam item Argæum collem incolentes accendebant, & rurſus qui in Iſabo colle habitabant.qua conſpecta itidem,qui ad Agialum,aliam,& rurſus ij,qui ad Mamanta aliam,quam Cyzicus excipiens,& hanc item Mocilus,& ipſam ſancti Auxentij collis,cuſtodibus in magno palatio ad id munus diſpoſitis,perſpicuam faciebat hoſtium prædam, & ita deinceps faces accendentes momento temporis Imperatori indicabant. quod audientes regionis incolæ, ſe intra muros recipiebant,excurſiones euitantes.quumq; hæc conſuetudo viguiſſet, accidit aliquando,vt quum Michael ad martyris Mamantis templum eſſet aurigaturus, ex pharo fax accenderetur; quam ipſi conſpicato tantus incidit metus, ne à ſpectatoribus ſua deſpiceretur aurigatio, propter infauſtum nuncium, quantus nemini vnquam alij de vita periclitanti. ita ille ſpectaculis indulgens nullo afficiebatur pudore, & ne quid eorum, quæ triſtia euenirent, indicatum molliores efficeret ſpectatores; imperauit ne amplius faces Conſtantinopoli vicinæ ſignum oſtenderent,alias rurſus,oportet enim hominis amentiam adhuc magis indicare,quū in curru ipſe conſiſteret,iamq; carceres amouendi eſſent, indutus autem erat venetum colorem,Logotheta dromi Conſtantinus Praſinum, Chilas album,Craſſas rubrum.nuncius acceſſit,Amer Melitenes dominum Aſiam grauiter depopulari; iamq; propè Malagenos eſſe,maximumq; impendere diſcrimen. quo audito Protonotarius, triſtis, renunciauit Imperatori, & ſimul ei reddidit domeſtici ſcholarum litteras,ille autem toruo,ac terribili aſpectu eum intuitus,& quomodo auſus es ò ſceleratum caput, inquit, de iſtiuſmodi rebus me alloqui, in hoc neceſſario ludo occupatum,neque aliud quidquam curantem,quàm videre medij ſiniſtram partem conuerſam,pro qua re omne certamen eſt mihi inſtitutum, adeò erat demens,& mente captus:neque verò hac tantum cupiditate detentus, ab alijs, quæ minus decerent, ſe ſe abſtinebat, ſed moderatos fortaſsè immoderatè mores perſequens, à decoro,atque Imperatoris dignitate excidebat;& olim quum mulierculæ à balneis redeunti, ſitellamq; manibus geſtanti occurriſſet, cuius fortè filium è ſacro lauacro ſuſceptum ſibi adoptauerat,ex equo deſilijt, ac ſenatores,qui eum comitabantur,ad palatia dimiſſis: ijs verò laſciuis,& impudicis homunculis,quos ſibi turpi amore concilians,alebat,aſſumptis, cum muliere abijt,eiq; ſitella è manibus ablata;age,inquit,ò mulier, præſenti animo excipe me domi tuæ furfuracei panis, recentiſq; caſei appetentem: vt verò illius verbis mulier perculſa hæſitauit, quippe cui nullæ res ad eum excipiendum ſuppeterent, Michael dicto citius arreptam ſindonem, quam mulier à balneo tulerat, adhuc madidam, pro velo menſæ miniſtranti ſolo extendit,ablataq; mulieris claue ipſe erat Imperator,conuiuator,coquus,menſç inſtructor,conuiua,cçnatuſq;

cum

cum muliere pedes, ac lento gradu ad palatia ſe recipiebat, multæ ſimplicitatis, & faſtus ſuperiores Imperatores condemnans, qui grauitatem profiterentur. Hæc igitur omnia homini odium conciliabant, omniumq; in ipſum iram meritò excitabant. & quod peſſimum eſt, cynedorum ipſum comitantium ſocietas, & ad omne turpe facinus paratorum; quos ille in honore habens, & colens, diuinis verò illudens, & inſultans; ſacras veſtes auro contextas induit, & chlamydes, turpiterq;, & impurè cogebat, res diuinas peragere; caſtiſſimaq; myſteria, iſtorum principem Grillum nomine Patriarcham vocans, & reliquos vndecim Metropolitas, ſe quoque vnum è ſacerdotibus fieri voluit, qui præſes Coloniæ appellabatur: quumq; oporteret eos canere, myſteriaq; perficere, cithara cantiunculas abſoluebant, nunc ſenſim quodammodo, & leni voce reſonantes, nunc incitata, & clara, perinde, atque in ſacris ceremonijs ſacerdotes ſacrorum hymnorum voces edere conſueuerunt; habebantq; vaſa inaurata, & prætioſis lapillis ornata, quæ aceto, & ſinapi implentes, ijs qui ſumerent, porrigebant, ad hunc modum ſacroſancta, & impolluta myſteria irridentes. accidit olim, vt improbus iſte cætus in via occurreret Beato Ignatio Patriarchæ, cum ſacro Clero, & ſupplicationibus procedenti. quo conſpecto Gryllus, turpiter, ſimul, & impudenter, nihil cedens, remiſſa teſtudine cum ſuis ſodalibus vehementioribus plauſibus vſus, ſanctos illos maledictis, & turpibus probris laceſſebat. Iſte impudentiſſimus Imperator matrem quoque ſuam Theodoram in palatio adhuc degentem accerſiuit, vt à Patriarcha (nam iſtum eſſe beatum Ignatium finxerat) benedictionem acciperet; vt igitur honeſtiſſima mulier ſumma religione exijt, ſeq; in terram proſtrauit benedictionem petens, nihil omninò ſuſpicata, quippe quum improbus Gryllus interim os occultaret, ſurgens ille oppedit, verbaq; proprio ore digna protulit: ipſa verò grauiter, & iniquo animo factum illud ferens, execrationibus filium inſectabatur, ipſumq; propediem diuina prouidentia deſtitutum iri, quaſi Propheta vaticinata eſt; verùm non poterat ille, qui ſemel à recto itinere deflexerat, ad meliorem frugem reuocari. quare quàm celerrimè ipſum mors occupauit; antè quem Bardam, & antè illum Caniclæi Theoctiſtum homines illi gratificantes, quiq; noluere, vt tutores ab improbis artibus eum deterrere, & quemadmodum Theoctiſtus perierit, ſuperior demonſtrauit oratio; ſigna verò Bardæ interitum portendentia hæc fuere; crinitarum ſtellarum exortus, ſomniorum portentoſa viſa, ſiquidem ſibi viſus eſt in ſomnis iſte ad magnum templum cum Michaele accedere, quaſi panegyris celebraretur: vt igitur eò peruenere, & vltra ſacrum Templum proceſſere, exiſtimabat ſe videre quoſdam albis veſtibus indutos præeuntes, qui ipſum ducebant ad cancellos altaris; nihilq; aliud conſpexit. Sed in Throno Patriarchæ ſedentem quemdam ſenem, quem Petrum eſſe arbitratus eſt, principem Apoſtolorum, ad cuius pedes abiectus beatus Ignatius volutabatur, malorum, quæ ſuſtinuerat, vltionem requirens; illum verò vni eorum, qui aderant gladium dediſſe, dixiſſeq; hoc Deo inuiſum, ità Cæſarem appellantem, in ſiniſtro loco conſtitutum fruſtatim concide. impiumq; filium, hoc no-

mine

mine Imperatorem indicantem, numera in ijs, qui ſunt in dextra parte, ſed ſimile ſupplicium ſume. & ſomnium ità ſe habuit: an verò euenerint, quæ viſa ſunt, in ſequentibus declarabimus. nuper contra Cretẽſes Bardas omnibus copijs cum Michaele inſtructus erat: quumq; ad Dei genitricis templum viatorum acceſſiſſet, ingreſſus eſt cum facibus, vt* Syntacterium abſolueret: vbi igitur adytis appropinquauit, repente ab ipſius humeris delapſa chlamys effecit, vt iſte grauiora pericula perſentiſceret: et pridiè, quàm ab vrbe profecturus eſſet: ſiue per ſe, ſiue futuro rei euentu impulſus, coactis in vnum amicis, conuiuioq; acceptis, vt ſuæ amicitiæ memores eſſent, petebant; et legata, tamquam è vita iamiá diſceſſurus præbuit. poſtquam igitur ad Cretam profecti ſunt, & in regionem Thracenſium inuaſere, & occupato quodam loco, qui Topos dicebatur, eius miniſtri contentione, ſtudioq; adhibito caſtra poſuere. hic neſcio quomodo ſiue conſulto ſiue etiam alioqui inſcitia, Imperatoris tentorium locarunt, in plano loco, & in ſupereminẽte colle Cæſaris tabernaculum tetẽdere, quod vt lucrum, & occaſionem rati, qui Michaeli addicti, pro eo propugnabant, Cæſari factum obijciebant, & contra ipſum conſilia excitabant. attamen illos perturbabat, & ſegniores ad incœpta perficienda reddebat Cæſaris potentior vis, cuius filius Antigonus domeſtici ſcholarum imperium obtinebat, reliquiq; duces ipſi obtemperabant, & Sabbatius Logotheta Dromi, eius gener ob filiam, quam duxerat vxorem, ſine vlla controuerſia, ei fauere credebatur: verùm Sabbatius ab Imperatore deceptus, imprudens ſoceri necem patrauit, quippe, cui, & non alij, ſignum cædis commiſſum fuit. nuper enim exierat cognitis cauſis, & ſignum necis dedit cruce in ſuo ore impreſſa, verumtamen coniurati diſtulere quum præſentes cernerent Cæſaris ſodales. quod veritus Michael ne aliqua ratione deprehẽſus in ſe ipſum gladium attraheret, per fidelem quemdam pollicitationibus homines confidere iubebat, & periculum certè euitaſſet, ac propulſaſſet Cæſar ob coniuratos metu perculſos, atq; perterritos; niſi Baſilius, qui mox Imperator fuit, quiq; præfectus regij cubiculi tunc erat ad facinus ſe ſe accinxiſſet. hic enim metum abijcere coniuratos perſuadens ad rem confirmabat. Igitur homines gladijs diſtrictis in ſe confertim inuadentes, Bardas conſpicatus, ſibi moriendum ſenſit, ſeq; ad Imperatoris pedes abiecit, verum ipſum indè abſtractum fruſtatim concidunt: deindè genitalia ipſius membra, haſtæ appenſa, per exercitum traducunt: ingens autem turba concitata eſt, quæ Imperatori periculum intentaret. quam quidem vigiliarum præfectus Conſtantinus, cum multis in medium confeſtim accurrens, ſedauit; quum laudibus Imperatorem celebrás, iuſta nece occiſum Bardam pronunciaſſet, atq; ità Bardas perijt, & hac ratione illa contra Cretenſes ſuſcepta prouincia diſſoluta eſt, reuerſoq; Byzantium Imperatore, hæc ipſa res ad Imperium Baſilium perduxit: nam Michael nulla legitima ſuſcepta prole, quum ſolus Remp. adminiſtrare non poſſet, ipſum ſibi filium adoptatum Magiſtrorum dignitate exornandum curauit; & paulò poſt ipſi in magno templo diadema impoſuit; Hic Imperij compos factus Imperatorem conabatur quàm longiſſimè à prauis, & execrandis

* Id eſt genus quoddam precum.

Digitized by Google

& execrandis facinoribus adducere, ſed non intelligebat, ipſum ſibi hac ratione necem moliri, ſiquidem nõ ferens Michael obiurgationes, ac de medio Baſilium tollere cogitans, quaſi ſuæ eſſet voluntati impedimento, Baſilicinum quēdam regij dromonis remigem, in medium adductum, purpuram induit, eiq; diadema imponit: quumq; eum manu duxiſſet ad ſenatum, talia verba exorſus eſt; Iampridem oportebat, amici, virum hunc ad Illuſtria Imperij ornamenta perduci, potiusquàm Baſilium, cuius me nunc pœnitet. adeſt enim ei primum forma digna Imperio, deinde cognata corona, omniaq; dignitati conueniunt. hoc factum atque hæc oratio, principium & cauſa fuit, cur ille funditus periret. aliud præterea euenit. nam Michael quum ſe temeto ingurgitare conſueuiſſet, quo tēpore ebri⁹ erat, abſurda multa fieri imperabat, alij.n. aures amputari, alij nares, alij caput; quæ fieri Baſilius vetabat, non tam alijs, q̃ ſibi ipſi metuens. vt igitur ipſum ſibi obſtare Michael nouit, contra ipſum tales molitur inſidias; cuidam præcipit, vt haſtam iaciat, verbo contra feram ſed re cõtra Basilium. idq; planum factum eſt. nam moriturus is, qui iuſſus fuerat id facere, rem confeſſus fuit. Iecit igitur hic haſtam, & aberrauit, atq; Baſilius ſeruatus eſt. ſeruatus autem ſtuduit potius aliquid committere, quàm ipſe pati: & ità Michael occiditur, ad Palatia diui Mamantis anno ſex milleſimo ſeptuageſimo ſexto, hora tertia noctis, qui annos quattuordecim cum matre, decem verò ſolus, regnauit. & quamuis ità diſſolutè, atque intemperanter vixiſſet, non tamen laudatoribus omninò caruit: calicē enim in magno templo dedicauit, & candelabrũ, quæ longe ſuperioribus præſtabant. cæſo aũt, vt diximus Michaele, Baſilius Monarchiæ potētiā adeptus eſt. quis verò iſte fuerit, & vndè profectus, & qua de cauſa ab humili, atq; obſcura fortuna ad Illuſtrē Imperij dignitatē aſcēderit, altius repetita orõne declarabim⁹.

Tulit igitur hunc Macedonum regio, ex Armenijs oriundum, ex admodum ſplendida Arſacidarum progenie, ex qua ſola lex erat, vt Parthis, Medis, & Armenijs imperarent, propter illius primi Arſaci gloriam, qui Parthis regnum recuperauit, quod ſibi Perſæ vindicauerunt, & multo tempore ab Arſaco oriundi, gentibus ijs, quas diximus, imperarunt, ſed nouiſſimus, qui regno ſibi à maioribus tradito excidit, Artabanus fuit, eiusq; frater Clienes. Hi profugi Byzantium ſe recepere. Leo ille magnus tunc Romanorum Imperium moderabatur. Hic benigne acceptos, hos viros honeſtè, ac pro dignitate tractandos curauit, eisq; idoneam domum ad incolendum Conſtantinopoli tradidit. Quo cognito Rex Perſarum litteris eos accerſuit, patrium ipſis imperium ſe reſtituturũ pollicitus; quumq; illi acceptis litteris, quidnam ſibi agendum eſſet conſultarent, per quemdam illorum miniſtrum omnia Imperatori renunciãtur, eiq; traditur epiſtola. quod quum cognouiſſet Imperator, & exules iſtos, atque aduenas, illuſtriore loco natos, in quamdam Macedoniæ vrbem, quæ Nice vocatur, cum vxoribus, ac liberis eos migrare iuſſit. Deinde rurſus à Saracenis euerſo Perſarum Regno, ſimilia is qui tunc Amermumnes erat, effecit; ac per litteras Arſacidas in Macedonia degentes accerſiuit. qua re item ab Heraclio Imperatore depre-

Digitized by Google

deprehenſa, quod intelligeret eos non beneuolentia erga ſe accerſiri, ſed vt per ipſos Armeniorum, Parthorumque, genus ſubijceretur, in Philippos, vna hæc quoque Macedoniæ vrbs eſt, eos traducit, atque inde in Adrianopolim, qui locus quum aptus hoſpitibus videretur, itá creuit eorum multitudo, vt tamen incorruptum genus conſeruarent. deinde interiecto tempore, quum Conſtantius cum matre Irene regnaret, vir quidam Mactætes nomine, qui genus ſuum ad Arſacidas referebat, cuiuſdam negotij cauſa Conſtantinopolim venit, & fortè in quemdam ſibi genere cognatum Leonem nomine incidit. quo cum inſtituto colloquio, ei factus eſt amiciſſimus, atque vbi agnouit ipſum quoque Arſacidarum ſanguine prognatum in Adrianopoli habitare, ſuæ alienam patriam præfert, viri virtute adductus; eius affinitatem amplexatus, vnam ex illius filiabus vxorem duxit, vnde illius, de quo narramus, pater profectus eſt, tum robore præſtans, tum reliqua corporis figura, quem nobilis quædam mulier, è magno Conſtantino, vt aiunt, genus ducens, generum ſibi tradita ei nuptui longè formoſiſſima filia aſciuit, ex qua natus eſt Imperator, multa antè ortum imperij ſigna ferens: ex huiuſcemodi parentibus natus Baſilius liberaliter educatus. & poſtquam Crumus Bulgarorum princeps victorijs contra Romanos inflatus, Adrianopolim obſedit, itá vt nulla ei manus reſiſtere auderet, quòd ob fœlicitatem, quam diximus intolerandus eſſet; diutinaq; obſidione eò ciuitatem redegiſſet, vt neceſſariarum inopia rerum deditionis conditiones acciperet, omnes qui in ipſa vrbe erant, in quibus etiam Manuel Archiepiſcopus, in Bulgariam tranſtulit. eo igitur tempore cum alijs, parentes quoque Imperatoris, lac adhuc ſugentem ſecum ipſum deferentes, in Bulgarorum regionem abducti ſunt, vbi & ipſe inclytus Archiepiſcopus, & Imperatoris parentes, incorruptam in Chriſtum fidem ſeruantes, Bulgarorum, pleroſq; ad Orthodoxam fidem traduxere, quum nondum gens illa ad verum Dei cultum adducta eſſet, & in plurimis Bulgariæ locis chriſtianæ doctrinæ ſemina iecere, ſed Crumum mors occupauit, Cutragon verò illius ſucceſſor, longè vincens immanitate ſuperiorem, neque factum ignorans, ac paulatim Bulgarorum genus ad Chriſtianorum cultum tranſferri ſentiens, magna exarſit iracundia, ſacrumq; Archiepiſcopum Manuelem cum eximijs illis viris, qui cum ipſo erant, ſibi præſto eſſe imperauit, non ſine magna ira; quos primum blandis, ac mitibus verbis ab orthodoxa, & inculpata Chriſtianorum fide deducere conabatur; verùm vbi præſtantiores eos, quàm qui pollicitationibus aut minis expugnari poſſent, comperit; multis primũ verberibus cęſos martyrij nece interficiendos curat, & Manuel inclytus Archiepiſcopus, cum illuſtribus illis viris, qui ſecum erant, pręclaro martyrio vitam finiuit, & multi item illius conſanguinei, martyrij gloria dignati ſunt. quumq; oporteret iam reliquos captiuos in patriam redire, ſi quidem diuinitus ipſis reditus parabatur, Bulgarorum princeps ſæpe fractus quum amplius Romanis copijs reſiſtere nequiret, conciliata pace captiuos liberat, quibus nuper congregatis, iamq; in patrias ſedes reuerſuris, princeps captiuorum ſpectator erat, & fortè Baſilium

ſilium

Digitized by Google

filium puerum conſpicatus, qui quum iam è pueritia exceſſiſſet pubeſcere incipiebat, ad ſe vocauit, liberaliter eum reſpicientem intuitus, & iucundè ſubridentem, atque exultantem, & quum propè acceſſiſſet, manibus eum detinens, atque amplectens, malum magnitudine eximium ei præbuit, quòd ipſe ſimpliciter, & audacter admodum, principi genibus innixus datum ſibi excipit, ſimplicibus, ac minimè fucatis moribus nobilitatem præ ſe ferens, ita vt princeps admiratione perculſus obſtupeſceret; cæteri, qui circum ipſum erant, latenter indignarentur, quod eiuſmodi adoleſcens permitteretur domum redire. verùm diuina beneuolentia liberati, in patriam captiui Romani reuerſi ſunt incolumes. in quibus etiam Baſilij parentes, ſecum adducentes ſibi chariſſimum filium, aiuntq; multa ſigna oſtenſa, quæ portenderent virum iſtum ad regiam Maieſtatem perductum iri; verùm alia miſſa facienda ſunt, vt potè, quæ orationi moram afferant, quod verò nefas eſt ſilentio præterire, hoc enarrabo.

Tempus meſſis erat, & fortè parentes pueri in agrum ſuum ſe contulerant, vt meſſores ad opus intentiores efficerēt, & ipſi huic rei ſtudebant, & ne puer æſtu ſolis adureretur compoſito ex tempore quodam tabernaculo è ſpicis colligatis, ibi puerum vt dormiturum, collocarūt, ſtudentes eum ſimul, & caloris à ſole æſtum effugere ſine vllo damno, & ſimul ſine interpellatione quieſcere, à nemine extrinſecus accedente ei moleſtia exhibita; & illi compoſito lecto, prout tempus poſtulabat, ibiq; puero ſomno ſopito, ad opus ſe contulere. verùm quum ſol radijs immiſſis haud mediocrem puero moleſtiam exhiberet, aquila aduolans, expanſis alis, vmbram puero ſufficiebat, quumq; vocem ſuſtuliſſent ij, qui viderant, veriti, ne quid fortè mali puer à volucre pateretur, materq; ſtatim adcucurriſſet, vt ipſum comperit, iucundè dormientem, aquilamq; conſpicata alis puerum tegentem, nec ſuo aduentu deterritam, immò veluti gratiam pro beneficio repoſcentem, non ſtatim illa in animum omen diuinum iniecit, ſed è terra lapide arrepto, vt potuit, aquilam propulſauit. quæ parumper indè auolans, muliere ad virum reuerſa iterum præſto fuit idem faciens, & expanſarum alarum puerum vmbra tegens. iterumq; item ſublata à ſpectatoribus voce, diutiusq; exclamantibus mater ad puerum accurrens, aquilam rurſus lapide repellebat. quod vbi ter, ac ſæpius factum eſt, vix tandem ſigni diuinitus immiſſi ſenſum percipit: atque ex præteritis conijcit mox futura. Igitur omni cura puer educabatur à ſolis parentibus; quumq; iam ipſe ex Ephebis exceſſiſſet, pater deceſſit è vita, relicta matre vidua, & ipſo adoleſcente ſine tutore, quare moleſtijs, ac ſollicitudinibus ſubinde creſcentibus opprimebantur, ingenteſq; curæ ipſum vexabant, quod & matri proſpicere, & fratrum modò à ſe dependentium rationem habere cogeretur. & quia agricultura mediocre, nec ſatis idoneum ei videretur ad vitam ſuſtentandam auxilium, conſilium capit de profectione Conſtantinopolim, vt indè, & ſibi, & cariſſimis neceſſaria abundè compararet. & hac ille Conſtantinopolis cupiditate detinebatur; reſtitit tamen, detinuitq; mater minimè permittens captum exequi conſi-

I lium;

lium; verùm adhortans, vt ſe in ſenectute aleret, & mortuam ſuis manibus deduceret, ità demum ſibi optatum iter arriperet, ſed tamen, quamuis illa ità ſe haberet, vt difficulter à propoſito dimoueri poſſet, curæ victus tamdem ei cogunt veniam dare.. profectus igitur à Macedonia, Conſtantinopolim petit, peractoq; intericcto ſpatio, per aureas vrbis regiæ portas ingreſſus, iam inclinata ad veſperum die in ſancti martyris Diomedis monaſterio in veſtibuli gradibus antè ianuam ex itinere feſſus negligenter, vt ſe ſe habebat, proſtratus quieſcebat. circiter autem primam noctis vigiliam, monaſterij præſidi in ſomnis adeſt Martyr Diomedes, iubetq; hominem ad monaſterij ianuam exeuntem, nominatim Baſilium vocare, eumq; voci obedientem in Monaſterium introducere, & introductum curare. hunc enim eſſe à Deo vnctum Imperatorem, ipſumq; præſens inſtauraturum, aucturumq; monaſterium. at Antiſtes arbitratus, id, quod viderat, non ita eſſe, ſed ſpeciem quamdam, quæ ſibi imperata fuerant, nihil curauit, ſeq; rurſus quieti dedit. itemq; iterum conſpicatus, vbi neglexit, quod ſegnis, & piger eſſet, ac ſomnolentus; tertiò Martyrem videt non amplius ſibi remiſſis, ac blandis verbis imperantem, immo vehementer admodum interminantem, verberaq; inferentem, niſi citius dictis obtemperaret. tunc igitur deterritus, & metu è ſomno excitatus, abiecta ſegnitie, ad ianuam accurrens, ſecundum id, quod ſibi præceptum à Deo fuerat: vocauit; Baſili; qui ſtatim, ecce ego domine, reſpondit, quid imperas ſeruo tuo? Introductum autem in Monaſterium diligenter curauit, eiuſq; ratione habita, omnem impertitus eſt ei humanitatem; deinde fide ab eo accepta, ſilentio ſeruaturum, neque cum alio communicaturum, ſed tantum ſecum arcanum detenturum, Martyris ipſi prædicta aperuit, ſupplicans, vt re euentu comprobata, tum ſui, tum Monaſterij meminiſſet. quo rem, quaſi ſupra vires, recuſante, immò ab Antiſtite petente, vt ſe in alicuius nobilis ſeruitutem dedicaret, libenter huic rei Antiſtes conſenſit. & quia huiuſce Monaſterij familiaris erat Imperatoris Michaelis, & Bardæ Cæſaris cognatus Theophilus, quem diminutiuo nomine propter puſillam ſtaturam Theophilirzin appellabant, cum eo Baſilium collocauit, qui ſemper ſtudebat nobiles, & formoſos, ac virtute celebres ſecum miniſtros habere. huiuſcemodi enim ille viros accipiens ſericeis veſtibus ſtatim exornabat: alioq; habitu decenter honeſtabat, in horum numerum aſcriptum Baſilium, quod multò cæteris præſtare videretur, & corporis robore, & animi virtute protoſtatorem diligit, ſemperq; ille nouis auctus honoribus, magis magiſq; in dies amabatur à Theophilo, cui ob proprias, quibus excellebat virtutes, erat admirationi. nam; & manu ſtrenuus eſſe, & animo audax, & ad omnia ſibi imperata promptus, atque idoneus. Et Baſilij ſtatus hic erat. Mater verò intelligere cupiebat, quomodo ei iter ſucceſſiſſet, & quam à laboribus requiem adeptus eſſet, animoq; ſollicita, & anxia: videt in ſomnis magnam arborem cypariſſo ſimilem: intra ſuam aulam conſiſtentem, aureis

folijs

Digitized by Google

ſolijs denſam, aureosq; ramos, & truncum continentem, ſuper qua Baſilius eius filius inſidebat: ſomnoq; ſoluta, quod viderat, cuidam religioſæ mulieri narrat; quæ eamdem bonum animum habere de filio hortata, viſumq; interpretans, Romanorum Imperatorem ipſius filium fore prædixit. Hoc igitur alijs ſuperioribus addito, mater non amplius ex eo tempore de ipſo angebatur; ſed optimam de filio ſpem habens, gaudebat; fortè accidit, vt Baſilij dominus tunc publicis de cauſis in Peloponeſſum mitteretur, quem Baſilius vt aſſignatum ſibi munus expleret ſecutus eſt. quumq; in Achaiam perueniſſent, ingreſſus eſt Theophilus in Apoſtoli primouocati Andreæ templum, Deo preces adhibiturus, neque cum ipſo tunc ingreſſus eſt Baſilius, ſuo, vt veriſimile eſt, obeundo munere occupatus; ſed paulò poſt ipſe quoque Apoſtolo debitum ſoluturus, tempus nactus, in templum ſolus introiuit. præſidebat ſacro templo Apoſtoli monachus quidam virtutis in omni vita profeſſor. hic Theophilum cum tot ſatellitibus ingreſſum, neque excepit, neque aſſurgens ſalutauit, neque vel vllo minimo colloquio dignatus eſt, ſed mox, quum ſolus, vt diximus, Baſilius introiſſet, vt præſtantiori cuidam aſſurrexit, eumq;, ſolito Imperatoribus adhiberi benedicendo, fauſto omine eſt proſequutus. quod quum ex ijs, qui tunc fortè aderant, quidam comperiſſent; mulieri, quæ in illis locis, & morum, & nobilitatis principatum obtinebat, Danelis hæc à viro vocabatur, ſtatim renunciant. illa verò non ignorans monachi acutum, & perſpicax ingenium, eumq; futura præuidendi munere diuinitus donatum, dictum non neglexit, ſed ſimulatque audiuit, accerſitum ad ſe monachum, reprehendit, eiq; exprobrauit; tamdiu pater ſpiritalis, inquit, ego tibi ſum familiaris, & me noſti, quàm multis omni ratione præſtantior ſim, neque vnquam me conſpicatus excitatus es, neque mihi benedixiſti, neque meo filio, & nepoti talem vnquam impertitus es humanitatem, & quomodo nunc hominem vilem, & hoſpitem, pauperemq; vitam tranſigentem, intuitus aſſurrexiſti, ac veluti Imperatorem, honore es proſecutus? non vt aliquem è vulgo hominem illum conſpicatus, monachus reſpondit, ſed vt à Deo Imperatorem delectum Romanorum, & à Chriſto propoſitum videns, ei aſſurrexi, & bono omine, ac laudibus celebrans ei benedixi. nam qui honorati ſunt à Deo, ijs omninò ab hominibus honor debetur. Theophilus igitur, quæ ſibi mandata fuerant executus: iter Conſtantinopolim verſus ſuſcepit relicto ibi Baſilio, qui corporis inualetudine detinebatur: verùm diligenter curatus ſe ſe ad reditum parabat. quẽ ad ſe accerſitum Danelis illa mulier, quã diximus, donis, & magnis muneribus affecit, nihil ab eo aliud petens, quàm vt ſpiritualis fraternitatis vinculo cum filio ſuo Ioanne coniungeretur. at ille & ſuam tenuitatẽ, & mulieris nobilitatẽ reſpiciens, tanquam ſupra ſtatum ſuum, rem auerſabatur; ſed multa adhortatione, multisq; precibus victus, tamdem mulieris obſequitur voluntati; expletoq;, quod illa petierat, munere, viſum eſt ei non occultandam eſſe diuinam voluntatem, ſed prædicanda, & diuulganda magnalia Dei, modis illis prædicata, quibus nouerat, &

Digitized by Google

indicata; ſecreto igitur, & remotis arbitris cum Baſilio colloquens, noueris, inquit, ò fili, Deum te in magna ſpecula poſitum totius terræ dominum declaraturũ. quum igitur quod ego tibi nunc prædico euentu comprobatum fuerit, nihil aliud à te peto, niſi vt me ames, meiq; & meorũ te miſereat: Ipſe verò, ſi Deus ſibi prædicta perficeret, ſe in eius poteſtatem omnem ſi fieri poſſit, redactum ire terram illam pollicitus eſt: & ità ſalutata muliere Conſtantinopolim redijt ad ſuum Dominum, pecuniaq; indè comparata, idoneas emit in Macedonia poſſeſſiones, quibus omnes ſibi ſanguine coniunctos opipare locupletauit: attamen apud ſuum Dominum ille manere, eiq; inſeruire, Quadam verò die Antigonus ſcholarum dux, Cæſaris Bardæ filius, ſumptuoſo apparato conuiuio, primum ex accumbentibus conuiuam habuit parentem ſuum Bardam Cęſarem, qui multis alijs cognatis amicis, ac familiaribus ſecum adductis, ad conuiuium acceſſerat. Aderant item cum ipſo Bulgari familiares, & amici fortè fortuna in Conſtantinopoli commorantes: neq; abfuit à conuiuio Theophilus Baſilij dominus, vt potè etiam ipſe Cæſaris conſanguineus. iamq; procedente compotatione, & vigente conuiuio, quum fortè Bulgari ſecum quemdam haberent, hominem Athletam, qui ſe ſe corporis robore iactitabat, videbantur de ipſo gloriari, idq; inſolenter facere, ac neminem eſſe, qui cum eo manus conſerere poſſet, ſuperbè iactabant; inter conuiuandum igitur Cæſari Theophilus, ſi tuæ, inquit, placet amplitudini, eſt quidam ex ijs, qui mihi inſeruiunt, qui cum iſto celebri Bulgaro congredi poterit, magnum enim probrum eſt Romanis, ſi iſte ità inuictus in Bulgariam recedat. quibus verbis conſentiente Cæſare, quum iuſſiſſet in medium adduci adoleſcentem, patricius Conſtantius Thomæ Logothetæ pater admodum amicè erga Baſilium animatus; quippe quum ipſe quoq; ex Armenijs eſſet oriundus, quod vidiſſet locum, vbi luctatores congreſſuri erant, madefactum, veritus, ne ob humorem laberetur, puluere, ac ramentis è ligno ſolum aſpergi iuſſit. quo facto congreſſus cum Bulgaro Baſilius, ac veluti quemdam nuper natum pullum oppreſſum, atque conſtrictum perinde, atque feni quemdam faſciculum, aut lanæ vellus, ita leuiter ac facilè ſublatum ſuper menſam proiecit; quæ quidem res lætitia Romanos explens, pudore Bulgaros perfudit, ab ea die magis, magisq; Baſilij fama per Conſtantinopolim diuulgari, & in ore omnium ille eſſe iam illuſtris effectus, aliud item accidit, quod ei maiorem gloriam comparauit. erat quidam equus Michaeli Imperatori, dura ceruice, & effrenus, ſtatura, & pulchritudine, & celeritate, ac ſpeciei formoſitate, omnibus, quotquot vnquam fuerint, admirationi præſtantior; qui ſi fortè vinculis ſolutus, vel alio aliquo modo emitteretur, admodum difficulter capi rurſus manu poterat; multaq; negotia equiſonibus ad ſe retinendum præbebat: huic equo inſidens Imperator, venatum ſe contulerat, leporemq; baculo aſſequutus, ex equo deſilijt, vt ipſum occideret, equusq; liber relictus, exultans, aufugiebat, quumq; multi, & equorum curatores, & princeps, ac reliqui, qui cum Imperatore erant accucurriſſent, nemo equum poterat detinere; ita vt iratus Imperator iuberet, ſi caperetur, poſteriores ei pedis præcidi; ve-

di; ve-

di; verùm Cæſar excuſabat, & ab Imperatore ſupplex petebat, ne ob vnum tantum vitium tantam modò equi virtutem incaſſum perderet; & illi hæc inter ſe diſceptabant. Baſilius verò ad ſuum dominum accurrens, ſi præteriero, inquit, Imperatoris equum, & à meo equo deſiliens ipſum conſcendam, num propter regiam ſellam, & purpureum frænum mihi ſuccenſebit Imperator? ſed quum ille hoc in aurem dixiſſet Imperatori, & Imperator id fieri iuſſiſſet, ingenioſè Baſilius ſuo equo concitato, & Imperatoris equi curſu ad lineam parallelum adæquato, ſtatim deſiliens in regium illius equum inſilijt, magnam afferens præſentibus, ac ſpectantibus admirationem: admiratus item Imperator hominis ingenium cum virtute, atque prudentia, ſtatim à Theophilizę abductum, in ſuorum militum numerum aſcribendum curauit. & ipſum præcipuè diligens, paulatim per gradus, ad protoſtatoris ordinem perduxit: quumq; fortè venaretur, Imperator in philopatio præibat ipſum equo vectus protoſtator in zona ferens regiū telum, quod Barducium vocabant; turbaq; excitata, & voce à frequenti multitudine ſublata, lupus magnitudine eximius exilijt è ſilua. quem à tergo inſecutus Baſilius in ipſum Imperatoris Barducium coniecit, quod feram contingens eius caput in duas partes diuiſit. Imperatorem ſicuti conſueuerat, ſequens, Cæſar, & id quod factum fuerat conſpicatus, fertur quodam cum ſuo familiari ſecreto dixiſſe, quoties hunc ego hominem video, exiſtimo illum fore funditus noſtræ gentis perniciem; aiuntq; Leonem philoſophum hoc idem vaticinatum eſſe, qui nominatim appellato Baſilio, & quibuſdam ſignis indicatis, ac digito illo demonſtrato; & hic, prædixit, totius veſtræ gentis clades erit: ſemper igitur illi ſtruebat Cæſar inſidias, nihil tamen proficiebat: nam difficillimum erat, quod ſemel diuinæ prouidentiæ placuerat, id irritum efficere, quumq; rurſus venationis cauſa ad Armamentum ſe contuliſſet Imperator, & poſt venationem cum matre Theodora, & quibuſdam propinquis, atque intimis familiaribus conuiuaretur, illius iuſſu vocatus eſt etiam protoſtator. in quem defixis oculis Regina frequentius intuens, omnemq; illius figuram explorans, agnito tandem quodam indicio, ac ſigno, ſtatim vertigine occupata, atque animo defecta in terram decidit. Quare perturbato Imperatore, & filio, qui cum ipſo erat, ſtatim aqua allata, et odoratis vnguentis, quibus Reginam inſpergerent, ità eam lapſu reuocabant. quum igitur illa vix ad ſe rediiſſet, caligine diſcuſſa, & ab Imperatore, ac filio interrogaretur, qua de cauſa hic ei caſus contigiſſet, vbi tandem ſe ſe collegit, ità filio reſpondit. hic quem tu vocas Baſilium, ò fili, noſtræ gentis pernicies eſt futurus: etenim in ipſo ſignum vidi à tuo parente mihi prædictum: cuius cauſa vertigine correpta in terram decidi. Imperator partim verbis, quibus omnia auerſabatur, partim certis perſuaſionibus iureiurando confirmatis, matrem à metu liberans, & ad priſtinam mentem reuocans, conſolabatur: ſcias, inquit, ò Regina, & mater mea hominem hunc, de quo loqueris, virum eſſe generoſum, & robore inuictum, animiq; nobilitate præſtantiſſimum: rebusq; noſtris fideliſſimum, & beneuolentiſſimum, neque vlla in re malè de

nobis

nobis ſentientem, & tunc talis fortunæ contumeliam ità Imperator prætcrijt: Quum autem Damianus* paracimomenus, eunuchus, & Scitha, atque patriciatus dignitate decoratus, quæ fierent ab Imperatore reprehenderet, veluti indecore geſta, præcipuèq; illa, quæ Barda Cæſar eius auunculus committebat, iratus eſt tandem, & incitatus Imperator ad rerum curam capeſſendam, qui tamen nimium hebes erat, & ſegnis adminiſtrandis negotijs, & nonnullas Cæſaris actiones irritas fecit, aut fortè correxit. quod ferens iniquo animo Cæſar, clam contra Damianum ſeſe inſtruit, multiſq; contra ipſum calumnijs apud Imperatorem vſus, credibiliaq; crimina comminiſcens, tantum valuit, vt Imperatorem à beneuolentia, quam erga Damianum habebat deduceret, ità vt ipſe etiam ſuam poſſet excipere dignitatem. illo igitur expulſo diutius*paracimomeni, munus, qui expleret deſyderabatur. quumq; Cæſar, & illius ſodalitas alium ſubinde ad id ſufficerent, diuina prouidentia, quæ res prout vult clam omnibus adminiſtrat, omnem prudentiam, & verſutiam irritam demonſtrauit. nam aliquo tempore poſt, Paracimomenum deligit Imperator Baſilium, patriciatus honeſtatum dignitate, nuptui ei data vxore & decore corporis, & pulchritudine, & continentia omnium ſuæ tempeſtatis mulierum præſtantiſſima. Hæc filia fuit illius Inceris, apud omnes prudentia, & nobilitate celebris, Martinaciorum genere prognati; quo facto, & ſemper Imperatoris erga Baſilium in dies aucta beneuolentia, id videns Cæſar, inuidiaq; ſtimulatus, & futura metuens, ſæpe ijs à quibus adductus fuerat, vt expellendi Damiani auctor eſſet, dixit, malis ego veſtris conſilijs obtemperans, eiecta vulpe, introduxi Leonem, vt confeſtim ſimul omnes nos deuoret. Quum autem nuper Imperator Michael contra Cretenſes cum exercitu profectus eſſet, vnà cum Barda Cæſare auunculo, ipſeq; Bardas inſolentius res adminiſtrans, paulatim angeret Imperatorem, ac de ſe ſuſpicandi occaſionem præberet, vbi ad hortos peruenere. ſunt autem horti locus maritimus, vbi Mæander fluuius influit in mare. hic facta conſpiratione, & conſilio capto ab ijs, qui cum rege erant, ne diſſipati magis paterentur, quàm facerent adhibita celeritate Bardam, quemadmodum ſupra demonſtrauimus, apertè, interficiunt Imperatoris pedibus implicitum. Prima tunc dies erat menſis Aprilis decimæ quartæ indictionis. interfecto autem Barda, ſtatim exercitum dimittit Imperator, & de reditu Conſtantinopolim mentionem facit; Bizantiumq; reuerſus, quòd propria prole careret, hunc Baſilium adoptatum, ad Magiſtratus honorem perducit: quod præ inuidia minus ferens Sabbatius Dromi Logotheta, Cæſaris Bardæ gener, ſimulans non poſſe ſe Conſtantinopoli vitam degere: Thracenſium petit præfecturam, quam impetrauit. breui verò interiecto tempore, quum Baſilius tutò, & ſine periculo imperium gubernaret, quippe quum Imperator alijs rebus non etiam adminiſtrandæ Reipub. incumberet, & mors Bardæ apertè redarguiſſet illius imbecillitatem, atque ſecuritatem. Quum enim ille tamquam ſocius rerum, & adminiſtrationis diligentem ſe, & vigilantem, præberet, & negotia, quoad eius fieri poterat, procuraret; eius diligentia ac ſtudio Imperatoris

* Regij cubiculi præfectus.

* Præfecti regij cubiculi.

Digitized by Google

Imperatoris imbecillitas cælabatur: verùm vbi illo interfecto ad ſolùm Imperatorem omnis Imperij cura redacta eſt, tunc apertè eius ingenium deprehenſum eſt non idoneum, neque habile ad ciuilia tranſigenda negotia: nam & frequenter commune contra Imperatorem murmurabat, neque ſenatus, neque modus adminiſtrandæ ciuitatis ei ſatis placebat; ipſe quoque exercitus concuſſus erat, atq; exagitatus: quibus ab intimis familiaribus auditis Imperator, ſeq; nulla ad publicas actiones dexteritate præditum intelligens, ſimul etiam conſpirationem in ſe veritus, rerum ſocium ſibi aſciſcendum cenſuit, & quia paulò antè, vt diximus, ſibi filium Baſilium adoptarat, quem nouerat, & virtute, & prudentia multis præſtare, idoneumq; ad explendum munus illud, cui in gubernanda publica naui ſuas eſſe vires impares ſentiebat, maximè verò ſuprema poteſtate ad id ipſum impellente, & Imperij honore, & gloria, ſacraq; vnctione ipſum Baſilium decorandum curat, die feſto Pentecoſtes, in celebri Dei Sophiæ templo, adhibitisq; publicis ſupplicationibus regiam Baſilio coronam imponit, vigeſima ſexta Menſis Maij indictione quarta decima. Quo cognito Sabbatius, haud æquo animo tulit, ſed aſſumpto ſibi adiutore pagano patricio, hic item Opſicij Præfectus erat, ad rebellandum animum appulere, Michaelem Imperatorem laudibus proſequentes, vt ea ratione ſibi populos conciliarent, neúe contra ſummum Imperatorem moliri aliquid viderentur, maledicentes autem Imperatori, & infinitis eum contumelijs onerantes, atq; hæc æſtate geſta ſunt: vbi verò hyems appetijt, iſtorum conſpirationes diſſoluit, quum defectionis auctores fuga ſibi ſalutem quæſiſſent: Sabbatius igitur in latam petram, hæc eſt arx munita, & ad expugnandum difficilis, in Aſia ſita, ſe recipit: Piganes verò Cotyaium occupauit. verùm paulò poſt debellati ad ipſum Imperatorem vincti perducuntur; qui oculis priuati, Sabbatioq; dextra, Pigano etiam naribus amputatis in exilium mittuntur. omnes verò, qui Romanorum ſubiecti erant Imperio, declaratum Imperatorem Baſilium percipientes lætati ſunt, cupientes hominem Imperij gubernacula obtinere, qui priuatam fortunam expertus, non ignoraret qualia à potentioribus tenuiores pati conſueuiſſent. offendebat item eos Michaelis imperium nimis molle, ac diſſolutum, nullaq; alia in re occupatum, quàm in vino & comeſſationibus, rectoq; equorum curſu, & ſcurris, alijsq; leuibus, ac vanis actionibus, quas ſupra breuiter, ac curſim attingimus, regiosq; Theſauros in cynędis, ac Bambauciſtrijs, & ſaltatricibus, omniq; laſciuorum frequentia, in omnibus triuijs, illo exhauriente, à quibus rebus Romanorum ſtatus exhauriebatur, & ipſe exinanitus inopia, quum quid faceret non haberet, iniuſta tributa ad inopiæ remedium excogitabat, nefariasq; manus in ea, quæ ad ſe nihil prorſus expectaret, inijciebat: Deum quoque cum improbis ac laſciuis illis effęminatis viris deludebat, nullaq; erat obſcœnitas, quam non & ipſe, & alij, quos domi ſuæ alebat & dicerent & patrarent; ab huiuſcemodi nefandis facinoribus eum deterrere ſæpe conatus Baſilius, non modò nihil profecit, ſed contra potius ad iracundiam eum incitauit, & impulit, vt contra ſe iniqua, & abſurda moliretur, ſicuti

ſuperius

ſuperius à nobis eſt demonſtratum: frequentibus autem in ſe ſtructis inſidijs Baſilius perterritus, aliquid potius ipſe committere, quàm ab alio perpeti ſtuduit. igitur compoſito quibuſdam cum amicis & cognatis, militibus, qui in regia excubebant, Imperatorem interficit in palatijs ſancti illius magni martyris Mamantis. & Michael qui ita diſſolute ac molliter vixerat, huiuſcemodi habuit vitæ finem: ſtatimq; Monarcha Baſilius ſalutatur à coniuratis primum, deinde à conſilio ſenatus, & à regijs legionibus, omniq; exercitu, & ciuium multitudine, qui ſimulatq; imperium capeſſiuit, acccerſito ſenatu, & ijs omnibus, qui dignitate præſtarent, ærarium Imperatoris aperuit, in quo, ex tanta pecuniarū vi nihil aliud repertum eſt quàm vt etiam ante diximus, tria ſola centenaria. Quum igitur quæſiſſet Imperator deſcriptas ſumptuum rationes, eaſq; apud quemdam ſenem eunuchum comperiſſet, didiciſſetq; quò pecunia abijſſet, de hac re ad optimatum conſilium retulit, qui communi ſuffragio decreuerunt, vt qui pecuniam male accepiſſent, quæ reliqua ſibi fuerat, ad publicum referrēt. Baſilius verò de ſumma remittens dimidium eorum, quæ quiſque acceperat, regio ærario reddi iuſſit, atque ea ratione ab ipſis reipublicę auri centenaria trecenta coacta ſunt.

Proceſſit autem publicè cum ſupplicationibus Imperator ad magnum Dei verbi Sophiæ templum, ac dum rediret multam pecuniæ vim diſtribuit, non ex publica, ſed ex ea quam priuatim ſibi comparauerat; acceſſitq; ei pecuniæ nec opinata vis, etiam ab occultis terræ theſauris patefactis, & in Idico haud mediocre aurum compertum eſt, quod Michael ſuperior Imperator coegerat, quum conflaſſet diuulgatam illam platanum, & duos vultures totos aureos, duoſq; aureos malleo fabricatos Leones, & Organum totum aureum, & alia quædam diuerſa ad menſam ornandam aurea vaſa. & regias auguſtas veſtes, quibus ad ſuas libidines erat abuſurus. ſed quum mors illum occupaſſet, ad Baſilium hæc peruenere. verum hæc poſtea.

Nuper autem conſecutus Imperium Baſilius, primum ad Magiſtratus gerendos eos diligebat, qui ſe muneribus minime corrumpi ſinerent, quiq; ab omni libidine manus puras, & continentes, habere omnium orę probarentur; deinde hanc iuſtitiæ rationem habuit, vt inter ſubiectos ſibi ciues æquabilitas ſeruaretur, neque à diuitioribus pauperiores opprimerentur, & vbique edicta proponebat, quæ omnem iuſtitiam penitus exterminarent, iudiceſq; conſtituit, quos, & annuis ſtipendijs, & omnis generis honoribus auctos iuſſit per diem morari, & ſedandis litigantium diſcordijs incūbere; idoneaq; eis loca attribuit, Magnauram, & eum, qui vocatur Hippodromus, illaq; quæ ærea vocatur, tempore attritam, iamq; ruinam minantem à ſe inſtauratam, ac renouatam. conſtituit item alimenta pauperioribus ijs, qui litigarent, ne forte inopia oppreſſi litibus renunciarent, ipſe quoque tali muneri incumbere, quoties ei à militaribus negocijs vacarēt, & legationibus vndique aduentantibus reſpondere; & in eum locum, qui Genicus vocatur, deſcendēs, eos explorare à quibus tributa publica exigerentur, ne

forte

Digitized by Google

ſortè aliquis iniuſta exactione opprimeret. & ità ijs, quibus iniuria fieret, opitulari, fertur item; quũ ille deſcendiſſet in Diatribam, ita locus appellabatur, neq; aliquis aliqua de re conquereretur, ſuſpicatus eos, qui auxilio indigerent ab aliquibus ſuo aditu prohiberi, ſatellites quoſdam in omnes ciuitatis partes miſiſſe, qui quærerent vtrum aliquis eſſet, qui opis indigeret, vbi verò illi rediere, neminem ſe prorſus reperiſſe renunciantes, præ voluptate collacrymans Deo gratias agit: videnſq; adhuc ſupereſſe quandam improbis peccandi occaſionem, propter redactam in compendium numeri partium rationem, dimidiæ inquam, & ſextæ, & duodecimæ partis, & huiuſcemodi, quum vterentur antiquis ſcribarum notis, hanc quoque voluit occaſionem ijs, qui peccare inſtituiſſent, ademptam, & ſtatuit ijs litteris, quas vel agreſtes populi facile perlegerent, tales notas deſcribi. è domo ſublato chartarum, litterarum atq; ſcribarum ſumptu. res quoq; ad eccleſiam ſpectantes ei curæ fuere: etenim coacta ſynodo pontificatu abdicauit Photium, qui ſibi honorem illum vindicarat, quieſcere iuſſum; quoad eum, qui rite delectus fuerat, ad ſe Deus accerſiret, Ignatiumq; immerito, atq; iniq; deiectum reſtituit, atq; ita Eccleſiæ Dei tranquillitatem comparauit. quin etiam quum videret ciuiles leges multa obſcuritate, & confuſione refertas, operam dabat vt eas, quemadmodum par erat, pro dignitate corrigeret, & abrogatas, quæ nulli vſui eſſent, abijceret, & amputaret, earum verò, quæ ratæ eſſent, multitudinem expurgaret; verùm non datum eſt ei idoneum ſpatium morte occupato, ſed Leo eius filius poſtea hoc munus expleuit. Primo anno Imperij Baſilij, Georgio, & Sambatio patricijs auctoribus, inſidiæ in ipſum ſtructæ fuere, ſed ſcelere deprehenſo, manifeſtis indicijs, ipſis, vt conſpirationis principibus oculi effoſſi ſunt, reliqua vero omnis coniuratorũ multitudo infamia notata, atq; traducta, in exiliũ eiecta eſt, & vt inſidias à regia auferret, Conſtantinum, & Leonẽ ſuos filios coronat, tertioq; Monarchiæ anno tertium quoq; filium Alexandrum Cæſarem declarat, & omniũ natu minimum Stephanum Dei op. M. dedicat Eccleſiæ, quumq; quattuor eſſent filiæ in ſacro Monaſterio celeberrimæ martyris Euphemiæ, eas conſecrandas curat. Quum autem ſic rebus ſuis domeſticis recte, vt ſibi videbatur cõſuluiſſet, ſtuduit contra eos, qui Romaniam vexabant, exercitum adducere; & propter imminutas militares acies à Michaele ſuperiore Imperatore, quod militũ prærogatiuas, & annua ſtipendia ille ademiſſet, adhibito iuniorũ delectu, addito q; phalãgibus ſupplemento cõtra Barbaros cũ exercitu profectus eſt, & primũ contra Theophricen, cuius dux erat Chryſochir vir, & virtute & prudentia præſtãs, quiq; Romanos agros excurrens depopulabatur, contra hunc, & vrbẽ adducit exercitũ Imperator; ſed quũ eius aduentũ ille non ſuſtinuiſſet, ſeq; intra mẹnia recepiſſet, Imperator excurſione facta, omnemq; ei ſubiectã regionem deprædatus ad ipſius Thephricæ muros caſtra poſuit, longa obſidione ratus arce ſe potiturum: ſed vbi cognouit eã vndiq; tã bene cõmunitã, vt nulla ſpes eſſet per obſidionẽ expugnari poſſe, iam.n. illa quoq; omnia, quæ in agris erant ad victũ neceſſaria, cõſumpta fuerãt, obſidionẽ ſoluit: oppidis Thephricæ ꝓpinquis Auara,

Scopo, Spathæ, alijsq; multis expugnatis: collectoq; exercitu inde cum ſplendidis trophæis ac ſpolijs reuerſus eſt. direpta autem vaſtataq; regione circa Thephricen; quia finitima ipſi vrbs Iſmaelitarum Taras nomine concordia, & ſocietate cum ipſa Thephrice coniuncta erat, verita ſibi imminens periculum, miſſis legatis, pacem & ſocietatem, cum Romanis petijt, impetrauitq; Imperatore legationes benigne excipiente. Curticius item genere Armenius, qui Locanam detinebat, & Romanorum confinia frequenter excurrens vexabat, & in ſuam ditionem redigebat, acceſſit, ſeq; Imperatori, & vrbem, & ſibi obedientem populum, dedidit: Dum hæc gererentur, Imperator miſſo exercitu delectorum militum, ad locum qui Zapetra dicitur, etiam Samoſatis feliciter potitus eſt, quum exercitus anguſtias locorum ſubito pertranſiens in ipſam vrbem repente impetum feciſſet: etenim vrbs nec opinato capta eſt, & multus populus occiſus, infinitiq; captiui abducti ſunt. & Romani qui in vinculis detinebantur, à diuturnis vinculis in libertatem ſunt vindicati. quumq; miſſus exercitus finitimá Regionem incendiſſet, vrbem quoq; Samoſata euertit: & ſimili impetu quum Euphratem traieciſſet, omni vlteriore regione capta, multisq; captiuis coactis, ac multis ſpolijs incolumis reuerſus eſt ad Imperatorem, qui tunc ad Atzanirch fluuium caſtra habebat; inde profectus cum omni exercitu Imperator, iter habebat via, quæ ducit ad Melitenem, quumq; appropinquaſſet Euphrati, æſtiuoq; tẽpore ipſum videret inſtar maris auctum, ita vt pertranſiri non poſſet, ponte facto tandẽ tranſmiſit, multumq; vaſtata regione et ſibi ſubacta, capto quoq; oppido, quod Rapſaciũ vocatur, partẽ exercitus miſſam, Regionẽ inter Arſinonem, & Euphratem, iuſſit excurrere. qui quum in omnes ipſius partes, adhibita incredibili celeritate, excurſiones feciſſet, oppidum Carcicium nomine, & Chlaſchum, & Aman, & Tomuriz, & Audela expugnarunt, ipſe verò Melitenem aggreſſus, quæ tunc & viris præſtantibus, & Barbarorum multitudine exultabat, vbi ad muros propè acceſſit, Barbaricas phalanges excepit, ſibi fremitu, & clamore occurrentes; quibuſcum viriliter congreſſus, & in prima parte phalangis conſtitutus, aduerſarios in fugam vertit; tum alij alios, & vſque in vrbem cædentes perſecuti ſunt: ita vt ſolum, quod intererat, cadaueribus proſtratis cõpleretur, ac viui caperentur haud pauci; reliqui verò ignaue ſe intra muros concluderent. voluit igitur Imperator adhibitis elepolibus, & machinis oppidum tentare; verum vbi vidit Vrbem turribus munitam, & multitudinem eorum; qui à muris propugnarent, abundantem. audiuit item de transfugis, rerum ad victum neceſſariarum plurimam ei copiam ſuppetere, neque diutinam obſidionem timere. inde profectus in Manichæorum regionem inuadit, omnibusq; quæ ante pedes erant, incenſis oppido nomine Argauth, & quod Cutacij, & quod Stephani vocabatur, exuſtum quoq; Arach ſolo æquauit, & inde coacto exercitu iter Conſtantinopolim verſus ſuſcepit. illis igitur militibus, qui ſe ſtrenue geſſerant, honore affectis, ac dimiſſis, ipſe Conſtantinopolim ſe recepit, quumq; in Thraciam tranſmiſiſſet, ſeptimo adhibuit publicas ſupplicationes, & per auream portam ingreſſus

Digitized by Google

greſſus triumphum egit magnificentiſſimum, omni populo vocibus victoriam acclamantibus eum extollente vſque ad Sophiæ Dei hypoſtaticæ templum. quò quum aduenisſet ibiq; hymnos, quibus gratias Deo agebat, celebraſſet, ab Ignatio Patriarcha victoriæ coronis inſignitus, in regiam ſe recepit, parumq; cũ vxore ac liberis commoratus, rurſus ciuiles adminiſtrationes, aggreſſus eſt. in ſequenti verò anno, quum Princeps Chryſochir in fines Romanorũ ingreſſus, eos popularetur, contra ipſum mittit Imperator, vt conſueuerat, domeſticum ſcholarum, qui aſſumpto ſecum omni Romano exercitu, quum vereretur ſtatariæ pugnæ ſummam rerum committere, interim eum quodã interuallo ſequebatur, & quæ ſub indè fierent excurſiones prohibebat, neq; permittebat, vt illi tutò per regionem ſe ſe effunderent. vbi igitur partim voti compos, partim re infecta Barbarus de reditione domum mentionem fecit, multaq; cum præda reuerſus eſt, ſcholarum domeſticus iuſſit duos Duces, Charſiani præfectum, & Armeniacum cum ijs, quas habebant, copijs, ambos inſequi Chryſochir, vſq; ad eum locum, qui Bathyryax appellatur. & inde ſi ille in Romanorum fines immitteret exercitum, ea de re ſe certiorem facere. ſi verò domum recta pergeret, neque reuerteretur, illo omiſſo ad ſe confeſtim redire. Igitur appetente veſpera, quum Barbaricus exercitus Bathyryaca occupaſſet: & ad Montis radices pernoctaret, illi autem Duces, quos modo diximus, celſiores ipſius montis partes tenuiſſent, vnde rei euentum ſpeculabãtur, forte incidit inter milites duarum regionum de principatu pugna atq; contentio. Milites Chariani ſibi primas virtutis partes vindicabãt. Armeniani autem contra eas ſibi deberi aiebãt: vbi igitur plurimum certamen proceſſit, atq; eo vt iam vtraque legio ad iactantiam propenderet, tunc fertur quidam Armeniacæ legionis dixiſſe, quorſum fruſtra ò Milites indecore ità gloriamur, quũ liceat re ipſa virtutem, de qua nulla controuerſia ſit, oſtendere: hoſtes enim non longe abſunt, & factis licet nobis ſtrenuis eſſe, & ità videri. hæc igitur verba, quũ Duces auribus percepiſſent, & alacritatem exercitus ad fortiter pugnandum cognouiſſent, animaduertentes item loci auxilium, quod è ſuperioribus partibus inuaſuri eſſent, hoſtes in concauo loco ſitos, in duas partes copias diuidunt, delectamq; ſexcentorum cum ipſis Ducibus: placuit in hoſtium exercitum inuadere. reliquam verò & gregariam, quæ potius multitudinis ſpeciem præberet, ità in celſioribus partibus collocarunt, vt dato ſigno, quum iſti aggrederentur hoſtes, illi quoque clamore maximo, & tubis vocem ederent, quæ hoſtes deterreret, ſimul etiam organis reſonantibus, atque ità occulte per noctem hoſtili exercitui appropinquant, datoq; tali ſigno nondum ſole iuga montium illuſtrante voce ſolida, quaſi pæana canentes, & crux vicit, ſimul vociferantes, hoſtes inuadunt; ſimul etiam reliquis à monte ſonitum & clamorem edentibus. ſtatim igitur Barbari nec opinata re perculſi, & præter ſpem, quum neque conſiſtere, neq; quanta impetum in ſe multitudo faceret, cernendi eis ſpatium daretur, neq; vllius ſalutaris conſilij capiendi ex tempore, ſe ſe in fugam conijciunt. perſequentibus igitur Romanis duceſq;, qui non aderant, exclaman-

tibus, & legiones, & ſcholarum præfectum quemadmodum ipſis imperatum fuerat, fugientibusq; in maiorem metum perturbationemque coniectis, vſque ad triginta milia paſſum, eatenus enim perſequuti ſunt, omne ſpatium interiectum infinitis cadaueribus ſtratum, & completum eſt; Tunc impudens Chryſochir, cum paucis quos circum ſe habebat fugiens, vbi ſe perſequi nouit, Romanum quemdam Puladem cognomento, quem olim ad Thephricem captiuum ceperat, quemq; propter vrbanitatem,& elegantiam,domeſticum & familiarem habuerat; ipſum conſpicatus, quum agnouiſſet, conuerſus, quidnam tibi,inquit,ò miſer Pulade mali attuli', quod me ita inſane perſequeris ſtudens interficere? ille autem breui reſpondens, Tuorum erga me meritorum ò Patrone Deo fretus ſpero me tibi hodie parem gratiam relaturum. ille igitur præibat,veluti fulmine afflatus,& mēte captus. Pulades autem viriliter ſequebatur,quumq; in altam foſſam Chryſochir incidiſſet,quam equum tranſilire non permiſit,à tergo in latere à Pulade haſta percutitur,ſtatimq; prę dolore circumuolutus ex equo decidit.& quidam ex ijs,qui cum ipſo erant,Diaconirzes cognomento, ex equo deſiliens,lapſum curare nitebatur, eius capite ſuis genibus impoſito,quod acciderat,admodum dolens: Interea ad Puladem alij quoque accedunt,qui ex equis deſilientes ipſius Chryſocheris iam fere expirantis caput amputant,ipſumq; Diaconirzem vinctum cum alijs captiuis connumerant. ſtatim igitur nuncij ad Imperatorem mittuntur, quibus etiam caput Chryſochiris allatum eſt. Itaque interfecto Chryſochire,ſimul extincta eſt omnis Thephrices efflorefcens fortium virorum copia,& quæ ad Thephricem ſpectant hunc habuere finem, vnaq; hora Manichæorum turba plurima gloria elata,veluti fumus euanuit; quum autem Ignatius Patriarcha è præſenti vita deceſſiſſet, ſtatim eccleſiam Photio reddidit Imperator. Eodem tempore Imperatori ab vno ex coniuratis renunciantur inſidiæ, quarum Curcuas, patricius Romanus auctor erat, quo luminibus orbato reliqui verberibus cæſi,detonſiq; in exilium pulſi ſunt. Idem Imperator Lulum quoque oppidum,quod Saraceni tenebant,recuperauit, ipſi quoque ſe Meluos dedidit, & Imperatorem ſuum Dominum declarauit. Manichæorum item Metropolim Camam per ſe expugnauit.Iamque appetente vere cum filio maiore natu Conſtatnino, cum exercitu in Syriam proficiſcitur, & occupata Cæſarea, ad Argæum prima Cappadocum vrbe, ibi commoratus aliam exercitus partem militaribus muneribus exercebat, aliam ab exercitu ſeparatam exploratam miſit, ipſe à tergo inſequebatur. qui igitur ante ſpeculatum miſſi præierant,cito excurſione facta in deſertis locis oppidum nomine pſilocaſtrum, & alterum phyrocaſtrum expugnarunt: eorumque incolas in ſeruitutem abduxerunt, quibus rebus deterriti ij,qui calui caſtrum,ita appellabatur oppidum illud,incolebant,voluntate ſe ad Romanos contulere: Ambronis vero filius Apabdela Ameras Anabarzes, quoad longe abfuit Imperator, Barbaricè ac iuueniliter audax erat, ſed vbi propè acceſſit cum Melitenorum acie congreſſus, fuga ſibi ſalutem quæſiuit, Imperator verò & Caſamum, expugnauit & Carabam,& Ardalam, & Eri-

moſiceam,

moſiceam, quando etiam Simas ille Taelis filius difficilia Tauri loca obtinens, & ſubinde Romanorum fines vexans, ad Imperatorem confugit. deinde quum Imperator ipſe fluuium Onopiptem nomine, & Sardum traieciſſet exercitum, ad Cucuſum peruenit. ibique cæſis atque expurgatis Syluis, ac peruia reddita, quæ inuia erat, via, locis, quæ ibi erant potitus eſt: & quum ad Callipolim, & Phadaſiam perueniſſet, offendiſſetq; acceſſu difficiles & præruptas vias, ſibi ſubiectos conſolatus, pedibus & lento gradu ipſe exercitui præibat, ſuperatiſq; Tauri anguſtijs Germaniceam inuadit; & quia hoſtes omnes ſe ſe intra mænia concluſerant, neque quiſquam in aciem prodire audebat, ſuburbanis locis vaſtatis, atque igne conſumptis, ad Adatam vrbem profectus eſt; cuius incolis item non audentibus in apertis locis prælio decertare, ſed intra mænia concluſis, agris circum vrbem direptis, atque incenſis, expugnatoq; etiam oppidulo, quod Geronta vocabant, militibuſq; ad diripiendum conceſſo, ad extremum ipſos muros aggreſſus omnis generis machinas admouit, & ſtrenue obſidioni incumbebat, haud mediocrem ſpem habens vrbem à ſe captum iri, fretus exercitus quem habebat, virtute. verùm quum oppidanos fortes ac ſtrenuos compeririſſet, quiq; ſine metu impetum ſuſtinerent: conceſſis indicijs bello, percontabatur ab oppidanis, qua re freti, quum iam ipſorum patrię periculum immineret expugnationis, tam parui, ſe ſe, vt videbantur, facerent, quidam è maioribus natu reſpondit: exploratum nobis eſt, non à te nunc vrbem expugnatum iri, ſed ita fato decretum eſſe, vt ab alio capiatur tibi genere coniuncto, cui nomen Conſtantinus, & idcirco minime tuo impetu deterremur. quùmq; ille filium oſtendiſſet, vocariq; Conſtantinum dixiſſet, non hunc ille reſpondit eſſe, qui ſuam vrbem eſſet euerſurus, ſed alium quemdam longo poſt tempore ex illius poſteris. quibus verbis iratus Imperator, quum vellet te mendacium arguere, illius eſſe prædicta, maiore conatu oppugnationem perſequi inſtituit. vbi verò omnibus defatigatis nihil ſe vidit proficere: iamq; intolerabile frigus ſuperuenerat, quod eos qui ſub dio maneret, vehementer angebat, obſidionem ſoluit. in reditu verò multis captiuis ob pondus exonerari iuſſis, iter ad regiam Vrbem ſuſcepit, iniecto magno Agarenis metu, quod exiſtimabatur ipſos inuaſurus. ad anguſtias verò in opportunis locis collocatis inſidijs, multos deliteſcentes viuos cepit. ad quem Abdellomer loci princeps, defatigatus, miſſa legatione, ſecuritatem petijt & pacem. cuius petitionem non aſpernatus Imperator, ſocium ipſum deinceps habuit contra ſuos contribules voluntarium: Inde præterito Argæo, quum ad Cæſaream perueniſſet, ex Colonæa, & Meſopotamia victoriæ nuncios accepit, allatis ſibi ſpolijs, captiuiſq; plurimis Curtorum & Saracenorum, quos omnes gladio iuſſit interfici. erat enim exercitus ſpoliorum, quæ antè acceperat à Syria, & Thephrice plenus, neque voluit hos ſecum duci comites inutiles. quum verò ad Midaeum perueniſſet, ibi præmijs ijs, qui ſe ſtrenue geſſiſſent, diſtributis, & militibus ad hyemandum dimiſſis, ipſe expeditus ad Regiam vrbem ſe recepit, & vt conſueuerat per Patriarcham, victoriæ çoronam accepit, & à populo carmina victoriam celebrantia:

brantia: Iamq; Thephrice conſumpta Tarſitorum potentia vigere, & augeſcere cœpit, à quibus rurſus grauiter extremi Romanorum fines vexabantur, contra quos Andreas ille Dux Scytha, ſæpe dimicans, ſtrenue ſe geſſit, & plures ex ijs, qui ad prædandum excurrerent, interficiebat, aut viuos capiebat; quem Imperator & Patriciatus honeſtauit dignitate, & ad ſcholarum imperium perduxit: tunc multo magis maiore poteſtate præditus, & pluribus copijs Andreas ipſe aperta pugna perſæpe contra eos, qui à Melitene erant, & Tarſo, dimicauit ac vicit. quumq; olim Tarſi dominus litteras Andreæ miſiſſet, ſuperbiæ & maledictorum plenas, & hęc indicantes, nunc videbo, an Mariæ filius, eiusq; parens tibi proderit, quum contra te cum meo exercitu progrediar; quas litteras conuitij plenas acceptas ipſe imagini Dei genitricis appendit, hæc locutus, vide ò Mater verbi, & Dei, tuq; ipſius filius, & Deus qualia exprobrauit, & ſuperbe dixit contra tuum ſuperſtitem Populum Barbarus iſte arrogans. quibus dictis, aſſumptis Romanis copijs contra Tarſum proficiſcebatur, & quum ad Podandum perueniſſet, ibi cum hoſtibus congreſſus, multa cæde fundit, & fugat Barbarorum multitudinem, quum prius ibi eorum Dominus occubuiſſet, pauci verò vix ſe ſe Tarſum incolumes recipiunt. ſepultis autem ſuis, & hoſtibus in vnum locum coactis, magnaq; erecta ad poſterorum memoriam columna, in patriam redijt cum ſpolijs: pluribusq; captiuis: atque Imperatori ſcripſit, eum de victoria certiorem faciens; verùm enim verò, qualia facere ſolet inuidia, improbi hominem ad Imperatorem accuſant, facile aſſerentes fuiſſe Tarſum occupare, ſed ipſum cunctatione, atque ſegnitia tempus omiſiſſe. quæ quum ſæpe dicerentur, tandem adductus Imperator, virum Magiſtratu abdicat, & pro illo ſubſtituit quemdam nomine Stipiotem, qui & Tarſum ſe capturum, & alia multa inſolenter gloriabatur: qui ſtatim acceptas ab Imperatore copias contra Tarſum adduxit, nihil, quod ad militandum pertineret, meditatus, neque quidquam boni conſilij capiens. & quum prope Tarſum acceſſiſſet, in quodam loco pernoctat, qui Chryſobullus dicebatur, neque idoneo vallo conſtructo, neque caſtris communitis; quem vbi ſenſere Tarſenſes negligenter ſe habere, noctu eum adoriuntur tali vſi ſtratagemate. quũ enim pauci ſupereſſent, ob cladẽ ab Andrea acceptam, neq; idonei, qui ſe hoſtibus in acie opponerent, coactis frequentibus equis, corijsq; aridis ex ipſorum caudis appẽſis, vno præcepto in multas exercitus Romani partes eos immittunt, ipſi poſt tubis, ac tympanis, edito ſono in medium vallum nudis gladijs inſiliere. Igitur quum in Romano exercitu coorta eſſet perturbatio, ac metus, ſimulq; deterriti eſſent homines & equi, atque alij in alios delati caderent, & Barbari ſuperiores fuere, multaq; Romanorum fit cædes, quippe quum plurimi miſerabiliter à ſuis conculcati ſuffocarentur, atq; ita præter opinionem, quum viciſſent Tarſenſes, Romanamq; vim profligaſſent, Barbaris clamoribus pæana concinebant; & rerum Orientis hic erat ſtatus. quæ verò ad Occidentem gererentur, inſequens declarabit oratio: his enim, quemadmodum etiam reliqua, neglectis, magis magisq;, dum Michael imperaret, & omni ferè Italia, quę ad

Imperium

Digitized by Google

Imperium Romanorum, pertinebat, plurimisq; Siciliæ locis à Carthaginenſium copijs debellata, factaq; Barbaris vectigali. quumq; præterea ij; qui in Pannonia, & Dalmatia, & vlterioribus locis ſiti ſunt, Scythæ, chorobatæ, inquam, & ſerui, & Zachlubi, Teruuniotæ, & Canalitæ, & Diocletiani, & Rentani Romanorum in longinquis partibus Imperium demoliti eſſent, ſeq; in libertatem, vt ſuis legibus vterentur, vindicaſſent, ſimul etiam Agareni è Carthagine, arrepta temporis occaſione nouas res aggreſſi ſunt, delictisq; præfectis Suldano, & Saba, & Calpho, qui belli peritia ſuis præſtare omnium teſtimonio probabantur, ſex, & triginta bellicoſarum nauium, claſſem in Dalmatiam miſere, à qua diuerſæ Dalmatarum vrbes captæ ſunt, verbi grãtia Butoma, Roſa & inferiora Decatara, quũq; res proſpere procederent Agarenis, ad Metropolim quoque totius gentis, quæ Rhauſiuum dicitur, acceſſere. ipſamq; diutius obſidebant, oppidanis ſtrenuè pro pugnantibus. verum vbi tempore defatigati Rhauſij ad extremam redacti ſunt inopiam: neceſſitate coacti legatos ad Imperatorem mittunt: petentes vt auxilium ſibi ferret, quibus periculum immineret, vt iam iam in poteſtatem eorum venirent, qui Chriſtum negarent, quumq; nondum legati perueniſſent, Michael Imperator moritur, & Baſilium ipſi legati offendunt, quibus ille diligenter, totusq; rei intentus inſtructa centum nauium claſſe, ipſiq; præfecto viro & peritia belli, & prudentia præſtanti, patricio Niceta, Drungario nauigiorum, cui cognomentum erat Oryphas, contra hoſtes eum mittit; Agareni verò, qui ad Rhauſij obſidionem permanebant, per quoſdam transfugas edocti de Rhauſiorum legatione ad Baſilium miſſa deſperataque breui vrbis expugnatione, ſimul quoque veriti ab Imperatore auxilium venturum, obſidionem ſoluũt, & quum in Italiam quæ nũc Longobardia appellata eſt, tranſmiſiſſent, caſtrum Barij expugnarunt, ibiq; poſitis tabernaculis, & in proxima loca cotidie inuadentes, ſemperq; aliquid capientes, omni Longobardia, vſque ad ipſam fere glorioſiſſimam Romam potiti ſunt; quod verò factum fuerat in Dalmatia ab Romanorum auxilio, etiam ſupra commemoratæ Scytharum nationes, chrobatæ, & ſerui, & reliqui ad Imperatorem legatos mittunt, pollicentes Romanæ ſe poteſtatis iugum ſubituros. quos tamquam honeſta petentes audiens Imperator, humanè ac benignè excepit, omnesq; ad Romanum Imperium ſe contulere. Quum verò Agareni illi qui Rhauſium obſederant, adhuc per Italiam excurrentes, ipſam crebro vexarent, ſuſcepta cogitatione Imperator, quemadmodum eos expelleret, quia nouerat non idoneam eſſe, cui præfectus erat Oryphas claſſem, ad Dolichum forte, Ludouicum Regem Franciæ & Papam Romæ, miſſis legatis petijt vt ſuis copijs ſuppetias ferrent; & vnà cum ipſis contra impios Dei hoſtes inſtruerentur, iuſſis paulò ante commemoratis Sclauinorum locis ſimul aggredi opus, & Rhauſij itidem incolis: quibus omnibus in vnum coactis, magnoq; contracto exercitu, quum etiam Romanorum claſſis præfectus militari peritia polleret, Barys capitur, & Rex Franciæ Soldano, & Agarenorum exercitu, cui præerat, captiuis acceptis, domum redijt: & prima Baſilij prouincia, quam ad Occidentem ſuſcepit, hunc

pit, hunc

pit, hunc habuit exitum. Suldanus verò à Rege Franciæ, vt dictum eſt captus, Capuamq; perductus, vbi per biennium integrum commoratus à nemine vnquam ridere viſus eſt: Rex autem ei, qui planum feciſſet eum riſiſſe, auri vim pollicitus eſt largiturum. renunciauit igitur tandem quidam Regi, conſpexiſſe ſe ridentem Suldanum, eiusq; rei teſtes adhibuit, quem ad ſe accercitum Rex interrogauit de riſus mutatione, qui vidiſſe ſe currum reſpondit, cuius rotas, quum conſyderaſſet, quomodo, quæ humilis eſt attollitur, quæ ſublimis & elata deprimitur, & ità hanc percipiens, inquit, ego ſimilitudinem eſſe inconſtantis atque inſtabilis humanæ fœlicitatis, riſi, ſimul cogitans, quomodo pro tam inſtabili re extollimur: ſimul item putans fieri poſſe, vt ego, qui è ſublimi ad humilem ſtatum ſum redactus, ita ex humili rurſus ad ſublimem extollar. quibus auditis Rex, & de rebus quoq; ſuis cogitans, prudentemq; illum hominem iudicans, & propter Imperium quod ante habuerat, & propter ſenectutem, tum quod & proſperam, & aduerſam fortunam expertus eſſet, libertatem ei conceſſit, ſecum aperte loquendi, ſuamque ei menſam communicauit: Ille verò quum doloſus eſſet, & verſutus contra Regem machinam conſuit, quæ Regem ipſum Capua expulit, & ipſi reditum in Patriam parauit. quum enim noſſet iſte duas has Italas vrbes, Capuam, & Beneuentum, quæ haud multo ante in ditionem Regis peruenerant, minimè ſtabilem erga ipſum fidem ſeruare, immo ſemper libertatem vel ſomniare, non ignorās item haud mediocri curæ Regi eſſe, vt ipſas ſtabiliter ac tuto obtineret, ad Regem ipſum accedens, ita loquitur.

Quum te ſemper ò Rex intuear ſollicitum, & cogitantem, qua ratione poſſis tuto italicas has vrbes poſſidere, uenio tibi conſilium allaturus. Scias igitur ò generoſiſſime, non aliter tibi harum poſſeſſionum ſtabilem ac firmam fore poſſeſſionem, niſi ipſarum primates in Francorum ſedes migrare iuſſeris. hoc enim natura comparatum eſt, vt qui inuiti ſeruiunt, ſtudeant libertatem recuperare, & arrepta occaſione, erumpit eorum ſtudium. quibus verbis Rex delinitus, ratusq; id ſibi vtile futurū, ità ſibi ſtatuit faciēdum. vincula igitur ex ære conflabantur, & compedes latenter, tamquam re aliqua vrgente. Sic Rege nullo negotio decepto Suldanus ad Principes ciuium, quibus iam familiaris erat, accedens, crebro cum ipſis colloquebatur, & tandem neſcio quid arcani velle ſe cum ipſis communicare ait; ſed vereor, inquit, ne ſi reſciſcatur, mihi perniciem, vobis ingens periculum conflet. at illis iurantibus ſe tacituros, neque vllo pacto ſibi commiſſum arcanum prolaturos, Regem dixit velle eos ferreis compedibus vinctos in ſuam regionem tranſmittere, cui perſuaſum ſit non alia ratione, inquit, poſſe ſe veſtris vrbibus potiri. illis autem ambigentibus, neq; fidem habendam ijs, quæ dicerentur, opinantibus, ac requirentibus, vt quæ ſibi indicata fuerant, eorū certius præberetur indicium, adducto ſecum vno ex ipſis principibus, ad fabros ferrarios ſe contulit, ibiq; perſcrutari iuſſit, quænam eſſent ea, quæ tanto ſtudio ex ære conflarentur. quumq; ille cognouiſſet catenas & compedes eſſe, reuerſus alios principes certiores fecit hominem fideliter & amice loqui, & uera eſſe, quęcumq; di-

ceret

Digitized by Google

ceret, ac ſuis urbibus ſalutem . ipſi igitur iam explorata re præfecti, quas diximus, vrbium, conſiderabant, quo pacto Regem expellerent . quumq; ille venatum ſe aliquando contuliſſet, ei portas claudunt, neque amplius ingredi permittunt . ille inopinata re perculſus, neſciens quid conſilij caperet, in ſuam regionem reuerſus eſt . adit igitur ad Principes Suldanus, & ab ipſis indicij præmium petijt, vt videlicet ſibi ſoluto, ac libero in ſuam Patriam liceret proficiſci. Itaq; ſolutus, vt is, qui benemeritus eſſet, Carthaginem profectus, & ſuo recuperato Imperio, aduerſus Capuam ducit exercitum, & Beneuentum, ibiq; vallo bene munito, ſtrenue vrbes oppugnabat. & oppreſſi ab obſidione ciues, nuncios ad Regem mittunt, peccati veniam petentes, & ſocietatem . verum non ſine ignominia dimiſſi ſunt à Rege, qui gaudere ſe inſuper dixit eorum pernicie . re igitur infecta reuerſis legatis, dubitantes, ac neſcientes quid agerent, grauiterq; oppreſſi obſidionis vi, nuncium ad Baſilium Romanorum Imperatorem mittunt, vt ſibi opem ferret, rogantes .

Hic autem accepta legatione cito legatum remittit, qui eos hortatus bono animo eſſe ſuo nomine ſponderet, paulò poſt ipſis venturum idoneum auxiliũ, quod eos à præſenti periculo liberaret; reuerſus igitur legatus ab hoſtibus capitur, cui ad ſe accerſito Suldanus quum duæ, inquit, propoſitæ tibi ſint viæ, licet vtiliorem eligas . nam ſi ſalutem vis, & dona, ac beneficia plurima conſequi, coram ijs, qui te miſere, ita loquere vt exaudiaris à Romanorum Imperatore negatam nobis eſſe ſocietatem, & ità ſeruaberis . quod ſi vera renunciaris, ſtatim morieris . quum verò nuncius ſe facturum, quod Ameras vellet promiſiſſet, vbi intra teli iactũ muris appropinquauit, Principes ciuitatis euocauit, quibus præſentibus, talem ad ipſos habuit orationem. Et ſi mihi perſpicua imminet mors ò Patres, iamq; enſis iugulo inheret, verumtamen, quod verùm eſt, non occultabo . peto autem vt gratiam mihi debitam, filijs, & vxori meæ referatis . ego enim ò domini mei, quamuis hoſtium manibus detinear, attamen legationis meæ munus ſedulo obiui, ac breui à Romanorum Imperatore vobis aderit auxilium: idcirco, forti animo ſuſtinete, veniet enim qui, vos certe, & ſi me non liberabit; hic igitur quum talia dixiſſet, ſtatim à Suldani miniſtris gladijs in paruas partes & fruſta conciſus eſt: Suldanus autem veritus Imperatoris auxilium venturum, ſoluta obſidione, domum reuerſus eſt: & ciuitates, quas diximus, in reliquum in amicitia, ac ſocietate Romanorum permáſere. eodem tempore Eſmá Tarſi Ameras ſuperiore victoria elatus triginta maximis nauibus inſtructis, quas comparia Saraceni vocant, vrbem Euripi aggreditur. quod quum præſenſiſſet Baſilius Gręciæ prætor, Aeneates hic erat, Imperatoris iuſſu idoneum exercitum ad vrbis cuſtodiam ex omni Græcia introduxit, idoneumq; muris defendendis apparatum adhibuit: machinas ad iacienda ſaxa, & arcus molitus, atq; vt vno verbo dicam, nulla re ex ijs, quæ ad propulſandum obſidionem pertinerent, omiſſa . vbi verò etiam Tarſenſium claſſis acceſſit; & muris appropinquás, crebro telorum iactu depellere eos contendebat, qui de muris propugnarent, iracundiæ, & alacritatis

Digitized by Google

pleni Euripi incolæ, machinis ſaxa iacientibus, & catapultarum telis, arcubusq;, & lapidibus manu iactis, ſtrenue de muris ſe ſe tuebantur, & cotidie plures Barbaros conficiebant: obſeruatoq; ſecundo vento ſuas triremes in hoſtium claſſem immiſere, pluresq; ipſorum naues artificioſo igne conſumpſere. contra quæ quum Barbarus nihil poſſet, optimeq; noſſet complures pecuniæ cupiditate adduci, vt mortem contemnant, magnum ſcutum ante vallum propoſitum, auri plenum, ſe præmium daturum pollicitus eſt cum virginibus captiuis centum ei, qui princeps murum conſcendiſſet; ſuisq; aditum aperuiſſet ad victoriam. quod oppidani conſpicati, ſtatimq; cognita cur ea fierent cauſa, ſe ſe mutuo cohortati, vt memores virtutis eſſent, vno ſigno dato, apertis vrbis portis, viriliter in hoſtes erupere, primoq; congreſſu Ameras letali accepta plaga occubuit; multisq; alijs cum ipſo interfectis, reliqui in fugam verſi ſunt. quumq; perſequentes eos hoſtes vrgerent, vſque ad reliquas naues cædebantur, multaq; facta eſt Barbarorum cædes, quiq; ſuperfuere, paucis completis nauibus, turpiſſimè in Patriam fugere. hunc habuit Tarſenſium claſſis exitum; alia rurſus à Creta claſſis coacta eſt. Nam imperante Cretæ Sorit, Apochaps filio, quidam vir, Photius nomine rei militaris peritus, & induſtrius homo miſſus eſt ab ipſo contra Romanos cum ſeptem & viginti Cumparijs, & myoparonum vi, atq; quinqueremium, quas galeas appellare conſueuerunt; qui à Creta profectus inſulas in mari Aegæo, locaq; maritima prædabatur, & vſq; ad Helleſpontipraconeſum omnia occupauit, viris in ſeruitutem redactis, & locis vexatis, cui cum Romana claſſe occurrentes patricius Nicetas naualium Drungarius Oryphas, qui ipſi Romanæ claſſi præfectus fuerat, ad oſtium Aegæi apud Cardiam congreſſus, grauiq; commiſſo prælio, ſtatim viginti cretenſia nauigia liquido igne combuſſit, Barbaris, qui in ipſis erant, gladio, igni, & aquæ diſtributis. qui verò ex nauali prælio ſuperſtites Maris effugere periculum, ij ſibi fuga ſalutem quæſiere. verùm enimuerò ità grauiter attriti Cretenſes, quieſcere noluerunt, ſed rurſus prouincia maritima ſuſcepta, prædatorijsq; nauibus inſtructis, Peloponneſum eiq; inferiores inſulas vexabant, eodem Photio, quem ſupra diximus nauarcho. contra quos idem Patricius Nicetas Oryphas profectus, ſecundoq; & proſpero vento vſus, diebus paucis Conſtantinopolim peruenit, & ad Cenchræum portum claſſem appulit, quumq; cognouiſſet hoſtium naues, eas Peloponneſi partes, quæ magis ad Oriétem vergunt, prædari, Methonem, & Pylum, ac Patras, locaq; Corintho propinqua, ſapiens capit prudenſq; conſilium, recuſans enim Peloponneſum circuire per Tęnarum & Maleum, ac mille millium paſſuum longitudinem incaſſum metiri, & interim opportunitate temporis priuari, nocte ſtatim, vt ſe ſe habebat per Iſthmum, Corinthi, vſus opera frequentis exercitus, per ſiccum ad illud mare traijcit naues, in quas impoſito exercitu, opus aggreditur. itaque hoſtes, qui nihil de ipſo audierant, repente adoritur, inſperatoq; metu confuſis ac perturbatis eorum conſilijs, ne conſiſtere quidem, aut virtutis meminiſſe eos permiſit, ſed ſtatim coegit de fuga cogitare, alijs igitur ex hoſtium

nauibus

Digitized by Google

nauibus incenſis, alijs depreſſis, Barbarisq; partim gladio cæſis,partim in profundum demerſis, ipſoq; præfecto nauium interfecto,reliquos per Inſulam diſſipari coegit:quos ipſe poſtea irretitos,viuosq; captos,diuerſis affecit ſupplicijs, alijs carnis cute detracta,& ijs præcipue, qui Chriſti baptiſmum negaſſent: hoc ab ipſis tantum auferri, ac nihil proprium aſſerens, alios loris cædens, à capitis vertice vſque ad talos non ſine haud mediocri cruciatu, alios funiculis appenſos, deinde in lebetes bullienti plenos pice demittens: alios alijs omnis generis tormentis excruciãs: quibus perfectis metum ipſis iniecit,ſegnioresq; reddidit, ne contra Romanum Imperium amplius exercitũ mitterẽt.alia item naualis vis ab Occidente,veluti quidam turbo, aut procella in Romaniam inuaſit. etenim Aphricæ Dux maximis nauibus, ſexaginta numero, inſtructis, contra Romanum Imperium profectus eſt. & interiecta loca prædatus multisq; viris captis vſque ad Cephaleniam,& Zacynthum inſulas peruenit.Statim igitur is,qui poſt Nicetam,naualibus cõpijs præfectus fuerat, Naſar hic erat, cum frequenti claſſe triremium,aliarumq; celerium nauium, contra ipſum mittitur.qui celeriter nauigans ſecundoq; vento vſus,breui tempore Methonem peruenit,ſed ſtatim inuadere tali de cauſa prohibitus eſt, ex delectis enim non pauci periculum metuentes paulatim occulte aufugerunt, quorum defectione opportuna celeritas duci ſublata fuit: non enim cenſuit temere hoſtes inuadendos, inermibus ac nudatis nauigijs, verùm quod acciderat, per celerem nuncium Imperatori ſignificat: qui dicto citius eos, qui defecerant,viuos cepit, pœnamq; vt eo exẽplo reliqui deterrerentur,infligit.iuſsit enim nocte triginta viros numero ab ijs Saracenis, qui in prætorio detinebantur, capi, eorumq; ora fuligine immutari, & ad Hippodromum adductos loris cædi, ignominiaq; notatos, in Poloponneſum mitti, vt pote, qui fugæ auctores fuiſſent, ibiq;, vnde fugerant, interfici; quod factum eſt, trigintaq; in crucem acti ſunt Saraceni, vt deſertores videlicet loci, magnusq; in omnem Romanam claſſem metus peruaſit, omniq; abiecta mollitie, & deliciarum cupiditate ducem ipſum, vt ſe in hoſtes adduceret, hortabantur. Interea ipſe reliquo ex ijs militibus qui in Peloponneſo erant,ſuppleto exercitu, & adiutore, ac ſocio aſſumpto loci prætore, ad inuadendos hoſtes ſe ſe comparat. Quum vero Saraceni iam arroganter fremerent, multæq; timiditatis Romanum exercitum ad priſtinam ſegnitiem condemnarent, multaq; licentia è ſuis nauibus ad prædandum, in quæ incidiſſent loca, exirent, de repente prope ipſos apparuit Romanorum Nauarchus, datoq; ſigno, nocte de improuiſo hoſtes aggreditur, qui neque conſiſtendi,neque fortiter propugnãdi,ſpatium vllum habentes, ignobiles & inglorij, interfecti ſunt. nauesq; cum nautis igne conſumptæ, reliquas illæſas tamquam munus aliquod Dux Naſar Deo dicauit,templo, quod eſt in Methone eas elargitus, quem ob res geſtas collaudatum, Imperator iuſſit vlterius procedere. Igitur quum propter ſuperiores proſperos ſucceſſus promptus eſſet,exercitus in Siciliam tranſmittit, ibiq; vrbes omnes Carthaginenſibus ſtipendiarias factas inuadens, atque diripiens in ſuam

poteſtatem redegit, atque compluribus onerarijs potitus eſt nauibus. quarum merces cum alia multa precioſa, tum verò olei copioſa vis, quod eò vilis prætij redactum aſſerunt, vt in ſingulas libras obolo venderetur, eademq; claſſis quum ad Italiæ partes traieciſſet, cum Romanis, quæ illic erant copijs, quarumq; Procopius Imperatoris protoueſtiarius, & Leo Patricius, Thracum Macedonumq; Prçfectus, quem Apoſtypem vocabant, duces erant, coniuncta memoratu, ac laude digna geſſit facinora. nam & claſſem, quæ ex Africa rurſus tranſmiſerat in inſula Stelis, ei occurrens, debellauit, atq; oppida, quæ ab Agarenis detinebantur, in Calabria, & Longobardia, exceptis paucis, è barbaris manibus liberauit, Romanoq; Imperio ſalua reſtituit: & Naſar, claſſisq; Romana, cui ipſe præerat, talia trophea diuina opeeſt conſecutus, multisq; cum ſpolijs, & victoriæ coronis ad Imperatorem redijt. pedeſtres verò copiæ in Longobardiam non omnino inuidam Nemeſim effugere, verùm ſtrenua quidem & ſplendida fecere facinora, ſed ob diſcordiam & contentionem, quæ in ipſa pugna incidit, maior Dux exercitus perijt. quum enim Leo diſſentire cœpiſſet à Procopio, neſcio qua de cauſa, & antequam reconciliaretur, commiſſa cum hoſtibus pugna, Apoſtipes cum Thracibus ac Macedonibus in dextro cornu pugnans, & hoſtium victor, multam Saracenorum fecit cædem. in altero verò Procopius cum Sclauonis, & Occidentis militibus oppoſitus, ab aduerſarijs opprimebatur; quumq; ei laboranti propter ſuperius dictam diſcordiam, nullum miſiſſet auxilium collega, inclinata eſt pars illa, quæ cum Procopio erat, & fuſa, fugataq;, & ipſe ſtrenuè ac viriliter præliatus in ipſa pugna glorioſe occubuit. Leo verò, quum vellet aliud præclarum facinus edere, calamitatemq; tegere, quæ ob ipſius diſcordiam accepta fuerat, cum ſuis militibus, & ijs, qui ex clade ſuperfuerant Procopij, Tarenti caſtrum, quod ab Agarenis tenebatur, expugnauit, omnemq; populum; qui in ipſo erat, captiuum abduxit, ex quibus quidem rebus & militibus abunde profuit: & Imperatori ſpolia adduxit: non tamen hac re placauit Imperatorem, qui cognita cædis Procopij cauſa, & magiſtratu ipſum abdicauit, & extorrem ad Cotiæum, vbi domum habebat, relegauit. Et quum Baianus Princeps equiſonum ipſius; & quidam alij ex eius miniſtris, eum accuſantes, vt condemnaretur, auctores fuiſſent, hoc cognito Bardas, & Daid illius filij, Baianum interimunt, veritiq; ob tale facinus Regis iram, aſſumpto ſecum Patre, in Syriam fugere contendebant. quo audito Imperator, ſodalitatis Præfectum cum quibuſdam militibus miſſum feſtinare iuſſit, eosq; ex itinere retrahere, qui adhibita celeritate eos in Cappadocia conſequuntur, recta in Syriam curſum contendentes. quumq; eos vlterius progredi prohibere vellent, reſiſtentes inuenere; commiſſaq; pugna duo quidem filij dimicantes cadunt, ipſe viuus captus ad Imperatorem perducitur, ac ſecundum leges iudicibus traditus condemnatus eſt, alteroq; oculo, & altera manu priuatus, & in reliquum in exilium miſſus, in Meſembria conſenuit. Interea verò dum hæc ad Occidentem per Imperatoris duces gerebantur, Arabes à Meridie Imperatorem otioſum rati, & idcirco audaciores effecti, rurſus mariti-

mam

Digitized by Google

mam prouinciam ſuſcipiendam decreuere. Igitur ædificatis nauibus in Ægypto, & in maritimis Phœniciæ, ac Syriæ vrbibus, contra Romanos exercitum adducere cogitabant, miſſis prius exploratoribus, vt intelligerent, quo in ſtatu Imperatoris res eſſent, neq; tamen Imperator cæcam, vt Homerus ait, habuit ſpeculationem, verùm cognitis omnibus quæ in Syria fiebant; ipſe quoque ædificatam idoneam claſſem in regia vrbe detinebat; quidnam futurum eſſet expectans; & ne otioſa claſſis ipſa, inutilis ad reſiſtendum fieret; parit enim, ſecundum Poetam, nihil boni otium temerarium, in ædificio Templi, quod ad aulam Regiam, tunc extruebatur, in nomen ſaluatoris Noſtri Ieſu Chriſti, & militiæ principum, atq; Eliæ Theſbitæ, iuſſit eos inſeruire, paratos, vt quum Syriæ fines egrederetur claſſis, ipſi inſtructi mitti poſſent, qui illis reſiſterent; & Imperator ita res procurauit. Saracenorum autem explorator, quum Conſtantinopolim perueniſſet, parataq; offendiſſet omnia, ad eos, qui miſerant reuerſus, quæcumq; viderat, renunciauit, qui deterriti, ab incepto deſtitere. Carthaginenſes autem rurſus propter ſuperiores clades veriti, ne in ſuam regionem Romana claſſis mitteretur, naues idoneas ædificarunt. ſed quum iam ver appetiſſet, & nullum miſſum ab Imperatore cognouiſſent exercitum, ſuſpicantes alijs in rebus Imperatorem ipſum occupatum Siciliam claſſem appellunt; & Siracuſas vrbem inuadentes obſidere, agroſq; regionis incendere, ac prædari; de quibus omnibus quum à Siciliæ prætore certior factus eſſet Imperator, ſtatim naualis ille exercitus ante paratus, atq; in templo condendo occupatus, in Siciliam mittitur, Andriano Patricio Nauarcho, qui quum ſoluiſſet à Conſtantinopoli, haud proſpera nauigatione vſus, vix ad Peleponneſſum peruenit, claſſemq; ad Monembaſiam appulſa, in portu, qui accipitris vocatur, ſecundum ventum expectabat. ibique diutius commoratus, quum nollet per tranquillitatem remis vti, neque cum aduerſis fluctibus contendere, Agarenis ad oppugnationem vehementius incumbentibus, vrbs capta eſt, multaq; in ipſa facta cædes reliquiſq; captis ipſa vrbs ſolo eſt æquata, incenſis ſacris in ipſa templis, quæ ad hanc vſq; diem adeo celebris & glorioſa fuerat, quæq; multa barbarorum bella propulſauerat, temporis momento gloriam omnem amiſit. quod acciderat Adrianus ad hunc modum percepit: Locus eſt in Peloponneſo, qui vocatur Palus, propter ſiluæ, quæ ibi eſt, denſitatem, hoc ſortitus cognomentum. hic Romanorum claſſis in ſtatione erat. quadam igitur nocte, quum dæmones illic habitantes inter ſe colloquerentur, audierunt Paſtores heri captas & ſolo æquatas Syracuſas, diuulgataq; ab alio in alium fama, ad Adrianum quoque peruenit, qui accerſitis paſtoribus diligenterq; interrogatis, comperit quæ audierat illorum verbis confirmata. quumq; vellet ſuis auribus ipſe ea percipere, per ipſos dæmones percontatus, audiuit iam captas fuiſſe Syracuſas, animi autem moleſtia, ac mœrore affectus, rurſus quaſi reſipiſcens, ſemetipſum conſolabatur, non credi oportere iudicans doloſis dæmoniorum verbis, notauitq; interim diem, ac decima die poſt, nuncij venere ipſi, qui effugerant, infortunium narrantes. A quibus certior factus Adrianus ſtatim diſceſſit, & ad

Conſtan-

Conſtantinopolim cum claſſe peruenit, & ad magnum templum ſupplex confu git. verùm hoc perfugium nihil ipſi profuit, vt omnem prorſus pœnam effugeret, inde enim abſtractus in exilium pulſus eſt; Mittitur autem Stephanus, cognomento Maxentius, Cappadox, cum Thracibus & Macedonibus, Cappadocibusq; delectis, Longobardiæ Dux. ad quam quum perueniſſet, & propter imbecillitatem, ac mollitiem, nulla re geſta memoratu digna, magiſtratu abdicatur, in cuius locum mittitur Nicephorus ille, ſecundum Phocam, nominatus, vir induſtrius, qui ſecum duxit idoneum exercitum, & Manichæorum legionem, cui præerat Diaconitzes ille Chryſocheris: igitur quum ad locum perueniſſet, cum Stephani copijs coniunctus, multa ac memoratu digna contra Saracenos trophæa erexit. primum enim oppoſitos ſibi in acie hoſtes in fugam vertit, deinde ſubegit vrbem Amantiam, & Tropas, Sanctamq; Seuerinam, alijsq; pluribus prælijs, & congreſſibus hoſtes debellauit, & militares geſtæ res Baſilij tempeſtate tales ac tantæ fuere. ipſe verò maximum Martyrem Diomedem pretioſiſſimis theſauris, ſplendidisq; muneribus ornauit. & poſſeſſionum largitione, annuisq; redditibus, auxit Rempub. omnibusq; modis extulit, ac locupletauit: & Danelidis filium, quem fraternitatis ſpiritalis vinculo ſibi conciliarat, prothoſpatariorum dignitate honeſtandum curauit, eiq; maximam libertatem conceſſit. Danelidem verò anum, ad ſe acceſſiuit, quæ quia non poterat equo vehi, in lectica collocata, & à delectis trecentis famulis iuuenibus, ac fortibus, qui viciſſim lecticæ onus excipiebãt, iter ſuſcepit. Hæc ingreſſa vrbium Reginam, facto, vt mos erat, in Magnaura conuiuio, ad Imperatorem honorificè introducta eſt, cui ſumptuoſa dona adduxit, quæ ſingula commemorare ſi quis velit, ſcripturæ oſtendat imperitiam. quum autem viciſſim illa liberaliter ac pro dignitate tractata eſſet, in Conſtantinopoli, quamdiu ei libuit, commorata, in ſuam redijt Patriam: quæ in ſequenti tempore iterum ad Regiam vrbem ſe contulit; mortuo enim Imperatore Baſilio, quum Leo illius filius excepiſſet Imperium, rurſus cum ſimilibus donis ad eum anus acceſſit, quo ſalutato, ſuarumq; facultatum ſcripto herede, domum reuerſa paulò poſt naturæ conceſſit: verùm hæc poſtea accidere. Baſilius autem Imperator ſacrorum templorum, quæ ſuperioribus terræ motibus conuulſa, & conquaſſata fuerant, quædam etiam funditus deiecta, curam dignam ſuſcepit, alijs recèns conditis, alijs collabentibus refectis, alijs item ornamentum, ac decorem adiunxit: Primum enim Dei magnæ Sophiæ templi Apſidem, magnam ſublimemq;, in multas partes diſciſſam, ruinamq; minantem, artificum peritia compaginatam, tutam, ſtabilemq; effecit; in qua Dei genitricis imaginem, vlnis infantem ſuſtinentem, depinxit, ac Petrum, & Paulum Apoſtolorum Principes, ad vtramq; partem collocauit: reliquasq; ruinas, & detritas partes murorum inſtaurauit, annuos item redditus imminutos auxit; quum ob Olei penuriam parum abeſſet, quin ſacræ lucernæ extinguerentur, maximè poſſeſſionis dono, quod Mantæa appellatur, lumen perpetuum lucernis, quod numquam extingueretur, ſubminiſtrauit: & Hymnopolis

Digitized by Google

nopolis ſacri templi, id eſt diuinas laudes celebrantibus, obſonia copioſius tribui curauit ex annuo poſſeſsionis redditu; ſacrumq; Apoſtolorum templum, quod priſtinum decorem amiſerat, fulcris, & earum partium, quæ conſumptæ erant, inſtauratione vnitum ita refecit, vt recenter conditum videretur, & Dei genitricis templum in fonte, quod priſcam pulchritudinem amiſerat, renouauit;alterum itē Dei genitricis templum,quod Sigma vocatur, quodq; motu terræ pænitus exciderat, à fundamentis inſtaurauit, & ſtabile, ac pulchrius, quàm prius fuerat effecit. Templum quoque in Aurelianis Stephani Prothomartyris, quod vſque ad pauimentum corruerat, à fundamentis iterum conſtruxit; duo item Templa Ioannis Baptiſtæ, in Strobilæa, & Macedonianis, alterum à fundamentis, alterum ex maxima parte reficiendum curauit: Templum quoq; Apoſtoli Philippi,& euangeliſtæ Lucæ ad Occidentem ſitum,quæ graui ruina exciderant,à fundamentis iterum condidit,magnum etiam delubrum fecit Mocij Martyris, cuius aditum ad terrā deiectum,ità vt ſacra menſa frangeretur,adhibita diligentia reſtituit, ipſiq; vicinum Andreæ primouocati Templum collapſum, in priſtinam formam redegit,& Sancti Romani,& Sanctæ Annæ in ſecundo, & magni Martyris Demetrij,& Martyris Æmiliani in Rabdo,& ex veteribus noua fecit. Ad hæc Sancti Nazarij collapſum erexit, & in roſtris Domini templum Chriſti reſurrectionis, & Anaſtaſiæ Martyris elegantiſſimum adornauit, lapideum pro ligneo tectum fabricatus; & illud Platonis maximi Martyris collapſum reſtituit, & ipſi propinquum glorioſorum Martyrum Heſperi, & Zoes condidit, & Martyris Acacij in Heptacalo ruinam minans,ne corrueret,inſtaurauit, & ſimiliter Prophetæ Heliæ, ad Petrium,ſplendide renouauit, nouumq; conſtruxit in aula regia in nomen Domini Chriſti, & Principis Angelorum Michaelis, & Heliæ Prophetæ,itemq; Dei genitricis,& Nicolai celeberrimi Epiſcopi pulcherrimum Templum hoc,quod nouam eccleſiam appellant, formoſitate, pulchritudine, & decentia nulli alij,cedens, aut exuperandi, vel adæquandi ſibi locum relinquens: annuos item redditus idoneos conſtituit ad vſum luminum, & Sacerdotum hymnos celebrantium; & quid longioribus opus eſt verbis? ipſum opus ſpectatoribus propriam pulchritudinem,& ſumptuoſam magnificentiam repræſentat: alia multa ſacra templa in Palatio ædificanda curauit,in nomen Heliæ Prophetæ, & Martyris Clementis,& Saluatoris Chriſti, & Apoſtoli Petri, & principis militiæ,quorum pulchritudinem exprimere ne poetica quidem poſſet magniloquentia; multa quoque erexit in regia, quæ vocari poſſent regia regiorum, quæ connumerare neceſſe non eſt; opus item huius Imperatoris eſt, domus, quæ mongana dicitur, & altera, quæ noua appellatur, quas tali conſilio conſtruxit,quum enim publicas res nollet in vſibus proprijs conſumere, iſtiuſmodi domos ædificauit, & annuos redditus ipſis ex agricultura idoneos conſtituit,à quibus regium conuiuium ipſius & eorum, qui ab ipſo vocati eſſent, per totum annum copioſum, & iuſtum ſumptum habiturum eſſet, fabricatus eſt item palatia in fontibus; & ea, quæ in hieræis erant,adornauit,expurgata ciſterna,quæ

na, quæ terra oppleta fuerat, quod eam Heraclius Imperator exaggeratam effe-
cerat, arborum, holerumq; hortum. quod item in ſuſis fecit, intra palatium, & il-
lius, quæ erat ad Magnauram, & quæ inter Iuſtiniani triclinium & lauſiacum.
nam Heraclius, quem modò diximus, Imperator, quum à Stephano philoſopho;
qui eius ortum fuerat curioſe perſcrutatus: didiciſſet fore, vt aqua vitam finiret,
ciſternas exaggerari curauerat. expurgatam igitur regiam in hieræis in priſtinam
formam reſtituit, & pro horto, aquarum abundè & lympidè fluentium effecit
receptaculum. in foro quoq; elegantiſſimum templum condidit, in honorem
Dei genitricis, vt negotiantes haberent orationis domum, ſi quando negotia
eos diutius retardarent; & ſancti Phocæ templum in ſteno conſtructum: ador-
natumq;, monachorum domum effecit, annuis redditibus idoneis conſtitu-
tis, quæ neceſſaria ibi ſe exercentibus ſufficerent. renouauit etiam magnum
Templum principis militiæ in Soſthenio iam collapſum, & ad eam, quæ nunc
apparet, pulchritudinem redegit. plures item iudæos munerum pollicitationi-
bus, & largitione, & pretioſis donis allectos, ad ſacrum baptiſmum ſuſcipiendū
attraxit, & Bulgarorum genus, quod nuper diuino ſe cultui addixerat, miſſis eo
religioſis Monachis, & virtute præditis ſacerdotibus, in fide confirmauit: &
Rhos, percuſſo cum illis fœdere, vt ſalutaris baptiſmi participes eſſent, auctor
fuit, miſſo ad eos Archiepiſcopo. verùm miraculum illud, quod accidit operæ
præcium eſt enarrare. nam quum adhuc ſuperſtitione detineretur & ipſe Prin-
ceps, & proceres illius, atq; adeo omnis natio, ſuumq; priſtinum cultum exami-
narent, & Chriſtianorum fidem Archiepiſcopum illum, qui ad eos nuper vene-
rat, accerſitum Princeps interrogauit, quænam eſſent ea, quæ ille annunciaret,
quæq; ipſum docere poſſent. qui quum ſacrum diuini euangelij librum protu-
liſſet, & quædam miracula recenſeret à Deo, quando humana forma aſſumpta,
apud homines erat, facta; niſi aliquod Rhos multitudo reſpondit, ſimile nos
conſpiciamus: & maxime quale aſſeris trium puerorum in fornace, nequaquā
tibi credituri ſumus: ille verò numquam mentienti fide habita verbo illius, qui
dixit, quodcumq; petieritis in nomine meo accipietis, & qui credit in me, opera,
quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora his faciet: & ſi inquit, haud licet tentare
Dominū Deum, attamen ſi ex animo decreuiſtis ad eum accedere, petite quod-
cumq; vultis. & hoc faciet omnino, propter fidem veſtram Deus, quamuis nos
minimi ſimus, & indigni, ipſi autem ſtatim petierunt, diuini euangelij volumen
in ignem à ſe incenſum proijci, quod ſi illæſum ſeruaretur, ad eum ſe acceſſuros
Deum, qui ab ipſo prædicaretur, viſum eſt id faciendum, & quum Sacerdos, ſu-
blatis ad Deum oculis, ac manibus dixiſſet, oſtende glorioſum ſanctum nomen
tuum Ieſu Chriſte Deus noſter, in oculis nationis huius, in fornacem proiectus
eſt euangelij liber, incenſaq; fornace ad horas aliquot, ac deinde pænitus extin-
cto & conſumpto igne, ſacrum illud volumen inuentum eſt permanſiſſe inuio-
latum, atq; illæſum, nullo ab igne accepto detrimento; quod conſpicati Barbari,
& miraculi magnitudine perculſi, ſine vlla controuerſia, ad baptiſmum confu-
gere. Hoc

Digitized by Google

gere. Hoc tempore Conſtantinus filiorum Imperatoris natu maximus: febri correptus deceſſit è vita, luctu, qui exprimi verbis nequit, parenti relicto; verùm hoc Imperator æquiore animo ferens conſortem conſolatus eſt ac liberos: quum Præfecti publicis vectigalibus Imperatori perſuaderet, vt in regiones mitteret cenſores: quod ex hac re publica vectigalia, augenda forent, ſimulans ipſe eorum ſe monita approbare imperauit, vt delectos, paratosq; ſibi adducerent, qui id munus recte obituri eſſent: quum autem Genicus delegiſſet, quos ad tale opus recte adminiſtrandum exiſtimauit idoneos, delectorumq; nomina protuliſſet, reprehenſione dignus iudicatus eſt, quod tales cenſeret ad eam rem miniſtros idoneos, quumq; ille reſpondiſſet non habere ſe in tota Repub. preſtantiores, excipiẽs. Imperator propoſiti muneris, inquit, opus tale à me iudicatur, vt ſi fieri poſſet, ipſe ego ad hæc procuranda exirem. ſed quando hoc minime decet, ac fieri nequit, neceſſario in duobus Reipub. magiſtris, qui & tempore, & rerum peritia, & multis in lõga vita ciuilium magiſtratuum adminiſtrationibus, in quibus verſati ſunt, incorruptum ac purum virtutis ſpecimen dedere, ſpem collocans, munus hoc ab ipſis decenter perfectum iri confido. tu igitur abiens ipſis renunciato, munus, quod ipſi obituri ſint, meamq; voluntatem, & ſi proficiſci voluerint, ipſe quoq; fateor mihi gratum fore. vt verò viri illi re audita obſtupuerunt, & ſenectutem ſupplices excuſarunt, & à ſe hoc munus precibus ad alios deferri contenderunt, qui miſſus fuerat, infecta re redijt, & Imperatori eorum verba renunciauit. quibus auditis, ſi fieri, inquit, non poteſt, vt ego proficiſcar, & tale munus detrectant clariſſimi Magiſtri, quum nemo mihi ſit huiuſce negotij procurator idoneus, inexploratum hoc relinqui volo. præſtat enim inquit, lucrari aliquos à publicis vectigalibus non recte, quam male ſuſpicari aliquem damnum ſe ſubire, quod ipſum conterat, & ſuffocet; & idcirco in omne ipſius Imperij tempus manſit non examinatus, vel quod magis videri poſſit, liber, & à tributis ſoluendis immunis, omnis omnium regionum Romanæ poteſtati ſubiectus Populus: quum autem maximus natu filiorum Conſtantini, vt diximus, vitam cum morte commutaſſet, amorq; & ſpes ad ſecundum filium Leonem tranſiſſet, grauis contra ipſum armatur inuidia, & qualis, ea quæ ſequũtur apertius declarabunt. Monachus erat quidam eorum quos Baſilius Imperator diligebat, quibusq; fidem habebat. erat item ſacerdos, quem Sandabarenum appellabant, qui tametſi Imperatori charus erat, apud alios tamen opinio nulla bona de ipſo erat, & idcirco ſæpe à Leone Imperatoris filio, male audiebat: vt deceptor & præſtigiator, quique à rectis conſilijs Imperatorem, ad ea, quæ haud facto opus eſſent, abduceret. quibus rebus ille animo ſauciatus, eamq;, qui ſe offenderat, vlſciſci ſtudens, ſimulata cum Leone amicitia; ità ipſum alloquitur. Quare ò Imperator, quum iam ad adoleſcentiam perueneris, & a parente tuo ameris, non affers tecum rhomphæam vel gladium, quando per agros equitas cum parente, vt contra feram, ſi opus ei ſit opituleris; ſimul ſi quæ occulte contra ipſum ſtruuntur inſidiæ, ne inueniaris inermis, ſed arma

M habeas,

Digitized by Google

habeas,quibus parentis inimicos vlciſcaris, Leo dolum minime ſuſpicatus, neque cognita fraude conſilium accipit, & gladium intra calciamentum illius fert perſuaſu. Sandabarenus, quum vidiſſet ſibi ſucceſſiſſe commentum, ad Imperatorem accedens ait. Scias ò Imperator, tuum filium tuæ vitæ inſidias moliri, quod,ſi non credis, quando venatum te conferes: iubeto è pedibus ipſis calciamenta detrahi,& ſi inuentus fuerit gladium deferens, meum tibi conſilium omnino vtile erit.his dictis,indicta fuit regia venatio, omnes qui cõſueuerant,cum Imperatore egreſſi ſunt, & vna Leo Imperator Imperatoris filius, quumq; ad quemdam locum Imperator perueniſſet, ſimulat ſibi gladio opus eſſe, ipſumq; ſtudioſe admodum requirebat: filius igitur,qui nihil prænouerat eorum, quæ doloſè parenti perſuaſa fuerant, ſine dolo,ac ſuſpicione aliqua extractum,quem afferebat gladium,patri tradit, quod factum Sandabareni monita ita confirmauit, vt omnis Leonis excuſatio vana eſſet,nihilq; proficeret. reuerſus igitur in regiam Imperator, iracundia contra filium concitatur, & in quadam regia domo in cuſtodia eum detineri iuſſit,ademptis illi Imperij inſignibus. Inſtigabatur inſuper à Sandabareno,vt oculorum ipſius lumina extingueret,verum patriarcha, conſiliumq; ſenatus id fieri prohibuit: verumtamen in carcere detinebatur,multoq; interiecto tempore, quum ſæpe ſenatus voluiſſet pro ea deprecari, & varijs de cauſis prohibitus eſſet, tandem opportuna ei data eſt occaſio, qua poſſent, quod in animo habebant, & ſtudioſe curabant, perficere; erat quædam ales in regia incluſa in cauea ad ſpectaculum, & oblectationem audientium, & videntium,Pſitacus aui eſt nomen, quæ humanam vocem imitans multum loquitur. quę quidem ſiue ab aliquo edocta,ſiue alioquin caſu ſępe,heu heu Domine Leo pronunciabat.quumq; aliquando lautum feciſſet Imperator conuiuium, & accerſiti Principes ſenatus cum eo ſimul eſſent,auisq; ſępe id quod modo diximus loqueretur,mæſti conuiuæ à cibis abſtinentes cogitabundi ſedebant; quod animaduertens Imperator, cauſam ab ipſis cur non comederent percontabatur. at illi perfuſi lacrymis, quemnam cibum, inquiunt ò Domine comedemus, quibus ab iſtius rationis expertis voce tale dicitur conuitium, quum tamen ratione præditi, & domini noſtri ſtudioſi habeamur? nam hoc animal ratione carens, ſuum dominum requirit:nos autem genio indulgentes dominum,qui nihil peccauit,obliti ſumus.qui ſi peccaſſe conuincitur,& in parentem dextram armaſſe, omnes nos manu noſtra eum interficiemus,neque eius vmquã explebimur ſanguine.ſi verò de quibus accuſatus eſt,calumniam coarguit,quoad lingua calumnians tantum in ipſum poterit?mollitus igitur talibus verbis Imperator,tunc ipſos ſedere iuſſit,ſeq; rem diligentius ſpopondit exploraturum,neque ſanè multo poſt ad ſuum ingenium rediens,è cuſtodia eductum ſibi pręſto eſſe iubet filium, ademptaq; ei lugubri veſte,& ſuperuacua, quæ in luctu excreuerat coma, priſtinum ei Imperij honorẽ reſtituit,neq; ſane multo poſt diarheę morbo correptus, paulatim tali tabe cõſumebať.ordinatisq;,vt ſibi videbať,imperij rebus,& inſtituto hærede, ac ſucceſſore filio,deceſſit è vita,quũ regnaſſet cũ Michaele ſuperiore

annum

Digitized by Google

annum vnum, deinde ſolus vndeuiginti adminiſtraſſet Imperium. excipit igitur Imperij ſummam Leo, natu maximus eorum, qui ſupererant, filiorum. Leo autē rerum potitus aliorum, quæ ad Rempub. conferrent, pauca, vel nihil omnino curans, iracundiaq; percitus, & Sandabareni commentum adhuc recens in animo ſeruans, ſtatim ei pœnas intentare decreuit iudicio probabilibus præparatis cauſis, quo videretur, non temere incæpta perſequi; ſublatisq; impedimentis è medio, quum enim nouiſſet non poſſe ſe aliquid mali contra Sandabarenum moliri, Photio Patriarchalem ſedem gubernante, de quo opinabatur, fore vt ſibi fortiter opponeretur, acriusq; reſiſteret, neque permitteret illum vim aliquam Tyranni experiri: etenim fama erat, ipſum Photium ſuo cognato Imperium ſpopondiſſe, re cum Sandabareno communicata, idq; vtrique viſum fuiſſe non poſſe aliter ſe optata conſequi, niſi Leo è medio tolleretur, proptereaq; calumniam, quam diximus in ipſum confinxiſſe. iſtum igitur prius de magiſtratu deijcere decreuit, & cōfeſtim miſſos Magiſtrum Andream exercitus ductorem, & Magiſtrū Ioannem, qui Dromi Logotheta fuerat, hagiopolitem ad magnum Templum aſcendere in Ambone iuſſit, & Patriarchę Photij criminibus clara voce, vt ab omnibus exaudiri poſſent, lectis, de throno eum detrudere, & in Harmenianorum monaſterium relegare, è veſtigioq; Stephanum Syncellum fratrem ſuum, Imperator deligit patriarcham, quod non viueret Heraclæas à Theophane primæ ſedis delectum. miſſum autem in Euchaita Theodorum, qui modò dictæ Eccleſiæ clauum gubernabat, Sandabarenum ad ſe iuſſit adducere. interim dum hæc gerebantur, Andream exercitus ductorem, & alios plures accerſitos Senatores ad Monaſterium, quod eſt in chryſopoli philippici, miſſos cum clero & facibus, & lampadibus, & aromatis è ſepulcro eductum Imperatorem Michaelem in arcam cipariſſinam imponere, & in vrbem honorificè, & pro Imperatoris dignitate introducere, atque inde cum carminibus, & hymnjs ad Sanctorum Apoſtolorum templum deducere imperauit, comitantibus item Imperatoris fratribus Alexandro, & Stephano Patriarcha, ac demū in arca marmorea condere, quod factū eſt. Creauit item Tullianum zanzzam, magiſtrum & Logothetam dromi, qui iā cœperat cum eius filia conſuetudinē habere, adhuc viuente ſua legitima vxore Auguſta Theophane, quæ fierent audiente, ac vidente, neque tamen vmquam perturbatione zelotypiæ ſuccēſa; è veſtigio aūt capta fuit ab Agarenis vrbs ad Charſianum in edito loca ſita, cuius omnis Populus in ſeruitutem captiuus abductus eſt. Incenſa eſt etiam pars vrbis, ad meridiem vergens, in ea, quæ dicitur ferrea: Huius item opus fuit Sancti Apoſtoli Thomæ templum, quod combuſtum, & in cineres redactum, rurſus ſumptuoſe inſtaurauit, introductusq; eſt in vrbē Sandabarenus, delectiq; ab Imperatore fuere Andreas dux exercitus, & Stephanus Magiſter, à Sandabareno apud Baſilium multorum criminum poſtulati, qui examinarent accuſationem ipſius Imperatoris, affirmabantque fieri poſſe, vt conuincerentur, voluiſſe & Photius Patriarcha, & ipſe Sandabarenus aliquē Photij cognatum ad Imperium perducere, ac meditatum ſibi facinus diſſimulaſſe.

Igitur miſſi quidam, iuſſi ſunt Photium, & Sandabarenum ad Imperatorem in Palatijs fontium adducere: ſeparatim tamen vtrumq; cuſtodiendum conſtituit; quæſitores autem, & iudices facinorum ipſorum, & ipſe Andreas dux exercitus & Magiſter Stephanus, & Magiſter Hagiopolites, & Craterus, & Gomer patricij miſſi ſunt. qui quum Patriarcham Photium, & duxiſſent, & in ſede honorifice collocaſſent, & ipſi quoque aſcendiſſent, ita examinare cœperunt, dic mihi inquit, Ductor exercitus Patriarchæ, Agnoſcis ò domine monachum Theodorũ? ille verò, multos noui, reſpõdit, monachos Theodoros; quem verò Theodorum dicas, non noui; quumq; adiecíſſet Andreas, Sandabarenum cognomento, Patriarcha agnoſco, inquit, hominem, Epiſcopum Euchaitarum. Adductum item Sandabarenum ita Andreas alloquitur, Imperator tibi denunciat, vbi ſunt opes & res Imperij mei; ille verò apud illos reſpondit, quibus cotidie Imperator diſtribuit; quia vero nunc ipſas inquirit recens Imperator poteſt & inquirere, & accipere? & Andreas, dic interim tu, quemnam volebas Imperatorem facere, perſuadens Imperatoris parenti, vt ſuo filio oculos erueret? tuum cognatum an Patriarchæ? ille verò, iurauit, nihil ſe nouiſſe eorum, quæ ſibi obijcerentur. at Magiſter Stephanus tum tu ò verſute, & dolorum machinator, quomodo indicaſti Imperatori, te harum rerum Patriarcham conuictum ire? ipſe verò, his auditis, ſtatim apprehenſis Patriarchæ pedibus, obteſtor te inquit, ò Domine per Deum, vt prius me expiatum ſacerdotio abdices, tunc iſti me arripiant, atq; vt nefarium puniant: nihil enim mihi huiuſcemodi conſcius ſum, neq; Imperatori indicaui. Patriarcha autem ipſum excipiens, & à pedibus iubens exurgere, per meam, inquit, ſalutem ò Theodore Archiepiſcopus es, & in præſenti ſeculo, & in futuro. Iratus autem Andreas exercitus dux, nonne inquit, per me Imperatori indicaſti ò doloſe, & præſtigiator, Patriarcham à te huius rei conuictum iri? ille verò rurſus negauit, nihil ſe penitus ſcire. Quum autem Principes rediſſent, & ſermones habitos indicaſſent Imperatori; Imperator ipſe flagrans ira, atq; eo magis, quod nullam probabilem contra Patriarcham rationem comperiſſet, miſſis ſatellitibus, flagris Sandabarenum crudeliter verberandum curauit, eumq; in exilium Athenis relegatum, luminibus poſtmodum orbauit, & in orientem traduxit, quem multis poſt annis reuocauit, eiq; à nouo templo victum conſtituit, qui mortuus eſt poſt obitũ Leonis: imperantibus Zoe illius vxore, & Conſtantino filio. Altero anno imperij Leonis Ageon, Longobardiæ dux, Franciæ Regis gener, audita Baſilij Imperatoris nece, defecit ab amicitia Romanorum, omnemq; in ſuam poteſtatem redegit regionem. quo cognito Imperator patricium Conſtantinum ſuæ menſæ Præfectum, cum cohortibus Occidentis in eam regionem mittit, commiſſoq; prælio, qui Conſtantinum ſecuti fuerant, victi ſunt: tergaq; verterunt vix illo incolumi ſeruato. Hoc tempore ſol defecit circiter horam diei ſextam, ita vt etiam ſtellæ conſpicerentur, & ingens fuit ventorum flatus, & coruſcationes, & horribilia tonitrua, & fulmina æſtuantia, à quibus viri ſeptem in ſancti Conſtantini gradibus in foro ſunt afflati; expugnata item per obſidionem

fuit

fuit Samos à Saracenis,capto ſimul exercitus duce,qui ibi erat, Conſtantino patricio paſpala: Imperator autem amore victus erga Zoen Zaurzæ filiam, eum ad eiuſcemodi honorem perducit, vt Imperatoris Pater vocaretur, hanc dignitatem,quæ nulla antea fuerat,nouam meditatus. ſi quidem Zoe tunc maxime pulchritudine ac forma præſtans nupſerat viro Theodoro patricio guniazirze, quo veneno per fraudem ſublato,pellex Imperatoris facta eſt adhuc eius vxore viuente.In ſequenti anno Stephanus Imperatoris frater, & Patriarcha exceſſerunt è vita, in cuius locum ſuffectus eſt Antonius cognomento cauleos; & quæ ad vrbem pertinent, in hoc ſtatu erant. Symeon autem Bulgarorum Princeps,fœdus cum Romanis percuſſum violare ſtudens, talem nactus eſt occaſionem;erat ſeruus eunuchus Imperatoris Parenti,cognomēto Muſicus; hic inita amicitia cum mercatoribus,& lucri ſtudioſis viris,dum eorum lucro ſtudet,libertate loquendi vſus, apud zauzzam negociationes vrbis ſtatim tranſtulit Theſſalonicam, & mercatores,de quibus loquimur,ibi publicanos conſtituit,qui negociantes illic Bulgaros male tractarunt grauia exigentes tributa. quæ quum Bulgari Symeoni renunciaſſent, eaq; de re iſte certiorem feciſſet Imperatorem; amore erga Zauzzam victus,omnia pro nugis habuit, & nulla cura digna cenſuit. Symeon furore correptus, & alioqui probabilem cauſam quærens, contra Romanos arma ſumit. quo audito Imperator ipſe quoque contra inſtruitur, & Procopium Crinitem, munus ductoris exercitus obeuntem, multo exercitu, ducibusq; armauit, traditoq; ei Curticio Armenio contra Symeonem mittit; congreſſoq; vtroque exercitu in Macedonia, Romani vincuntur, interfecto Crinite, & Curtio Armenio,& alijs pluribus,& ipſe Symeon eorum, quos ceperat Imperatoris ſocios nares obtruncauit, atque ita in vrbem miſit ad ignominiam Romanorum. qua Symeonis iniuria & contumelia, admodum dolens Imperator, Nicetam patricium cognomine ſclerum per Iſtrum ad Turcos, & eos qui Vngari vocantur miſit: vt traiecto flumine, quæcumque poſſet loca vaſtaret, ille autem cum Turcis collocutus, quum eis perſuaſiſſet, vt contra Bulgaros arma caperent, acceptis obſidibus ad Imperatorem reuertitur; verùm enimuerò ipſe quoque Imperator terra mariq; cum Bulgaris bellare decreuit. mari igitur mittit Euſtathium Patricium, & Nicephorum Phocam, quem poſt Andreæ obitum creauit ſcholarum domeſticum. qui quum in Bulgariam perueniſſent, Imperator adhuc amans pacem Ciæſtora Conſtantinacium ad Symeonem mittit.quem ille detentum,in cuſtodiam tradit,ratus ad ſe doloſe acceſſiſſe. quumq; Symeon in bello contra Phocæ exercitum occuparetur, Turci tranſmiſſo flumine, omnem Bulgariam prædati ſunt. quod vbi Symeoni renunciatum eſt,omiſſo Phoca contra Turcos ſe conuertit. qui quidem cum Bulgaris manus conſerere ſtudentes, traiecto Iſtro eos inuadunt & per uim ſuperant, ita vt vix Symeon in Rhodoſtolo, quod alio nomine Diſtra vocatur, ſeruaretur incolumis: Igitur ſuperiores effecti Turci, ab Imperatore petierunt, vt quos ipſi cœperant redimeret,quorum petitioni conſentiens ciues ad eos redimendos miſit.

Fra-

Fractus igitur Symeon per Drungarium Euſtathium ab Imperatore ſupplex pacem petit, cui annuit Imperator miſſo Leone Chiroſphacte ad fœdus percutiendum; domeſticusq; ſcholarum Phocas & Drungarius cum exercitu redire iuſſi ſunt, & Symeon, profectum ad ſe Leonem Chiroſphactem in cuſtodia detinuit, ne hominem quidem collocutus. profectusq; cum ingenti exercitu contra Turcos, quum nihil opis Imperator ob repentinam & inopinatam rem ipſis ferre poſſet: & in eos in fugam vertit, & per omnem regionem excurſiones fecit: atq; exultans victoria, & ſe ſe iactitans ad Imperatorem ſcripſit non prius eſſe ſe pacem facturum, quàm omnes captiuos Bulgaros recepiſſet, cui rei annuit Imperator. venit igitur cum Chiroſphacte Theodorus quidam Symeoni ſanguine propinquans, omnesq; recepit captiuos. zauzzas autem Imperatoris pater, præcipue ſtudebat generum ſibi aſciſcere domeſticum Nicephorum Phocam, quē ab Imperatore ſciebat vnice diligi, qui quum hoc renuerat, veritus Imperatoris iram, iratus Zauzzas à ſe accuſatum ipſum magiſtratu abdicandum curauit: creato pro ipſo Catacalo Magiſtro Abidela. paulumq; in otio verſatus Nicephorus, Imperator exercitus contra Thracenſes deligitur. quumq; multa præclara facinora feciſſet, & in omnibus ſuis Magiſtratibus victorem ſe præbuiſſet multis erectis contra Agarenos, & alias nationes Trophæis ſenio confectus deceſſit è vita, duobus relictis liberis Barda, & Leone. Imperator autem cum Symeon nollet fœdera ſeruare, ſtatuit ipſum debellandum, ac pænitus delendum: Iuſſis igitur omnibus Orientis copijs, ac legionibus tranſmittere, inſtructoq; itidem Occidentis exercitu, alijsq; haud mediocribus militibus, eos contra Symeonem mittit, præfecto ac duce ſcholarum domeſtico Catacalo, quem ſequutus eſt Patricius Theodoſius, & prothoueſtiarius. profecti igitur Symeoni ad Bulgarophylum occurrunt, commiſſoq; prælio in fugam Romani vertuntur, ac multa cædes eſt facta. & ipſe prothoueſtiarius turpiter occubuit, domeſtico cum paucis quibuſdam in Bulgarophylo incolumi ſeruato. Quum autē Imperator profectus eſſet in agros, qui Damiani dicebantur, cum Zoe Zauzze filia, ſtatuiſſetq; ibi commorari, in ipſum conſpirarunt Zauzze filius Leo, & Chriſtophorus Zanzes, & alij quidam. quumq; Zoes rumorem auribus percepiſſet, è ſomno excitatus Imperator, in nauim conſcendit, ſtatimq; à fontibus ad Regiam tranſmiſit, & Ioannem excubiarum Præfectum, vt pote ad ſuam cuſtodiam ſegnem, & inertem magiſtratu abdicauit, Zauzzamq; ad quoddam tempus auerſatus eſt, quod Leo Magiſter cognomento Theodotaces, vtriusq; amicus eos inter ſe conciliauit. Auguſta autē Theophane vita functa, coronat Leo Imperator Zoen, Zauzze filiam, cui a quodam palatij Clerico benedicitur, & ille ſtatim interfectus eſt. at ipſa Zoe, quum vixiſſet, ex quo declarata Regina fuerat, annum vnum menſes octo, exceſſit è vita, & in arca, quæ parata fuerat, vt ibi eius cadauer reponeretur, literæ repertæ ſunt inſculptæ his verbis; filia Babylonis miſera. Baſilius autem Imperatoris Procurator fratris Zauzze filius, neſcio quid contra Imperatorem machinans, arcanum cum Samona Agareno cubiculario communicauit, accepta fide, fore

vt rem

vt rem nemini pateſaceret, igitur quum ille fidem dediſſet, omnia ei ſua conſilia aperuit: at ille ſtatim equo vectus, ad Imperatorem ſe confert, quo ſeorſum ſeducto, volo inquit tibi ò Imperator dicere, quod mihi dictum ſi à me ſileatur, neque tibi indicetur, mortem afferet, & omnes Baſilij inſidias indicauit: ſed quum Imperator nullam ipſi fidem haberet, volens eum certiorem facere Samonas, petijt vt duos è ſuis domeſticis domum ſuam mitteret, quos in occulto quodam loco manere voluit, quando ad ſe Baſilius veniret, atque ita, quum ille acceſſiſſet inſtituto colloquio, quæ ab vtroque dicerentur, deſcriberent; libenter Imperator huic petitioni conſenſit. & Chriſtophorum protoueſtiarium, & Calocyrum, vnum è ſuis electis, qui ad Samonæ hoſpitium profecti, ibique occultati, rei expectabant exitum: quum verò Baſilius deceptus ad Samonam acceſſiſſet, & colloquendi locum nactus, arcana aperuiſſet, miſſi ab Imperatore, quæ dicebantur, deſcripſere; & ad extremum relictis illis prandentibus, clanculum exeuntes ad Imperatorem cum ijs, quæ ſcripſerant rediere, quibus ille lectis Baſilium ſtatim in Macedoniam miſit, vt videlicet diſtribueret, quæ amita ſua Zoe pro anima ſua pauperibus reliquerat: detinuit item per Præfectum ſatellitum viglæ Drungarium, & ab vrbe Nicolaum ſodalitatis ducem extrahendum curauit, deinde a Macedonia adductum Baſilium, & iudicio condemnatum, perque mediam vrbem traductum Athenis religauit, conuocatoq; cuncto Senatu, quæ ſibi indicauerat Samonas perlegit, illi hunc laudantes, maximo honore dignum acclamarunt, & Imperatór ſtatim protoſpatarij dignitate illum exornat, ſibiq; familiarem conſtituit, & vita functo Patriarcha Antonio declaratur Nicolaus myſticus, qui ſapientia, & prudentia, cæteris præſtabat: ſed Leo Imperator, quum non poſſet rite abſoluere ſupplicationes, quod non ſupereſſet Auguſta; coronat Annam filiam Zoes Zauzze. duxit etiam puellam ex opſicio, decoram, & forma pulcherrimam, cui nomen erat Eudocia, quam itidem coronauit. quæ grauida facta quũ prope eſſet vt pareret, & ipſa mortua eſt, & embryo: honore autem proſequens priſtinam ſuam coniugem Imperator Theophanem, in eius nomine templum pulcherrimum proximum ſanctis Apoſtolis condidit, templumq; aliud conſtruxit ad loca ſancto Lazaro dedicatum, in quo Sancti allatum corpus repoſuit, atque ſororis ipſius Mariæ Magdalenæ. quumq; claſſis in huiuſcemodi ædificijs occuparetur, Agarenorum claſſis Taurominium, in Sicilia expugnauit, multa facta Romanorum cæde, capta item ab Agarenis lemno Inſula, haud mediocris populus in ſeruitutem abductus eſt. quum autem mos eſſet, vt die inter Pentecoſten interiecta, cum ſupplicationibus prodiretũr ad Sancti Mocij tẽplum, abijt ipſe quoque Imperator cum ſupplicationibus, quumq; iam ingreſſurus eſſet proximus ſanctis ianuis, vir quadam ab edito loco deſiliens craſſa, & forti virga illius caput percuſſit, ſtatimq; occidiſſet, niſi virgæ cacumen appenſæ Lucernæ illidens, parum à violento impetu prohibitum fuiſſet; magna autem ſanguinis vi ex Imperatoris capite defluente, perturbati Principes aufugerunt: Alexander autem Imperatoris frater excuſato morbo, non interfuit ſupplicationi, & ideo

ſuſpicionem

ſuſpicionem multis attulit, tales contra ipſum inſidias conſtruxiſſe. ſed is qui Imperatorem percuſſerat, detentus, multaq; tormenta perpeſſus, vbi neminem ſibi conſcium confeſſus eſt, amputatis manibus ac pedibus in Hippici ſphendone combuſtus eſt: ex eo tempore iſtiuſmodi ſupplicationibus finis impoſitus eſt, & ſapientiſſimus monachus Marcus, eius monaſterij Gubernator, qui quadripartitos canones magni Coſmæ expleuit, multa Imperatori ſupplicauit; quo orante & Imperatore ſuccenſente, ne, inquit, Monachus, iraſcere ò Imperator, neque ægreferas, ante enim decretum erat pati te illud, quod à Propheta Dauid fuerat prædictum, quanta improbe commiſit in ſanctum tuum inimicus, & gloriati ſunt, qui oderunt te in medio ſolemnitatis tuæ. oportet igitur te ò Domine ab hoc tempore ad alios annos decem Imperium obtinere, quod quidem accidit: eadem enim die poſt annos decem vita functus eſt, qua percuſſus fuerat. duxit etiam quartam vxorem Leo Imperator, Zoen Carbonopſinam, quæ multum temporis abſq; corona cum ipſo vixit. Quum verò Bulgari Romanos aſſiduo impetu contererent, Agareni hoc cognito inſtructam claſſem in maritimum Romanorum imperium mittunt, præfecto ipſi Leone Attalea, qui Chriſtianorum eiurauerat fidem, quiq; in Tripoli commoratus ex ipſa ſibi cognomen inuenerat. peruenit ad Imperatorem de Tripolite fama in emporio Boætij, quo ſe contulerat ad renouandas ædes Chriſtophori protoueſtiarij ſui, & addidere nuncij, ipſum velle Regiam vrbem inuadere. mittit igitur Imperator tunc Euſtathium naualis rei præfectum, cum claſſe, qui quum non potuiſſet inſtructo exercitu Tripolitæ reſiſtere, infecta re reuerſus eſt, quem inſequens Tripolita, in anguſtias Helleſponti ingreſſus eſt, & vſque ad Parium peruenit. quæ res Imperatori renunciata, in magnam animi ſollicitudinem eum coniecit, ac perturbationem. Himerio igitur primo Secretario naualibus copijs commiſſis, eum contra Tripolitem miſit, qui præterita Abydo, & Ægæo mari ad ſtrobilum appellit claſſem, & inde ſoluens ad Imbrum, quumq; Samothracem pręteriſſet, deprehendit hoſtes in ſtatione ad Thaſum manentes. verumtamen eos conſpicatus, & numero, & animi alacritate ſuperiores, ne auſus quidem eſt ad eos accedere: ſed Tripolita retro ſe recipiens, ad Theſſalonicam ſe contulit, ipſamq; expugnauit, capto etiam Leone ipſius Prætore, cui Tharſilacius erat cognomen, multumq; ſanguinis effuſum eſt, ac plures capti. Et quidam Rhodophiles cubicularius, miſſus quadam de re in Siciliam cum auri libris centum, quum in morbum incidiſſet, Theſſalonicam ſe recepit, vt ibi curaretur. quem captũ Tripolita multiſq; tormentis affectum, propter aurum, necauit nihil affirmantem; illud enim in itinere reliquerat, quod Symeon à ſecretis præteriens acceperat: quumq; Tripolita vellet vrbem euertere, Symeon ei denunciauit, vt auro accepto vrbi parceret, quod ille fecit, & auro accepto inde diſceſſit. Imperator autem approbato Symeonis conſilio, patriciatus dignitate honeſtauit, & primum ſecretarium ipſum elegit: claſſis Præfectus Himeris, audita Saracenorum reuerſione, eos perſequi aggreſſus eſt. ſed illis claſſe ad Cretam appulſa, & partem prædæ Cretenſibus

imperti-

Digitized by Google

impertiti illæſi, & incolumes domum reuerterunt, relicto in lemnō Himerio re infecta; Imperator autem ad Orientem duos generoſiſſimos miſit duces, Euſtathium ab Argyris oriundum, & Andronicum à Duca, qui multa de Agarenis trophæis erexerunt; & Samonas qui inſidias patefecerat, vnice dilectus ab Imperatore, ſimulans ſe domum ſuam abire, cum pecunia & equitatu aufugit: publicos in quolibet ſtabulo furatus equos: mittit igitur Imperator, qui eum perſequantur, Baſilium ſodalitatis ducem Camaterum, & Crinitem Georgiū. quū q; iam halym tranſiret Samonas, deprehendit eum Nicephorus Drungarius, atque detinuit: multum ſupplicantem, & multa ſe daturum pollicentem; verùm vbi ei hoc minime perſuaſit, ad crucem, quæ eſt in ſoricho confugit, ſimulans ſe deprecandi gratia eò acceſſiſſe. veniens igitur Cōſtantinus Andronici Ducæ filius, atque ipſo ſecum adducto in vrbem redijt; ingreſſis autem Conſtantinopolim, illum in Bardæ Cæſaris domo ſeruari iuſſit Imperator, Conſtantino autem duci, cui exploratum fuerat Samonam reuera ad Melitenem aufugere voluiſſe, denunciauit ne hoc coram ſenatu diceret, ſed eum profectum eſſe, vt in Siricho votum ſolueret: volebat enim ei veniam dare. mane autem conuocato ſenatu, & Conſtantino in medium adducto, iureiurando adhibitò, eum his verbis obteſtatus eſt. Per Deum, meumq; caput fugit in Syriam Samonas nec ne? ille veritus iuſiurandum, pollicitus enim fuerat ſine iureiurando rei ſe veritatem cælaturū, confeſſus eſt coram omnibus, in ſuam Patriam Melitenem illum proficiſci voluiſſe. & Imperator iratus, dimiſſo Conſtantinò, Samonam præcepit in Cæſaris domibus detineri. deinde illinc eductus priſtino honore dignatus eſt. natus eſt Imperatori è quarta ſua vxore Zoe mas puer, in cuius ortu crinita ſtella apparuit, quæ radios ad Orientem immittens, ad quadraginta vſque dies ſplenduit; & in Sanctæ Sophiæ templo puerum baptizauit Nicolaus Patriarcha, quem de ſacro baptiſmate Alexander Imperatoris frater, patricius Samonas, & Princeps ſenatus exceperunt; & Leo cum Zoe à Thoma preſbitero benedictus eſt. qui etiam abdicatus fuit, & ipſam Auguſtam declarauit, hæc igitur de cauſa patriarcha in templum ingredi prohibuit Imperatorem, quare per dextram partem pertranſijt ad Mitatorium: creatus eſt autem patricius Samonas regij cubiculi præfectus ad omnem improbitatem, facinus, & vitium, adiutor eius maxime opportunus effectus: perſuaſit enim Imperatori, vt vel inuitum cogeret Patriarcham, vt ſe ſe in templo ſuſciperet, & ille initio menſis Februarij eum ad ſe accerſitum orabat vehementer, vt illum admitteret, ſed vbi preces non admiſit à loco, qui Bucoleo dicitur, in longam nauim conſcendentes, tranſmittunt ad Hieræam, vnde pedibus iter aggreſſi ad Monaſterium Galacrenorum ab ipſo conditum eum adducunt, nec multo interiecto tempore Patriarcha declaratur Syncellus Euthymius vir pius, & ſumma virtute præditus: quem aiunt ſacerdotium renuentem diuino oraculo impulſum, vt illud ſuſciperet. Cogitabat Imperator ſibi multis viris ad id operam nauantibus, legem ferre, qua liceret homini eodem tres, vel quatuor vxores ducere: verùm hoc omnibus viribus

Digitized by Google

prohibuit fieri Patriarcha. Iunio autem menſe, inuitatus fuit Imperator Leo
à Conſtantino Libyco ad monaſterium à ſe renouatum propè Sanctos Apoſto-
los vt encœnia perficeret, atque apud ſe pranderet; ſubito igitur vehemens lybi
cus ventus flauit, multisq; ædificijs concuſſis, homines perturbauit, atque deter-
ruit, ita vt oẽs è ſuis domibus ad doma, quæ ſub dio erant, confugerent, verũ adue
niens imber talem ſedauit tempeſtatem, quumq; Agarenorum aduerſus Roma-
nos claſſis egreſſa eſſet; Imperator, Himerium Dromi Logothetã Romanæ claſſi
præfecit, & Andronico duci imperatum fuit, vt cum eo exiens cum Agarenis di-
micaret; at Samonas ducum generi ita infeſtus vt ei conciliari non poſſet; quod
à Conſtantino detentus fuerat: ſubornato cuidam Andronici amico perſuaſit
vt ei clam ſcriberet, ne in Himerij naues conſcenderet, quod ei præceptum eſſet
ab Imperatore à Samona ſubornato, vt eum luminibus priuaret: igitur acceptis
litteris noluit cum Himerio nauim conſcendere, quare ſolus coactus eſt Octo-
bri menſe cum hoſtibus congredi, & congreſſus in fugam verſus eſt, vi ſupera-
tus, & euanuit: hoc cognito Andronicus prorſus deſperatis rebus collectis vaſis,
& propinquis ac ſeruis ſuis profectus, occupauit arcem ſupra Iconium ſitam, no
mine Cabalam; & de defectione cogitabat; neque deſtitit Samonas occaſionem
nactus, incitare & perturbare Imperatorem talia loquens. Ego iám pridem ani-
maduerteram hominem hunc ad rebellionem ſpectare, atque oportere eius co-
natus conſiliaq; præcipere. quia verò tua cunctatione ò Imperator idonea & fa-
cillima omiſſa eſt occaſio, atque hoſtis manus noſtras euaſit; at ſecunda certe na-
uigatione nobis vtendum eſt, ne clam potius mali quid inferat, quàm patiatur.
His verbis quaſi plectro quodam perculſus Imperator Iberizzen Gregorã ſcho
latum domeſticum & Andronici affinem cum frequenti exercitu contra Andro
nicum mittit. quo cognito ille, & ſimul intelligens Patriarcham Nicolaum, cui
plurimum fidebat, & Eccleſia eiectum, relicta cabala, cum tota domo ad Agare-
nos transfugit: quem Amermumnes honorifice, ac magnificentiſſime excepit.
ſecum autem reputans Imperator, qualem ducem amiſiſſet, & qualem habitu-
rus eſſet hoſtem, cruciabatur, & iniquo animo ferebat, modumq; ac viam perqui
rebat, qua ipſum Romanis conſeruaret. Scriptæ igitur ſunt ab Imperatore litte-
ræ, quæ ei omnium malorum obliuionem pollicerentur, & priſtinum ſtatum, in
finitaq; alia bona ac beneficia: quæ veluti cereani facem inuolutas, dat cuidam
Saraceno è prætorio educto, & magnificis muneribus donato, mandans, vt pro-
fectus in Syriam, illud volumen Andronico traderet. Abeuntem igitur Sarace-
num ſecreto allocutus Samonas, interrogauit, an noſſet quidnam ſecum ferret,
innuens facem. quo reſpondente ſe ignorare. data tibi, fax, ò amice, inquit, Syriæ
eſt exitium. & ſi tibi tua gens, & ij qui idem tecum credunt, curæ ſunt, quod ha-
bes Vzir manibus cõmitte, atq; vt ijs, quę pręceperat obtẽperaret, donis eum ma
ximis, ac ſumptuoſis eſt ꝓſequutus: ꝓfectus igitur Saracenus facẽ Vzir tradidit,
quã euoluẽs ille & litteras inueniẽs, & lecta, q̃ in ipſis cõtinebat ſnĩa, renunciauit
Amermũnæ, ſtatimq; Andronicũ, & ꝗ cũ ipſo erãt, in carcerẽ cõiecti ſunt, & diu

M

tius

Digitized by Google

tius vexati, neque ſuſtinentes carcerũ labores ac moleſtias periere; quidam ipſorum propriam fidem coacti ſunt eiurare. Andronicus igitur ad hunc modum vitam finiuit. Conſtantinus autẽ ipſius filius antequã ille è vita decederet, ſciente patre collectis vaſis, cum alijs quibuſdam, quos ſecum habebat, plurimi enim in cuſtodia cum ipſo detinebantur, ruptis vinculis & carceribus exeunt, ſeq; per funem demittentes, & equos paratos habentes aufugerunt; miſſiſq; militibus, qui eos è fuga retraherent, modo reuertentes, ac manus conſerentes, modò aurum proijcientes, eos qui ſe perſequebantur repulere, atq; ita tandem Romanorum fines contingere potuere. ſubito igitur Imperator Conſtantinum ad ſe accerſiuit, & ad ſe adductum omnis generis donis, tum ipſum, tum eos, qui ſecum erant, proſequutus eſt, & perfecto colloquio, quum ab aureo triclinio exiturus eſſet Conſtantinus, illic. n. eum exceperat Imperator, reuerti ipſum iuſſit, ac fixis oculis in erectas ſupra portam imagines Chriſti, & Dei Genitricis intuens Imperator ipſe, hæc Conſtantino dixit: ne te decipiat ò Conſtantine nomen, neq; propterea exiſtimes te Romanis imperaturum. Imperium enim filio meo Conſtantino diuinitus reſeruatum eſt, idq; mihi exploratum eſt, ex ijs, quæ diuini viri prædixere, qui ob vitæ integritatem, & innocentiam hoc aſſecuti ſunt, vt futura prouideãt. Igitur tuo ſtatu contẽtus eſto, neq; ea, quę ſuperent tuas fortunas cogita. alioquin ſic habeto, ſi Tyrannidem occupare volueris, tuum caput ſine corpore per hanc portam ingreſſurum. quod poſtea accidit. nam poſt obitum Leonis Cõſtantinus qui Tyrannidem occupauerat in genici ſecreto occiſus fuit, & per portam, quã diximus cruore & ſanguine ſtillantem introductum eſt eius caput in Regiam. Imperator autem, ob quamdam ſuſpicionem, Euſtathium Magiſtrum Argirum magiſtratu abdicauit; erat enim excubiarum præfectus. qui domum reuerſus, veneno confectus interijt, ingẽti ſui deſyderio & exercitui & claſſi relicto, quod memoria eius feliciter geſtas res retinerent, & ſepultus eſt ad charſianum in monaſterio Sanctæ Eliſabet, quod Leo auus eius renouauerat, qui etiam primus Argyri cognomen eſt adeptus, ſiue ob vitæ integritatem, ſiue ob decorem corporis, ſiue etiam propter aliquam rationem nobilitatis ſuæ. tantum enim ſuperabat hic vir eos, qui Michaele Imperatore viguerant, vt ſolus cum cognatis, congreſſus fuerit cum Manichæis ex Tephrice, & Agarenis ex Melitene, eoſq; facile profligarit, ac nomen ipſius tantum diuulgatum omnibus erat aduerſarijs terrori. cauſa verò permutationis miſſi à Tarſo, & Melitene Belbacis ille, & Samonæ pater ad regiam vrbem peruenere; quos magnifice ac liberaliter Imperator excepit multo ornatu inſtructa Magnaura. ornauit item magnum templum admodum ſumptuoſe, & eos illuc introduxit; omniaq; pretioſa oſtendit, & diuino cultui vaſa inſeruientia. hoc autem indignum erat Chriſtiana Republica alienigenis hominibus & alterius fidei ea ſpectanda præbere, quæ ne ijs quidem relligioſis, qui non recte viuant, fas eſt ſpectare. Samonæ verò Pater libertatem, quam filius erga Imperatorem habebat conſpicatus, & honorem ac gloriam, incitatus eſt vt cum filio eſſet: repudiata patria

Digitized by Google

Melitene, ſed Samonas non conceſſit, immo potius perſuaſit vt domum reuerſus propriam fidem retineret, ſeq; illuc venturum, ſi daretur occaſio, expectaret. quum aduenifſet dies ille feſtus, quo ſpiritus ſanctus in igneis linguis ad Apoſtolos acceſſit, ſuum filium Conſtantinum Imperator per Euthimium Patriarcham coronandum curauit. ſtudens autem Samonas ſibi Reginæ conciliare beneuolentiam, Conſtantinum ſuum famulum Eunuchum, à Plaphlagonum regione profectum præbuit ipſi Auguſtæ, vt illi miniſtraret, qui adeo & à Regina & à Leone Imperatore amatus eſt, vt etiam ipſe Samonas inuidia irritatus ad Imperatorem eum detulerit, quod cum Auguſta rem haberet. quod vt verum ille credens, miſit, qui eum detonſum in Monaſterium Sancti Taraſij monachũ includerent, auctore Samona, paulò poſt, quum ipſum facti pœnituiſſet, velletq; item recipere traduxit opera Samonæ in Monaſterium ſpirarum. In Damatrium igitur egreſſus Imperator, quum in ædibus Samonæ pranſus conſpexiſſet Conſtantinum, ſtatim ad ſe accerſiuit, iuſſitq; eum exui monaſticæ vitæ indumentis, & indui elegantem veſtem, & dum conuiuaretur ab ipſo ſibi porrigi iuſſit in prandio poculum: & in palatium ingreſſus eum ſecum attraxit, & videns Samonas auctam erga Conſtantinum Imperatoris beneuolentiam, inſidias contra ipſum compoſitas ad hunc modum conſuit: communicato conſilio cum maximo Cubiculario, & Michaele Zirithone, litteras componit, infinita contra Imperatorem conuitia continentes, Conſtantino Rhodio, qui Samonæ ſcriba erat, eas componente. quas ſcriptas & obſignatas in Mitatorium proiecere: quumq; Imperator publicè ad magnum templum proceſſiſſet, & in Mitatorium ingreſſus, quo in loco precari conſueuerat eas proiectas vidiſſet & acceptas legiſſet, omnes qui ſimul aderant, multum dubitarunt, quum ſinguli ancipites eſſent, & eum qui proiecerat ignorarent, & Imperator ipſe multa animi perturbatione affectus eſt, & rei auctorem perquirebat. Eo quoque tempore quam plurimum luna defecit, quare Imperator Metropolitem Synnadum ad ſe accerſiuit Pantaleonem Aſtronomicæ diſciplinæ myſterijs imbutum, cupiens ab ipſo defectus Lunæ apoteleſma cognoſcere, quem remotis arbitris Samonas interrogauit cuinam malum euenturum eſſet, & ille, tibi, reſpondit. Tertiam decimam verò Iunij tranſiens, nihil poſtea detrimenti patieris. Interrogatus item eadem de re ab Imperatore, in ſecundam, inquit, perſonam malum commouebitur; Suſpicabatur igitur Imperator ſecundam perſonam eſſe fratrem ſuum Alexandrum, &, quem euentum habuerint ea, quæ prædicta ſunt, ſequens declarabat oratio: quum uerò Michael Zirithone ſecreto ad Imperatorem acceſſiſſet, & indicaſſet litterarum illarum auctorem Samonam fuiſſe; Statim in ſuam domum ille incluſus, monachus detondetur; deinde in monaſterium Patriarchæ Euthymij abducitur, atque inde conuitijs affectus, in monaſterium Martinacij transfertur: atque hęc geſta ſunt nondũ præfinito à Metropolite tpe pręterito, & pro ipſo Cõſtantinum regij cubiculi præfectum conſtituit, eiq; condidit monaſteriũ in Noſijs, Saluatoris nomine dicatum, quod renouauit cum Euthymio Patriarcha.

Digitized by Google

Quum autem Agareni cum trecentis nauibus egreſſi eſſent, Ducibus Damiano Tyri Amira, & Leone Tripolita, Himerius Logotheta, nauarchus Romanorum, Octobri menſe, ipſis occurrit ad Samum, cuius prætor erat Romanus Lecapenus, atque cum ipſis congreſſus, victus eſt; ſuisq; diſſipatis nauibus, vix ipſe Mitylenem ſe recepit incolumis. Ventris autem profluuio captus Imperator, taliq; morbo diutius conflictatus, & ad extremam redactus imbecillitatem, vix potuit, quo tempore morbus remiſit, ſolitam habere concionem. coacto enim ſenatu talem ad ipſos inſtituit orationem. Mea caro, ò amici, morbo vexata deflu xit, & vires defecerunt, & breui non amplius vobiſcum viuam, neque perueniã ad Domini Chriſti reſurrectionem; vnum igitur, idq; extremum à vobis peto beneficium, vt meminiſſe velitis mei erga vos ſtudij boniq; animi, pro quo vos oro, beneuolentiam erga vxorem meam, ac filium conſeruetis: & Imperatoris oratio hæc fuit: conſilium autem ſenatus affirmauit, collachrymans, & multum lamentãs detineri ſe haud conſolabili dolore, quum tali Domino atque Imperatore priuentur; Sed beneuolentiam erga Reginam, & Dominum ſuum atque Imperatorem eius filium perpetuo cõſeruaturos, ita vt, ſi oportuerit, vel milies pro ipſis mortem oppetant. His dictis ſenatus, redditaq; poſtrema ſalutatione Imperatori, diſceſſit, non tamen tunc mortuus eſt Imperator, verum perſeuerauit morbo opprimi atque conuelli, vſque ad decimam primam Iunij menſis, qua deceſſit è vita, Alexandro fratri ſuo tradito Imperij ſceptro, quem conſpicatus, ut aiunt, ad vltimum colloquium decedentem, dixiſſe fertur. Ecce malum tempus poſt menſes tredecim. Tradita igitur, vt diximus, ei Imperij potentia, multumq; hortatus, vt ſuum filium puerum educaret, & dignam illius curam ſuſciperet, atque ad extremum eo ſibi ſucceſſore relicto deceſſit: *

* Hic ſunt carmina quædã.

Alexander autem Leonis frater iam iuuenis, qui vigeſimum ætatis annum tranſegiſſet, Leone vita functo, habenas Imperij ſuſcepit, ſimul regnante Conſtantino Leonis puero. qui ſimul atq; ad imperium peruenit, accerſitum miſit Nicolaum Patriarcham è Galacrenis, & de ſede Euthymio deiecto, Nicolaum iterum reduxit: & cum eo ſedens in Magnaura facto ſilentio, Euthymium patriarchatu abdicauit: quem addicti Nicolao clerici ſimul atque abdicatus eſt, veluti agreſtes in eum inuadentes feræ, percutere, pugnos infligere, colaphis cædere, ſacram barbam euellere, in ceruicem impellere, aliasq; intolerabiles pœnas ipſi infligere, equitem vocantes & adulterum: quiq; ad alienam vxorem ingreſſus eſſet; at religioſus ille vir clementer & æquo animo hæc perferebat: in exilium igitur ad Agathi loca miſſus, paulò poſt exceſſit è vita, & in vrbem introductus in ſuo monaſterio ſepelitur. Clericus verò qui illius canos euulſerat: eadem hora domum ſuam reuerſus, eamdem igne conſumptam repperit: & filiam male affectam & diſſolutam, quæ multos deinde annos ita vixit, vt mendicare cogeretur, & tolerandæ vitæ rationes inquirere. Imperator autem Alexander iampridem effæminatam & diſſolutam tranſigens vitam, venationibus dumtaxat intentus & alijs laſciuis ac diſſolutis actionibus vacans, nihilq; ſciens, Imperatore dignũ,

perficere;

perficere; verùm delitijs ac laſciuiæ indulgens, vbi Imperij & ſummæ rerum compos factus eſt, nihil memoratu dignum vel cogitauit vel fecit; nam adeptus Imperium Ioannem quemdam præſtigiatorem, & nullius precij hominem, Lazarum cognomento, rectorem fecit, qui in Hebdomo pila ludens, paulopoſt male vitam finiuit. & clericus itidem. & Gabrielopolim & Baſilizzem, qui ſecum ludere, antequam Imperator eſſet, conſueuerant, ſuæ laſciuiæ ſocios & miniſtros plurimis opibus locupletauit. & ad patriciatus dignitatem perduxit, volebatq́; vt aiűt, niſi Deus id fieri prohibuiſſet, Baſilizzem ad Imperatoris thronum perducere, & propriam fratris filium execare; quod factum eſſet, niſi primum Deus reſtitiſſet, deinde ij, qui erga Leonem, pueri patrem, beneuolentiam conſeruabant, aſſerentes modo illum infantem eſſe, modo imbecillum, paulatim Alexandrum decepiſſent, & ita puerum ſeruaſſent, quoad illum mors occupauit; quo imperante apparuit crinita ab Occidente, quam harum periti Xiphiā vocant. hanc aiebant ſanguinis effuſionem in regia vrbe futuram præſignificare. Imperator autem, quű ſe impoſtoribus ac præſtigiatoribus dedidiſſet, interrogabat eos de ſuo Imperio, vtrum diuturnum foret, promiſerunt eum diutiſſime victurum: ſi ſus ille agreſtis, qui in Hippico ſtabat æreus, cui pudenda & dentes deeſſent, hæc ab ipſo acciperent; eſſe enim hunc aperte ipſius elementum, nam cum Leone ſuo, vt aiunt fratre pugnat: quibus verbis adductus ille, re vera ſuinam vitam degens, quæ deerant partes ſui, renouatus addidit: Tali igitur dementia captus quum feciſſet Hippicum, ſacris templorum velis, & Deo dicatis lucernis & candelabris ſublatis Hippicum adornauit; Deo conſecrata amouens, vel vt verius dicam, idolis miſer dedicans. Himerium autem Logothetam ab Agarenorum clade, quam acceperat, reuerſum Conſtantinopolim in Calyporum monaſterium relegauit, interminatus eò ſe hoſte vſurum eò quod ipſe quoque multa in ſe molitus eſſet, quo tempore frater regnabat: ipſe verò quum breue tempus in exilio vixiſſet, moleſtiarum anguſtijs oppreſſus, deceſſit e vita. Quum aűt Bulgarorum princeps Symeon legatos ad ipſum miſiſſet, qui percunctarentur vtrum pacē vellet, & contentus ea eſſet, quæ ſibi cum ſuperiore Imperatore fratre ſuo conuenerat, legatos non ſine ignominia dimiſit, faſtuoſa, & ſuperba, atq; inſolenti oratione laceſſitos; minis contra Symeonem vſus, quibus eum ſe perterriturum putabat. quum redijſſent ad Symeonem legati, non ferens æquo animo Alexandri contumelias, & inſolentia verba, & minas, pacem rupit; & contra Romanos arma ſumenda ſtatuit. Alexander autem ſexta Iunij menſis, lotus & pranſus, vinoq́; ebrius, poſt meridiationem pila luſurus deſcendit, exortoq́; labore quodam in ipſius inteſtinis, præ cibis, quibus ſe ingurgitauerat, atque ebrietate, reuerſus in palatium multò è naribus, ac pudendis effuſo ſanguine poſtridie mortuus eſt; relictis tutoribus Nicolao patriarcha, Magiſtro Stephano, & Magiſtro Ioanne Helada, Ioanne rectore, Baſilizze, & Gabrielopolo, tradito Conſtātino, fratris filio, Imperio; mortuusq́; repoſitus eſt cum parente Baſilio, atq; ita, quemadmodum diximus, vita defuncto Alexandro, ad Conſtantinum Leonis

filium

Digitized by Google

filium, ſeptimum ætatis agentem annum, Imperij potentia peruenit, qui ſub tutoribus ſuperius enumeratis degebat; Igitur Nicolaus patriarcha poteſtatem nactus, ipſe quoq; tutor cum alijs Reipublicę gubernacula moderabatur, quũq; res ita ſe haberent, & Imperium, vt diximus, a tutoribus adminiſtraretur, Conſtantinus Ducis Andronici filius Scholarum Domeſticus, maximaq; potentia prælitus, litteris amicorum & propinquorum, qui Conſtantinopoli degebant, adductus, qui ad eum ſcripſerant Imperium ſine capite male adminiſtrari, atque eò redactum, vt parum abeſſet, quin pænitus euerteretur, in extremum quippe adductum diſcrimen, & eum reuocabant, vt prudentem ac fortem virum, quiq; ſolus poſſet pro dignitate celeberrimum Romanorum Imperium regere: adijcientes itē à ſenatu, & à populo eum diligi, atque ſummo ſtudio cupiebant quã primum adeſſe, conſcio quoque, vt aiunt, Patriarcha Nicolao & ſcripta comprobante, propterea quod nondum Alexandri teſtamentum lectum fuerat, neque cognouerat ille ſe quoque tutorem pueri ſcriptum fuiſſe, Artabaſdo ad id operam ſuam nauante, à quo poſtea ſacerdotum magni templi princeps factus eſt. fuit Artabaſdus Andreæ illius pater, qui picturæ præſtantia excelluit. Conſtantinus etiam prius Imperium ſomnians ſemperq; ipſum appetens, & numquã aliò quam ad hanc cupiditatem animum conuertens, acceptis litteris cito adductus eſt, & ſe ad regiam vrbem recepit ſecum habens ex exercitu delectos, & nocte intempeſta per portam ingreſſus, Protoueſtiarij Michaelis ſitam prope arcem, in domo Magiſtri Gregora Iberizze, erat autem Gregoras Conſtantini Socer, ibi cum ſuis comitibus pernoctabat. Nicephorus autem à ſecretis cognito Conſtantini aduentu, Patricio Conheladico monacho cito renunciauit, ipſoq; ſecum adducto eadem nocte ad Ducam perrexerunt, initoq; conſilio, nondum illuceſcente die cum lampadibus, & frequenti populo ac turba, occupata Hippodromi porta Conſtantinum declarabant Imperatorem; verùm cum illi qui intus erant fortiter reſiſterent, neque ianuas aperirent, Conſtantinus equiſonum princeps robore & virtute exultans ac violentius ſeu potius inconſideratius ianuas aperire aggreſſus, à quodam eorum qui intus erant, per ianuarum compagem haſta percutitur, ac ſubitò occubuit. Conſtantinus autem inde repulſus & regni cupiditate, veluti quadam ebrietate captus, neque mente ſatis conſtans inde profectus ad Hippodromum ſe confert: pro peſſimo ducens augurio equiſonis cædem, ab incœpto non tamen deſiſtens. illinc igitur celebratus Imperator occupauit portam quæ ærea dicitur, perq; ipſam ingreſſus vſque ad excubitores peruenit: & Magiſter Ioannes Heladas vnus tutorum, habito prout tempus poſtulabat, ſodalium, & gregariorum militum delectu, & inſtructo pro copia, quæ ſibi ſuppetebat, curruum cõtra Ducam miſit. qui quum eo perueniſſent cum militibus Ducæ congrediuntur, multaq; fit vtrinque cædes: occubuit etiam Gregoras ducis filius & Michael fratris filius & Curticius Armenius. hæc haud mediocris pertubationis impleuere Conſtantinum: ſtudens igitur ſuum exercitum cõfirmare, concitato equo, feſtinabat cum Anteſignanis congredi. at equus quum pedes

pedes ad eas tabulas, quæ ibi conſtratæ fuerant, offendiſſet: in terram equitem deiecit; & quidam quum ipſum in terram proiectum, ac ſolum relictum offendiſſet, alij enim omnes diſſipati fuerant; gladio ei caput amputauit, & contento curſu ad Conſtantinum Imperatorem detulit; tali ipſum infortunio occupatum iri alia quoque de cauſa prænouerant tutores. Nicolaus quidam plebeius tributorum exactor in Chaldæa, quum per luxum pecunias prodegiſſet, nec ei eſſet vnde, quod Reipublica debebat, perſolueret; in Syriam transfugit, eiurata noſtra ſancta religione, aſtrologiam profitebatur. hic ſcriptas in nigro velo litteras ad Logothetam Thomam miſit, proiectaq; Sindone per aquam, litteræ apparuerunt, quarum ſenſus hic erat, Ne timeatis à flauo volucre Duca, nouandis enim rebus impudenter ſtudebit, ſtatimq; exitio dabitur. atque hunc exitum ſortita defectione, ſtatim magiſter Gregoras & Conſtantini ſocer, cum Leone patricio Chiroſphacto ad ſacrum templum Dei Sophiæ accurrentes confugerunt, quos inde abſtractos tutores monachos totonderunt, in ſtudij Monaſterio, & Conſtantinum patricium Heladicum bouinis neruis ſine venia percuſſum per mediam vrbem traduxere, atque in Dalmatæ monaſterium incluſerunt; Leonem autem patricium, & Ameſalum, item patricium Arotri filium luminibus priuatos in exilium miſere. Conſtantinum Eulampij filium & ſocios eius, Philotheus præfectus in hippica funda occidit: Nicetas autem à ſecretis, & Conſtantinus lybicus, quamuis multum perquiſiti, non tamē inuenti ſunt. Ægidem patricium virum præſtantia celebrem, & quoſdam cum ipſo haud ignobiles Duces, à Damali, quæ eſt in Chryſopoli, vſque ad locum illum, qui Leucatius appellatur, in crucem egerunt: multiq; alij ſenatorij ordinis viri, à tutoribus, de quibus loquimur, ſine miſericordia, vel culpa vacantes, interfecti fuiſſent, niſi quidam iudices vſi loquendi libertate iniuſtam iracundiam coercuiſſent; quum dicerent, quum Imperator re vera ſit puer, neque ea quæ geſta ſunt intelligat, quomodo illius iniuſſu talia perpetrare audetis? Tutores verò etiam Ducis vxorem detonſam domum ſuam in Paphlagoniam remiſerunt, eiusq; filium Stephanum exectum cu rarunt. Verùm dum hæc in vrbe fierent, Symeon Bulgariæ princeps cum magno exercitu in Romanorum regiones inuaſit: quumq; ad vrbem regiam acceſſiſſet, vallo eam circumdedit à Blachernis vſque ad portam illam, quæ aurea vocatur, & ſpe afferebatur eam ſe facile expugnatū ire. verùm quum munitos muros cognouiſſet, & propugnatorum frequentiam, nec non tormentorum, quibus ſaxa & ſagittæ iacerentur copiam, ſpe abiecta ad Hebdomum reuerſus eſt pacis fœdere petito, cuius petitioni libentiſſime aſſenſis tutoribus miſit Symeon ſuum Magiſtrum Theodorum, qui de pace ageret, qui quum adueniſſet multis vltro citroq; habitis ſermonibus, patriarcha cum reliquis tutoribus excepto Rege ad palatia Blachernarum venerunt, datisq; idoneis obſidibus in palatium Symeonem introduxerunt. vbi cum Imperatore conuiuatus eſt. Ac Symeon ipſe Patriarchę caput ſubmiſit vt ab eo benedictionem acciperet, impoſito, vt aiunt Barbari, capiti pro corona, proprio capitio, poſt conuiuium confirmatis pacis conditionibus

tionibus Symeon eiusq; filij muneribus donati in patriam diſceſſere, & hæc ita geſta ſunt. quum verò Conſtantinus Imperator ſemper lamẽtans matrem ſuam requireret, iam enim è palatio ipſam abduxerat Alexander vel inuiti ipſam reducunt. reuerſa igitur & Imperij compos effecta Conſtantinum regij cubiculi præfectum aſſumit, & Anaſtaſium, & Conſtantinum germanos fratres cognomine Gongylios, ac de conſilio Ioannis Heladę Alexandri quoque cognatos reducunt Ioannem rectorem Gabrielopolum Baſilizzen, & reliquos. Creat etiam Zoe Auguſta Dominicum ſodalium præfectum peritum rerum, ſuorumq; negociorum procuratorem, cuius conſilio Patriarcha à palatio deijcitur, & magiſter Ioannes Heladas libenter inde diſceſſit morbo captus, quo etiam confectus eſt. & Conſtantinus regij cubiculi præfectus ſibi omnem Imperij adminiſtrationem vindicare ſtudens, vt neminem haberet ſibi impedimento. ad Auguſtam defert ſodalium præfectum, quod Imperium ad fratrem ſuum transferre conaretur, cuius verbis illa adducta patriciatus eum honeſtat dignitate, & deſcendentem de more ad accipiendam benedictionem domi manere iuſſit; atque in illius locum creat Garidam ſodalium præfectum, & Damianum eunuchum, qui recens venerat, excubiarum ducem. Quum Symeon Thraciæ partes percurrens res ageret ac duceret, atque Auguſta cum ijs, qui magiſtratus gerebant, conſultaret qua ratione illius excurſiones prohiberentur, Ioannes Bogas pollicitus eſt, ſi patriciatus dignitate decoraretur, adducturum ſe contra eos Pazzinacas. votiq; compos factus, acceptis donis in Pazzinaciam ſe confert, & percuſſo fœdere, acceptisque obſidibus, in vrbem redijt; quum pacti eſſent Pazzinacæ Iſtrum tranſmittere, & cum Bulgaris pugnare. tunc etiam transfugit Aſotius vir clarus filius principis principum. hic ferebatur virgam ferream vtriuſque manus ſummis digitis captam, ipſa manuum ui flectere atque confringere, aduerſaria ferri vi manuum robori cedenti: quem benigne acceptum Regina domum, redire iuſſit. obſidente autem Symeone Andrinopolim nihilq; proficiente, Pancratucaſtis genere Armenius, atq; vnus ex ijs qui ad vrbis cuſtodiam diſpoſiti fuerant: auro, velut eſca; captus, ipſam vrbem Symeoni prodidit; ac paulò poſt ab Auguſta miſſus eſt Baſilius patricius Caniclæi præfectus, & Nicetas Heladicus cum auro multisq; pecunijs, ipſamq; recuperarunt. hoc anno Damianus Tyri Ameras cum bellicoſis nauibus & ingenti exercitu in Romanos inuaſit, & ad ſtrobelum accedens ſtrenue oppugnabat, & omnino expugnaſſet, niſi morbo captus è vita deceſſiſſet, infecta re reuerſis Saracenis. Non ferens Zoe Regina frequentes Symeonis excurſiones, easq; impedire cupiens, ſtatuit conſulto ſenatu fædus cum Saracenis percutiendum, omnemq; exercitum Orientis ad Occidentem traijciendum, coniunctisq; orientis & occidentis copijs contra Bulgaros bellũ ſuſcipere, eosq; funditus euertere, viſum eſt ità faciendũ, & miſſi in Syriá Ioãnes Patricius Radenus, & Michael Toxaras cum Saracenis fœdus percuſſere, & ità ab ipſorum cura liberata Regina,

iuſſit militibus ſtipendia ſolui, Leone Magiſtro Phoca domeſtico ſcholarum ipſo exercitu tradito, mandauit vt contra Bulgaros ille proficiſceretur, coactisq; omnibus copijs ac legionibus, vt tranſmitterent. erat autem qua tranſmitterent latus campus, & ad excipiendum exercitum idoneus, miſſusq; protopapa palatij, cum venerandis lignis, effecit vt adorantes inter ſe fidem mutuo darent, iurarentq; ſe ſimul morituros, & perfecto iureiurãdo, cum toto exercitu in Bulgaros profecti ſunt: Duces erant legionis excubitorum Ioannes Grapſon vir bellicoſus, quiq; ſæpe ſe in prælijs ſtrenuum geſſerat, fœliciterq; pugnarat: Icanati verò Olbianus Marules, vir probatiſſimus, & Romanus, & Leo, & Bardas Phocas, aliarum legionum Duces erant. Cum his erat item Melias magiſter, Armeniorum præfectus, plurimiq; alij cohortium Duces. ſequebatur etiam Conſtantinus patricius libycus, vt conſiliarius Leonem Domeſticum ſcholarum. Sextaq; Auguſti menſis, indictione quinta, bello conflato inter Romanos ac Bulgaros ad Archeloum oppidum, per vim Bulgari funduntur, multa ipſorum facta cæde; quum verò multò ſudore perfuſus Domeſticus animo defeciſſet, & ad quemdam fontem ex equo deſilijſſet, vt ſudorem abſtergeret, ac ſe ipſum recrearet, fortuito equus ruptis vinculis, per exercitum currebat ſine equite. quem milites conſpicati ſibi cognitum, & Domeſticum occubuiſſe rati, in magnum metum incidere, animosq; deſpondere, atque ita perſequi hoſtes deſtiterunt, quidam etiam retro ceſſerunt. Symeon autem è ſuperiore loco hæc fieri cernens, neque enim inordinate fugerat, Bulgaros contra Romanos immiſit. illi uerò etiam prius fracti animis, & obſtupefacti, vt de repente in ſe ſe hoſtes inuadere conſpexerunt, cum omnibus copijs in fugam uertuntur, fuitq; ea fuga maximi terroris plena, atque horribilis, dum partim ſe ſe mutuo conculcant, partim ab hoſtibus cæduntur, & Leo Domeſticus fuga in Meſymbriam ſeruatus eſt. Occubuit autem non modo exercitus vulgarium militum, ſed etiam Duces, & legionum præfecti, infiniti numero, & Conſtantinus libycus occiſus eſt, atque excubiorum præfectus Ioannes Magiſter Grapſon. fuit verò miſſus Patricius Romanus lecapenus, tunc rei naualis præfectus, cum tota claſſe, ad littora iuſſus ad nauigare, atque Leoni ſuppetias ferre, atque traijcere Pazzinacas a Boga adductos in ſocietatem Romanorum. ſed exorta inter Romanum, & Bogam contentione, Pazzinacij, qui viderant eos inter ſe diſſidere, in patriam reuerterunt, & auxilium ipſorum nullum fuit; alij autem nõ ita dicunt, Romanos profligatos, ſed alio modo: Nam quum Phocas in fugam verſum Symeonem perſequeretur, fama quædam ad ipſum repente peruenit, quæ renunciaret excubiarũ præfectum cum tota claſſe diſcedere, vt regnũ occuparet; qua fama ille perculſus, ſibi.n. vindicare Imperij potentiam ſtudebat, hoſtes perſequi deſiſtens, in caſtra ſe recepit, videlicet vt rẽ perciperet, diuulgataq; per exercitũ fama Domeſticũ fugiſſe, virtutis obliti reliqui idẽ fecere. quos Symeon cõſpicatus fugientes, ſtabat.n. vt dictũ eſt in opportuno loco, prælij exitum diſpiciens, cum omnibus copijs irrupit, &

Digitized by Google

auctor fuit aduerſariis fugæ, hæc eſt altera fama. ſiue autem ſic, ſiue illo modo rei ueritas ſe ſe habuerit, tamen fuſi ſunt Romani, & quæ ſupra diximus geſta ſunt; poſt acceptam cladem, quum ij, qui ſeruati fuerunt è prælio incolumes re diijſſent, res Romani & Bogæ in iudicium adductæ ſunt, & in tantum diſcrimen redactus eſt Drungarius, vt à iudicibus lata ſententia ſit, quæ cenſeret illius effo diendos oculos, vt qui negligentia potiusq̃ improbitate Pazzinacas non traiecisſet, neq; eos item qui è clade redierant excepiſſet; idq; omnino paſſus eſſet, niſi Magiſter Stephanus tutorum vnus & Conſtantinus patricius Gongilius, qui apud Reginam plurimum poterant, eum liberaſſent: Symeon vero victoria elatus & exultans collectis omnibus ſuis copijs ad Conſtantinopolim cõtendebat: egreſſus eſt igitur rurſus domeſticus Leo Phocas, & ſodalium præfectus Ioãnes, & Nicolaus Cõſtantini Ducæ filius cum quibuſdam militibus ex ijs, qui reperti ſunt, & ad locum qui dicitur Cataſyrtas obuiam facti cuidam Bulgarorum manui prædatum miſſæ, cum ipſis congrediuntur, facileq; eos fundunt ac fugãt, quumq; alia rurſus frequentior irrupiſſet, eam quoque facile ſuſtinuere ac viriliter, & acre fit prælium, quo diutius ducto funduntur Bulgari. ceſus eſt autem Nicolaus ducis filius, quum ſtrenue præliatus auctor Romanis victoriæ fuiſſet, & res bellicæ hunc exitum ſortitæ ſunt. res vero vrbanæ graui mor bo laborabant. quippe quum plures ijdemq; ſummi viri inſanientes affectarent imperiũ, eiusq; amore incenderentur haud mediocriter, quorũ dux erat Phocas, qui quum eſſet ob ſororẽ affinis Cõſtantini, qui tunc plurimum Eunuchorum, qui in palatio erãt, valebat, & propter ipſum plurimũ confideret: facile exiſtimabat eius opera ſe Imperij potiturũ. Idcirco multũ ſe ſe oſtẽtabat, idq; haud occulte, verũ aperte imperiũ ipſum ſibi vindicare, quaſi patrio maiorũq; ſuorũ iure ad ſe legitime attineret, & ad ſe mox peruenturũ, vt ad ſucceſſorem legitimũ ſomniabat; cuius conatũ, qui vix cõprimi poterat, veritus Imperatoris Conſtantini pædagogus Theodorus, ac metuens, ne quid detrimẽti Imperator acciperet, admonuit Imperatorẽ ipſum Conſtantinum, vt clã ſibi aſciſceret patriciũ Romanũ, & rei naualis præfectũ, qui fuerat patris ſeruus, & ſibi ſemper beneuolus vt ſecum eſſet, ipſumq; ſeruaret, ac ſi opus eſſet, ſociũ haberet et adiutorẽ. Igitur primũ hac de re habito colloquio, Romanus negauit; & iterũ ac ſæpius quũ id Theodorus tentaſſet, itidẽ renuit, ſed vbi ſchedulã ſua manu ſcriptã & rubris litteris obſignatã ei miſit Imperator, ea accepta ceſſit, & pollicitus eſt ſe Cõſtantini excubiarum præfecti & propinquorũ ipſius conatũ pro viribus prohibiturũ. litterę igitur, de quibus loquimur, & inceptа ſic proceſſere, & in foro ac via publica & in angulis ſubmurmurabãtur, & Excubiarũ præfectus, quãuis meditata contra ſe audiſſet, aſpernabatur, neminem ſiquidem contra ſe aliquid aggreſſurum opinabatur: egreſſus igitur & ſolitis militibus, ſtipendijs perſolutis, Romanumq; curans quã celerrime nauigare, in inſidias incidit: nam ſeruili veſte indutus ipſi Romanus occurrens, ſenſim ac paulatim in inſidias ipſum perduxit, quumq; nihil præſentiſcere præfectus regij cubiculi poſſet, verùm ſine dolo ac ſuſpicione col-

loqueretur, & propius acceſſiſſet, atque interrogaſſet an haberet viros formoſos, & generoſos idoneosq; ad regiam triremem remis impellendam, ipſeq; ſe habere, & prope adeſſe ipſos dixiſſet, capiteq; annuiſſet, vt aliqui ex ijs, qui formoſiores eſſent accederent. Conſtantinus hos conſpicatus & approbans ſoluere inde feſtinabat, & Romanus proxime ipſum incedens, vt appropinquarunt prætoriæ triremi, detento Conſtãtino, nihilq; amplius locutus, quàm hoc tantum Abducite hunc, ipſe conſtitit, & illi ad opus parati introduxerunt in prætoriam nauim, & tuto ibi detinebant: quum nemo eorum, qui illum ſequebantur, eum defendere auderet, omnibus ſtatim diſſipatis; fama igitur vulgata, perturbatio totam vrbem occupauit, vt veriſimile eſt Tyrannidem aliquos inuadere ſuſpicatam. quumq; ad Reginam Zoen rumor perueniſſet, ij etiam qui magiſtratus gerebant in maximam ſollicitudinem incidere Accerſit igitur Regina Patriarchã Nicolaum, & principes ſenatus, quibuſcum re communicata, ad Romanũ mittit, cupiens facti cauſam cognoſcere. Quumq; miſſi perueniſſent, vbi in ſtatione triremes manebant: & percontaturi eſſent, cur regij cubiculi præfectus detineretur, effrenis turba nautarum lapidibus illos expulerunt. Mane igitur Regina ad Bucoleontem egreſſa, accerſitũ filium & eos, qui cũ ipſo erant, interrogabat quo modo exortus eſſe hinc motus, ac nemine reſpondente, pædagogus Imperatoris Theodorus propterea quod ò Regina inquit, Leo Phocas exercitum perdidit, & Conſtantinus regij cubiculi præfectus palatium, hic motus factus eſt. & Imperator à Matre ad ſe poteſtatem transferens, patriarcham Nicolaum cum magiſtro Stephano perduxit in palatium, & poſtridie mittunt Ioannem Tubacem, qui Auguſtam à palatio remoueant. quæ cum luctu ac lachrymis ſuum filium amplexata, ad maternam eum pietatem atque commiſerationem commouit, quare ad eos qui illam ducebant, ſinite, inquit, matrem mecum eſſe. quod ſimul ac dixit, illi conſiſtentes eam reliquere. Elegit autem Imperator ſcholarum domeſticum in Phocæ locum magiſtrum Ioannem Garidam, veritus à Leone rebellionem, cuius petitione creati ſunt Symeon ipſius filius & Theodorus vxoris frater Zuphinezer, ſodalium præfecti. iureiurando igitur ab Imperatore obſtrictus domum ſuam redijt, ſtatimq; propinqui ipſius è regia eiecti ſunt, qua re cognita ſollicitudine ac metu affectus eſt; ſtatimq; adequitans ad nauale ſe contulit, ad Romanum Drungarium, contumeliam, quam ſuſtinuerat, & ignominiam narrans. communicata igitur re, & mutuo iureiurãdo confirmata, vtriuſque incolumitate, contractaq; inter filios ipſorum affinitate: conſilium cælabant, & Romanus miſſis ad palatium quibuſdam, de facto ſe ſe purgabat, non conſpirationem eſſe, neque defectionem iurans ea, quæ geſta eſſent. ſuſpicatus autem Phocæ inſidias, veritusq; ne quid Imperatori triſte accideret, in palatium redire voluit, ipſumq; & Imperatorem ſimul cuſtodire: ſed non credente Patriarcha, neque dicta approbante, vrget Theodorus pedagogus Romanum, vt ſoluens cum tota claſſe ad nauale palatij in Bucoleonte ſe conferat. ſed quum ille cunctaretur, ac differret, qui ad occultum facinus eum perducebant, vt vel inuitus imperata faceret, perſuaſerunt.

Digitized by Google

perſuaſerunt. deniq; eadem etiam die celebritatis euangelij inſtructa claſſe hoſtiliter ad Bucoleontem ſe recipit. & Stephanus magiſter ſtatim è regia deſcendit, aſcenditq; patricius Nicetas Romani affinis, & deducit patriarcham. qui vero cum Imperatore erant, miſſis venerandis vitæ auctoris lignis ad Romanum, & maxime horribili iureiurando ei promiſſa incolumitate, & execrationibus relligioſiſſimis numquam dolum contra Imperatorem cogitaſſe, concedunt vt cum paucis redeant in palatium, quod approbans Imperator reuerſum & adorantem introduxit in templum quod eſt in pharo, & fide data, acceptaq;, magnum ſodalium creat præfectum. ſtatim igitur ad Leonem Phocam perlatæ ſunt litteræ, ne deſponderet animum, néue deſperaret, aut ſiniſtri aliquid conſuleret, ſed parumper expectaret domi ſuæ quietus, quaſi propediem futurum eſſet, ut rebus ſuis conſuleretur, ſimiliaq; ad ipſum ſcribere etiam regij cubiculi præfectum coegit Cóſtantinum. quibus acceptis Phocas domi ſuę in Cappadocia quieuit. Quinta autem hebdomada ſanctorum ieiuniorum datur à Conſtantino Imperatore arrabo matrimonij Helenæ Romani filiæ, & tertia illius quæ dicitur Galilæa cum ipſa à Nicolao patriarcha coronatur. Imperator Romanum Imperatoris patrem creans, & pro ipſo ſodalium præfectum Chriſtophorum eius filium, & paulatim Leo Phocas perſuaſione ſuorũ cognatorum adductus, ac legionum, ad defectionem ſpectare cœpit. miſsisq; oratoribus ſecum aſciuit regij cubiculi præfectum Conſtantinum, & Anaſtaſium Gongylios & germanos fratres, & Conſtantinum Macelię, omnibus perſuadens pro Imperatore Conſtantino ſe arma capere. Romanus autem auream bullam compoſitam, quæ Phocæ prætextum euertebat, & Imperatoris manu ſigilloq; obſignatam, per quamdam mulierculam meretricem, quã propter tale munus etiã regiã appellarũt, in Leonis exercitum miſit, & alias item litteras per clericum Michaelem honorum & donorum pollicitatione legionum principes, atque exercitum corrumpentes; Sed hic Michael à Phoca deprehenſus, & crudeliſſime cæſus, auribus priuatus eſt. clam autem mulier in exercitu diſſeminatis, quæ ſtudebat, latuit; primum igitur Baris Michaelis filius Conſtantinus legionis Iſcanatorum dux relicto Leone ad Romanum ſe cõtulit, quem etiam Balantes, & qui dicebatur Azomorus, ambo turmarum præfecti, ſecuti ſunt. attamen Leo Phocas quum ad Chryſopolium veniſset, inſtructo exercitu ad eam buculam, quæ eſt ad aduerſam partem in columna impoſita, oppidanos perterrebat; at Romanus cum Dromone miſſo Symeone, qui caniclæo præerat, ad exercitum Apoſtatæ & aureo diplomate ab Imperatore obſignato, ei tradito, pręcepit ut modis omnibus illud recitandum exercitui curaret; erat autem aurei diplomatis ſenſus huiuſcemodi; meum imperium, quum ſibi ſubiectorum neminem neque vigilãtiorem, neque fideliorem compererit, quam Romanum huic ſecundum Deum ſuam cuſtodiam credidit, & pro parente ipſum habet; quum patriam erga ſe charitatem præ ſe ferat, Leonem verò Phocam ſemper ſibi repugnantem, inſidiaſq; molientem, qui nunc etiam occultam ſuam improbitatem omnibus conſpicuam fecit, neque domeſticum eſſe vult,

immo

Digitized by Google

immo ne vnum quidem eorum, qui ſibi ſubiecti ſint; habet, ſed rebellem, & Tyrannum. qui me inſciente ac nolente talem conflauit conſpirationem, vt ſibi imperij potentiam vindicaret. hoc igitur cognito popule meus, quod æquum eſt, velis intelligere, & agnito vero ac legitimo domino, cui à maioribus traditum eſt imperium, ab acerba deſciſce Tyrannide. quum autem Symeon in caſtra ingreſſus aureum diploma aperte exercitui miſiſſet, vbi eo lecto illius ſenſum percepere, cœperunt omnes diſcedere, & ad Imperatoris patrem Romanum confluere. Phocas autem primum conatus aurei diplomatis lectionem impedire, quum non potuiſſet: deinde paulatim ſuas copias deficere cerneret, deſperatis omnibus rebus, fuga ſibi ſalutem quærens, cum quibuſdam paucis ſibi fideliſſimis ad oppidum Ateus ſe recepit, vnde repulſus, peruenit ad quemdam locum, qui Leo vocatur, ibiq; à Michaele Barco & alijs plurimis, qui in ipſum conſpirauerant, capitur. Mittuntur igitur Ioannes Baces, & Leo Paſtillas, qui Conſtantinopolim ipſum introducant: hi verò captum luminibus priuarunt, vt aliqui aſſerunt, hoc ſibi à Romano occulte mandato; vt verò ij, qui cum Romano erant, aſſerebant, eius ſponte atque voluntate, etenim ſuccenſere Romanus videbatur, quod præter ſuam voluntatem id factum eſſet. Igitur Leonis defectio hunc habuit exitum. aliæ item contra Romanum ſtructæ inſidiæ fuere, à quodam Conſtantino Ctematico, & Daid Cumiliano, & Michaele manganorum curatore. hi enim, armatis quibuſdam adoleſcentibus, quum ſe venatum contuliſſet Romanus, mandarunt, vt eum interficerent. quibus cognitis comprehenſi inſidiarum auctores oculis priuati ſunt, perq; mediam vrbem traducti. Inter eos qui ita ignominioſe traducebantur, aderat Leo Phocas, mulo vectus: accuſata autem fuit Zoe Regina; quod inſidias moliretur Zoe Romani, & à palatio abducitur, & in monaſterio Sanctæ Euphemiæ monacha detondetur. Eiectus eſt item ex vrbe Theophilactus patricius, & Theodorus Imperatoris pędagogus, eiuſq; conſanguineus Symeon, qui iuſſi ſunt in opſicio degere, vt ij videlicet, qui contra Romanum aliquid machinarentur, operam ſuam nauauit ad hos in exilium pellendos præfectus excubiarum Ioannes Curcuas, qui ipſos ſtatim correptos in ulteriorem regionem nauibus traiecit; vigeſima verò quarta Septembris menſis die perducitur Romanus ad Cæſaris dignitatem, & Decembri menſe Imperij diademate coronatur, quum iuſſu Imperatoris Conſtantini patriarcha Nicolaus ipſum induiſſet. Romanus autem regio diademate coronatus ipſa die Sanctorum luminum ſuam quoque coniugem Theodoram corona inſignit, & maio menſe Sanctæ pentecoſtes die, ſuum itidem filium Chriſtophorum, per Conſtantinum ſpecie quidem volentem & admittentem vi, ſed clam dolentem & calamitatem ſecum lugentem, & ſoli duo ita proceſſerunt. Iulio autem menſe indictione octaua eccleſiæ vnio facta eſt, vnitis Metropolitanis & clericis, qui à Nicolao Patriarcha & Euthymio diuiſi fuerant. Imperator autem Romanus Stephanum in Antigoni inſulam relegat, vt regnum affectantem, & monachum detondet, & cum ipſo Theophanem quoque Titheothen, & Paulum Orphanotrophum

trophum

trophum ipſius familiariſſimos. & re pro tribunali iudicata, repente Imperatores in palatium redeunt, quum ipſis indicatæ fuiſſent inſidiæ. deteti autem Exarchi Arſenius Patricius, & Paulus Maglabites, luminibusq; priuati & per ora virum traducti in exilium pulſi ſunt. Hoc etiam anno ſibi generum aſciuit tradita ei in matrimonium filia Agatha, Romanus Imperator Leonem Argiri filium, virum generoſum ac pulchritudine corporis & forma præſtantem, & intelligentia, prudentiaq; præditum. Eodem quoque tempore accidere, quæ de Rentacio narrantur. Hic è Græcia profectum parentem ſuum aggreſſus eſt occidere. veritus autem ille filij incontinentiam in nauim conſcendit, vt Bizantium nauigaret, ab Imperatore petiturus, vt impediret filij inſcitiam; ſed is dum rediret captus eſt à Saracenis, qui tunc in Creta morabantur. Et Rentacius patrijs bonis potitus cum ipſis ad Megalopolim ſe conferens, ad ſacrum Dei Sophiæ templum confugit, vbi degens patrias facultates obliguriebat: non latuit hoc Romanum, ſed cognita re ſtatuit eum ab eccleſia eductum corripiendum. verùm ille certior factus regijs effictis litteris, vt potè miſſis ad Symeonem, ad Bulgaros transfugiendi conſilium cepit, ſed deprehenſus & conuictus, tum facultatibus, tum luminibus priuatur. uita autem functo Adralecto ſcholarum domeſtico, delectus eſt & in eius locum ſuffectus Pothus Argyrus. quumq; Bulgari vſque ad Cataſyrta progreſſi eſſent cum exercitu, ipſe quoque aduerſus eos cum legionibus profectus, ad Thermopolim, ita vocabatur locus ille, caſtra locat. Inde autem Michael legionum præfectus Moroleontis filium ad explorandas Bulgarorum res præmittit. qui temere & inconſiderate profectus in Barbarorum incidit inſidias. è quibus quum aliter effugere non poſſet, ad ſtrenue pugnandum ſe conuertit, multisq; Bulgaris interfectis, ac fuſis, ipſe quoque letali accepta plaga ad regiam vrbem reuerſus eſt, vbi paulò poſt exceſſit è vita. Eodem quoque tempore Romano Imperatori indicantur inſidiæ, quarum auctor erat Anaſtaſius ſacellarius pro Conſtantino Imperatore videlicet ſollicitus, deprehenſisq; auctoribus, ſinguli, perinde ac viſum eſt Imperatori, Romano pœnas dedere, Anaſtaſio Monacho detonſo. qua de cauſa etiam Conſtantinus prouehitur, & ſecundus Imperator declaratur. primus autem Romanus, qui hanc excuſationem attulit, ita tantum inſidias ſopiri poſſe, atque ſedari; quum propter res temporarias, & regnum fluxum, & caducum periurij reus factus eſſet, atque à Deo procul receſſiſſet, & res ciuitatis hoc in ſtatu erant. Symeon vero rurſus ingentem manum aduerſus Romanos mittit Duce Chagano vno ex ijs qui apud eum plurimum poterant, & Minico eorum, qui equos curarunt principe, quibus imperauit, vt quam primum ad ipſam vrbem cum exercitu accederent; quorum aduentu cognito Imperator Romanus, & veritus ne forte aduenientes pulcherrima palatia vrbi vicina, & magnificas domos incenderent, rectorem Ioannem cum Leone & Potho Argiris aduerſus eum idonea manu mittit, ex regia cohorte & legionibus coacta, quibuſcum Patricius quoque Alexius profectus eſt, & Moſele Drungarius claſſis, cum claſſe, cui præfectus erat; & quinta Ieiuniorum

hebdomada

hebdomada diſpoſito in planis fontium locis exercitu ibi morabantur, vnde quum Bulgari apparuiſſent, ac voce aſpera vſi magno impetu contra ipſos irruiſſent, fugit rector Ioannes, pro quo pugnans occiditur Photinus patricius, Platypodis filius, alijq; non pauci. vix igitur Rector ſeruatus incolumis, in Dromonem conſcendit. quod item facere ſtudens Alexius Drungarius, quia in Dromonis pontem nequiuit aſcendere in mare delapſus cum ſuo primo mandatore ſuffocatus eſt. Leo autem & Photus Argyri in caſtellum ſe recipientes ſeruati ſunt, ex reliqua turba alij hoſtium manus euadentes ſuffocati, alij ferro conſumpti ſunt, alij ad Barbarorum manus peruenere; at Bulgari quum multa eſſet eorum qui prohiberent, ſolitudo, & fortium palatia, incenderunt, & omnes anguſtias combuſſerunt. vigeſima Februarij menſis indictione decima moritur Theodora Romani coniunx, & in mirclæo ſepelitur, & Auguſta declarata eſt Sophia regis Chriſtophori vxor; aduenit etiam ex Iberia Iber Curopalates, & per medium forum tranſiens ſplendide ornatus, multa cum gloria & honore exceptus fuit, quem & ad Sanctæ Dei Sophiæ templum miſit Imperator, vt ipſius pulchritudinem magnitudinemq; conſpiceret: Abiens igitur & templi pulchritudine perculſus, ſumptuoſumq; templi ornatum admodum admiratus quum ſubiecißet vere hunc ſacrum locum Dei hoſpitium eſſe, domum ſuam redijt. Quum autem Bulgari rurſus Romanorum regionem inuaſiſſent, & ad Reginæ Theodoræ palatia prope acceſſiſſent, quia nihil ipſis impedimento erat, igni dedere. Romanus Imperator parato ſumptuoſo conuiuio, legionum duces inuitauit. aderat cum ipſis legionis excubitorum præfectus cognomento Sactitius, & incaleſcente potu, ac procedente conuiuio mentio facta eſt de Bulgaris. quumq; multa dixiſſet Imperator, quæ allicerent atque excitarent ad impetum faciendum, & prouocarent ad erumpendum ſtrenue cōtra hoſtes, & pro ſua patria acriter dimicandum, omnes conſenſere alacriter erumpendum, & pro Chriſtianis propugnationem ſuſcipiendam; diluculo igitur inſtructus Sactitius à tergo Bulgaros inſecutus, & in ipſorum caſtra ingreſſus, quum plures ad diripienda ſpolia per regionem diſſipati eſſent, omnes quoſcumque offendit, in caſtris occidit. quo cognito Bulgarorum turba ab ijs, qui aufugerant, ad exercitum reuertitur, & commiſſo prælio indefeſſi Bulgari cum defatigatis pugnantes, & integri cum viris, qui iam ſuperiore pugna vexati fuerāt, Sactitium fundūt cum paucis impetum hoſtium excipientem. Hic igitur quum ſtrenue decertaſſet, multosq; hoſtes occidiſſet, vbi iam fere detinebatur, relaxat equo frenum, & hoſtibus terga uertēs, fugit: quum autem ad quoddā flumen perueniſſet, & illud tranſiret, in luto equo defixo, à Bulgaris comprehenditur: & letalem plagam ad ſedem & fæmur accipit: equo autem è luto extracto ſtudio & opera ſuorum miniſtrorum, modo fugiens, modo cum ſuis reuertens, & perſequentes Bulgaros cædens, vſque ad Blachernas ſeruatur, & in templo ſancti ſepulchri poſitus, in ſequenti nocte mortuus eſt, non Imperatori modo, ſed etiam exercitui & omnibus Romanis magno relicto luctu. facta eſt item in Chaldia alia rebellio, perſuaſu ip-

ſu ipſius præfecti Bardæ patricij Boilæ, auctores nouandarum rerũ fuere Adrianus quidam Chaldus, & Tazzates Armenius admodum diues; iſti igitur occupata arce nomine Paiperte, contra Imperatorem armabantur. ſed cito apparens (forte enim in Cæſaria peregre erat) ſcholarum Dux Ioannes Curcuas conſpirationem illam diſſipauit, luminibus priuatis ijs, qui ex deprehenſis Illuſtriores erant, eorumque bonis publicatis, iuſſis autem pauperibus, & obſcuro loco natis illæſis quocumque vellent abire. ſolus uerò Tazzates arce in quodam excelſo tumulo condita occupata, acceptaq́; à domeſtico fide nihil ſe mali paſſurum in regiam vrbem ingreſſus eſt, & Manclabiti dignitate ornatus in manganorum domo ſeruabatur, ſed fugam molitus capitur, oculiſque priuatur. Bardas autem Boilas amice erga eum affecto Imperatore monachus detonſus eſt, nihil aliud amplius paſſus. Symeon verò Bulgarorum dux, quum ad Andrinopolim perueniſſet, eamq́; aggere & vallo circũdediſſet, accurate obſidebat: erat autem prætor vrbis patricius Leo, quem propter ipſius aduerſus hoſtes propenſum & alacrem impetum, morolleonta appellabant. Hic oppugnationem forti animo ſuſtinebat, ac ſtrenue, modoq́; à muro inuadentes Bulgaros repellebat, modo apertis portis eo impetu, qui ferri non poterat, erumpebat; vbi verò frumentum deficere cœpit oppidanis, fameſq́; eos, qui intus erat, ingens opprimebat, omni commeatus ſpe deſtitutos, illi inopia oppreſſi urbem prodidere, & ſe ipſos, vna quoque prætorem Bulgaris quem captum Symeon, & recordatus malorum, quæ Bulgaris intulerat, infinitis verberibus cæſum tandem acerba morte interfecit: igitur cuſtodibus vrbi Bulgaris impoſitis inde profectus eſt. qui quidem quum audiſſent contra ſe exercitum Romanorum aduentare, relicta vrbe fugerunt, & rurſus Andrinopolis in Romanorum ditionem peruenit. Tunc etiam Leo Tripolites cum ingenti exercitu & hoſtili claſſe aduerſus Romanos profectus eſt, quem in Inſula Lemno cum claſſe morantem Ioannes patricius, & claſſis Drungarius Radenus cognomento, repente inuadens facile fudit, Agarenis fere omnibus interfectis, & ipſo ſolo Tripolite fuga ſalutem adepto. Septembri autem menſe indictione ſecunda, princeps Bulgariæ Symeon omnem exercitum ad Conſtantinopolim ducit, & Macedoniam prædatus loca Thraciæ comburit, & omnia quæ ante pedes ei erant in ſuam redigit poteſtatem: quumq́; prope Blachernas caſtra poſuiſſet; poſtulauit, vt ad ſe mitterentur Nicolaus Patriarcha, & nonnulli eorum, qui magiſtratum gererent, vt de pace agerent. acceptis igitur vtrinque obſidibus, ne vllæ poſſent inſidiæ ſtrui, & Patriarcha freto iureiurando, in conſultatione propoſitum eſt quem Senatorij ordinis oporteret cum ipſo exire. delectus igitur fuit patricius Michael Stypiotes, & Ioannes Myſticus, & qui apud Imperatorem res moderabatur: iam enim Ioannes rector ad Imperatorem delatus è palatio egreſſus in ſuo monaſterio capillos totonderat. quum igitur hi ad Symeonem acceſſiſſent de pace collocuturi, eos dimiſit, &

ipſum Imperatorem Romanum velle ſe dixit conſpicere, quem certior factus erat, virum eſſe prudentem ac verum; huic rei Romanus libenter conſenſit. mittens igitur ad littus Coſmidij viros ad id idoneos in mari deſcenſum munitiſſimum conſtruxit, vt imperatoria triremis nauigans ibi veluti in portu maneret: ipſum vndique ſeptum muris diligenter curans. Imperauitq; in medio faſtigium conſtrui, vbi inter ſe colloquerentur. at Symeon miſſis militibus ſanctiſſimæ Dei Genitricis templum ad fontem combuſſit; quod Iuſtinianus Imperator ædificarat: & omnia, quæ circum erant, incendit, ex quo perſpicuũ erat nolle pacem. ſed Imperator quum ad templum Blachernarum cum Patriarcha veniſſet, in ſanctum Sepulchrum ingreſſus, adhibitisq; precibus cũ cantu Deo, & ſumpto * homophorio Dei Genitricis è templo egreſſus eſt, & armis tutis conſtipatus. Igitur decore inſtructa claſſe, quam ſecum habebat, ad ſtatutum locum peruenit. nona dies erat Nouembris menſis, qua hæc geſta ſunt. acceſſit etiam Symeon adducens exercitum in plures ordines diſtributum, & ſpecies, alij enim aurea ſcuta, aureasq; haſtas geſtabant, alij argentea, alij ærea, alij alio colore, perinde ac ſingulis viſum fuerat, inſtructi erant. qui medium circumſtantes Symeonem, vt Imperatorem Romana lingua laudibus celebrabant: omnes autem qui in magiſtratu erant, & vrbis populus è muris, quę fierent, conſpicabantur. primus igitur Imperator Romanus quum ad pontem, quem diximus, perueniſſet, Symeonem expectabat. datis autem vtrinque obſidibus, Bulgari accurate explorato ponte, ne forte aliquis dolus, aut aliquæ occultarentur inſidiæ, Symeonem ex equo deſcendere, & ad Imperatorem accedere hortati ſunt; igitur ſe mutuo ſalutarunt, & de pace loqui cœperunt. Aiunt igitur Romanum Symeoni dixiſſe. Audiui te hominem Chriſtianum, & Dei cultorem eſſe. ſed facta nequaquam verbis video conſentire. ſi enim re vera Chriſtianus es; parce tandem nefarijs cædibus, & impiæ ſanguinis effuſioni, & fœdus ini nobiſcum, qui Chriſtiani ſumus, quum & ipſe Chriſtianus ſis & voceris, neque velis Chriſtianorum dexteras ſanguine Chriſtianorum eiuſdem fidei contaminari; homo es etiam ipſe, & mortem expectas, & reſurrectionem, iudicium & præmium eorum, quæ geſſeris in vita, hodie es & cras in puluerem diſſolueris. ſi diuitiarum amore captus hæc facis, ego te his ad ſacietatem explebo; tantum amplectere pacem, & ama concordiam, vt etiam ipſe tranquillam vitam degas, & incruentam, & Chriſtiani tandem deſiſtant arma contra ſe mouere; hæc dixit Imperator. Symeon verò pudore perfuſus ob eius humilis animi virtutem pollicitus eſt ſe pacem facturum, & ità data, acceptaq; ſalute, diſceſſere; quum Imperator magnificis donis Symeonem proſequutus eſſet. Accidit eo quoque tempore neſcio quod prodigium memoratu dignum. duas aiunt aquilas colloquentibus Imperatoribus ſuper ipſos volaſſe, & clangore edito inter ſe congreſſas fuiſſe, ſtatimq; diſceſſiſſe, alteramq; in vrbem ſe contuliſſe, in Thraciam alteram volaſſe. quod

quidem

*Velum eſt, quod humeros tegit.

Digitized by Google

quidem auſpiciorum periti, haud fauſtum pronunciarunt auſpicium. nam vtrinque fœdera violatum iri dixere. Symeon uerò reuerſus ſuis principibus Imperatoris modeſtiam narrauit, & pecuniæ largitionem ac liberalitatem: die autem feſto Chriſti natali, indictione ſecunda, Romanus Imperator duobus filijs ſuis coronam imponit Stephano, & Conſtantino in magno templo, tertium ſuum filium Theophilactum, Patriarcha clericum totondit, Subdiaconum ipſum eligens, etiam ante Syncellum creatum, quum prius ad ſancta tranſiſſet cum ordine ſubdiaconorum. dignitate item ornauit myſticum Ioannem, & conſortem regni fecit patricium & conſulem; quintadecima die Maij menſis, indictione tertia moritur Nicolaus patriarcha, qui vixerat, poſtquam iterum declaratus fuerat, annos treſdecim, & Auguſto menſe Patriarcha creatur Stephanus Amaſiæ metropolitanus. accuſatus quoque myſticus, quod imperium ſibi vindicare ſtuderet, ſuaſu patricij Coſmæ, & Logothetæ curſus, qui eum ſibi generum collocata ei in matrimonium filia aſciuerat, è palatio eijcitur. permittitur tamen ingredi, & adorare Imperatorem: amans enim ipſum Imperator, prorſus repulſum noluit: ſed inſtantibus accuſatoribus, & aperta accuſationis indicia oſtendentibus, Imperator perſcrutatus, compertaq; re detenturus erat, & quæſtionem habiturus. verùm ille re præcognita fuga ſe ad monaſterium nomine monocaſtanum recipit: ibique Monachus tondetur: patricium autem Coſman & Logothetam flagellis cæſum Imperator in horologio magiſtratu abdicat: & in myſtici Ioannis locum ſufficit protoueſtiarium Ioannem regni conſortem; tunc etiam motus terræ factus eſt in regione Thracenſium, & horribilis terræ hiatus, ita vt multa loca & templa cum ipſis hominibus abſorpta ſint: Maio autem menſe indictione quintadecima Symeon Bulgariæ princeps Coruatas inuaſit. quibuſcum congreſſus ac ſuperatus in anguſtijs montium omnem ſuum amiſit exercitum. quidam verò Ioannes ad Imperatorem accedens fore dixit, vt ſi curaſſet abſcindendum caput poſitæ ſupra apſidem in xerolopho, & ad Occidentem reſpicientis columnæ, ſtatim Symeon decederet è vita: ipſi enim columnam hanc erectam eſſe. qui illius monitis obtemperans, columnæ caput abſcidit, eademque hora ſicuti accurate perſcrutatus comperit, Imperator, in Bulgaria Symeon vita functus eſt: morbo comitiali correptus. quo mortuo Bulgarorum Imperium Petrus obtinuit, eius filius ex altera vxore, Georgij Surſubules ſorore, quem etiam ſuis liberis tutorem Symeon inſtituerat: nam Michaelem ex priore vxore ſuſceptum filium adhuc viuens Symeon Monachum totonderat. Igitur finitimæ nationes, Turci, Serui, Chrobati & reliqui cognito Symeonis obitu aduerſus Bulgaros cum exercitu proficiſci decreuere. Inuadit item ingens fames cum locuſtis Bulgarorum gentem, vehementer opprimens, & conſumens tum populos tum fruges ac fructus; timuerant igitur Bulgari aliarum nationum aduentum, ſed mul-

Digitized by Google

cto magis Romanorum, conſilio ergo capto cum ſuis Petrus, ſtatuit aduerſus Romanos cum exercitu proficiſcendum, vt eos deterrerent. Itaque Macedoniam petunt, tum certiores facti contra ſe Imperatorem aduentare, clam quẽdã Monachũ mittunt, Petrus Bulgariæ princeps, & filiorum Symeonis tutor. Georgius cum litteris in hanc ſententiam ſcriptis, velle ſe cum Romanis fœdus percutere, ac ſi velint, etiam connubia contrahere; quem ad ſe venientem libentiſſime excepit Imperator, ſtatimq́; cum Dromone remiſit, monachum quemdam Theodoſium, & Conſtantinum regium clericum Rhodium, vt cum Bulgaris in Meſymbria de ijs, quæ ad pacem pertinerent colloquerentur. qui quũ eo veniſſent, quæ par erat collocuti pedibus rediere, cum quodam Illuſtris in Bulgaria nominis Stephano. poſt quos aduenit item Georgius Surſubules tutor, & alij quidam nobiles viri. qui quum in conſpectum Imperatoris veniſſent, conſpicati filiam Chriſtophori Imperatoris Mariam, quæ ipſis admodum placuit, erat enim forma egregia, Petro ſcripſerunt, vt primo quoque tempore, veniret, prius verò paci conſenſerant. Miſſus eſt item Nicetas Magiſter Imperatoris Romani ſocer, qui occurreret Petro, eumq́; ad regiam vrbem adduceret: qui quum ad Blachernas perueniſſet, Imperator cum triremi obuiam progreſſus eum ſalutauit, & magnifice excepit. Igitur inter ſe de ijs quæ vellent, collocuti fœdera pacis, & connubij confirmarunt protoueſtiario Ioanne in omnibus ſe interponente. octaua Octobris menſis egreſſus Patriarcha Stephanus cum protoueſtiario Theophane, omniq́; ſenatu benedixit Petro, & Mariæ in templo ſanctiſſimæ Dei Genitricis ad fontem quum nuptijs celebrandis præeſſent protoueſtiarius & Surſubules. ſplendidis autem & ſumptuoſis factis nuptijs, ingreſſus eſt Protoueſtiarius cum Imperatoris filia in vrbem: & quum tertium poſt nuptias conuiuium in ponte fontium Imperator feciſſet, apud ipſum pontem ſtante Regio Dromone conuiuio Petrus exceptus eſt. affuere autem conuiuio Conſtantinus Imperator & Chriſtophorus, factaq́; eſt haud mediocris contentio à Bulgaris, qui contendebant, prius declarandum eſſe & celebrandum Chriſtophorum, deinde Conſtantinum, quorum contentioni cedens Romanus Imperator iuſſit ita fieri, omnibusq́; rite perfectis, quæ in huiuſcemodi rebus fieri conſueuere, abijt Maria cum ſuo coniuge, & in Bulgariam peruenit deducta à ſuis parentibus & protoueſtiario, vſque ad hebdomum. Et res vrbis hoc modo gerebantur. Domeſticus autem ſcholarum Ioannes Magiſter Curcuuas agens, ac ferens res Syriæ, omniaq́; aduerſariorum loca ſubijciens, & plurimas arces ac propugnacula atque vrbes barbaricas euertens vſque ad celeberrimam Melitenem proceſſit. quumq́; oppidanos obſidione vexaret, coegit eos de conditionibus accipiendis cogitare. acceſſit igitur ad ipſum Apochaps Ameris filius; qui erat Ameras Melitenes, & Apoſalath præfectus legionum, quæ ibi erant, quos hilare & beneuole exceptos domeſticus ad Imperatorem miſit, quo cum locuti percuſſo pacis fœdere in patriam rediere

in

Digitized by Google

in amicorum & ſociorum populi Romani numerum aſcripti & cum ipſis aduerſus contribules ſuos inſtructi. Mortuo autem Apocaps & Apoſalath diſſoluta pax eſt. educit igitur contra ipſos exercitum domeſticus ille, quem diximus, quem ſequebatur. cum Armenijs etiam Magiſter Homelias, & primo prælio Melitenes intra Muros compulere, quum auſi fuiſſent in apertum prodire, deinde obſeſſa vrbe, diutiusq; oppugnatione continuata iure belli eam occuparunt: omnemq; finitimam regionem percurrentes in ſuam poteſtatem redegere. Melitenem igitur quum ad Curatoriam redegiſſet Imperator & omnem finitimam regionem, multa adduxit Populo tributa. Nicetas autem Magiſter, & ſocer Chriſtophori Imperatoris, accuſatus, quod ſubornaſſet Chriſtophorum contra ſuum parentem, vt eum ab imperio expelleret, ex vrbe expulſus monachus detonſus eſt. Menſis autem Iulij decima quinta indictione ſexta mortuus eſt Stephanus Amaſias, qui patriarchatus officio annos duos functus eſt & menſes vndecim: Decembri autem menſe adducunt Tryphonem Monachum, eumq; Patriarcham creant definito tempore, quoad Theophilactus Imperatoris filius ad legitimam peruenerit ætatem. Eodem menſe fuit hyems intollerabilis ita vt ad centum viginti dies terra glacie aſtringeretur, quam inſequuta eſt ingens fames, omnes, quæ vmquam fuere ſuperans, & ab hac frequentes hominum mortes, ità vt viui haud poſſent mortuos afferre, quum Imperator pro viribus & hyemi & fami ſuccurriſſet, beneficijs & largitione atque alijs omnis generis auxilijs. Contra Petrum Bulgariæ Principem Ioannes frater illius cum alijs, qui multum poterant, in Bulgaria conſpirauit, atque deprehenſus & loris cæſus in vincula coijcitur reliqui omnes ſupremo ſupplicio affecti ſunt, & Imperatori Romano Petrus, quæ geſta eſſent ſignificauit, quibus ipſe perceptis monachum Ioannem olim rectorem miſit ſpecie quidem permutationis, ſed re vera & varijs modis inueniret Ioannem, & inuentum Conſtantinopolim adductum curaret, quod factum eſt. quumq; potuiſſet rector decipere Ioannem, in nauim conſcendens à Meſembria cum ipſo ad regiam vrbem peruenit, ac paulo poſt abiecto Monachi habitu, vxorē quā petierat, accepit cum domo, poſſeſſionibusq; quamplurimis: Michael autem alter Petri frater Bulgaricum affectās Imperium occupato munito oppido Bulgarorum ſtatum perturbauit, & plures ad ipſum confluxere, ſed ipſo paulo poſt vita functo, veriti qui confluxerant Petri Regis iracundiam Romanas regiones inuaſere per Macedoniam & Strymonem, & Hellada profecti Nicopolim, omniaq; ante pedes prædati; & ad extremum in ipſa quieuere, qui debellati in poteſtatem Romanorum peruenere. Hoc tempore decidit lapis ab apſide, quæ eſt in foro, quem Coſmitem vocare conſueuerunt, & Sexaginta homines interfecit. fuit item terribile incēdium proximæ Sanctiſſimæ Dei Genitricis foro, & incenſum eſt ſeptum vſque ad ea loca quæ pſichæ dicuntur. mortuus eſt etiam Chriſtophorus Rex Auguſto Menſe indictione quarta, & in monumento patris

Digitized by Google

to patris ſui ſepultus. Exacto autem definito tempore, quem Triphon patriarcha præfinierat, nolebat, vt pollicitus fuerat de ſede decedere. ſed iudicium quærebat & crimina ſibi obijci, quibus ab eccleſia merito pelleretur. & quum Imperator hac in re, quid conſilij caperet, ignoraret, Cæſarias Thophanes, quẽ Charrinum etiam appellabant eloquens vir, triſtem cernens Imperatorem, neque illuſionem, neque dolum æquo animo ferentem, pollicitus eſt ipſi incœpta ad exitum ſe perducturum. Imperator autem quum approbaſſet illius pollicitationem, dolo aggreditur Patriarcham, & ad ipſum accedens dixit, Multum ò Domine contra te conatur Imperator, & cauſas inquirit, quibus te de ſede detrahere merito poſſit, ſed quum multum laboret non tamen inuenit, quomodo enim inſonti culpa aſcribi aliqua potuerit? verùm vnam cauſam afferunt, qui te detrahi ſtudent, aiunt te litteras prorſus ignorare. ſi igitur hanc remouere poſſimus, lupus inhians videbuntur ij, qui contra te machinantur. ſi quid igitur mihi auſcultes, tota Synodo præſente, in charta non ſcripta ſcriptum tuum nomen, & ſacerdotij dignitatem, mittito Imperatori, vt certior de hac re factus, de ſpe decidat, deſiſtatq; contra te aliquid moliri. viſum eſt illi vtile conſilium. ſtatim igitur coactam ſynodum alloquitur Patriarcha. Qui me de ſede iniuria detrahere cupiunt ò ſacri mei miniſterij collegæ, multis admotis machinis, vt probabili cauſa inuenta me expellerent, non inuenere. ad extremum hoc mihi obijciunt, expertem me litterarum eſſe aiunt, nũc igitur coram omnibus vobis has litteras inſcribo, vt videntes ac certiores facti calumniatores deſinant iniuria mihi negocium faceſſere, dixit; & ſumpta charta non ſcripta coram omnibus ita ſcripſit. Triphon miſeratione diuina Archiepiſcopus Conſtantinopolis nouæ Romæ, & œcumenicus Patriarcha. & ſcripta per protothronum mittit Imperatori. quibus ille acceptis & alia non ſcripta charta deſuper contenta cauſam cur ſe abdicaret ſcriptis videlicet indignum ſe throno cuicumque volenti cedere: & hac excuſatione ad ſynodum allata, ab eccleſia Triphon remouetur multum conquerens de fraude, & protothronum grauiter accuſans: anno vno poſt & menſibus quinque (tantum enim temporis requirebatur ad perfectam Theophilacti ætatem, qua princeps ſacerdotum deligeretur) Februarij menſe indictione ſecunda, creatur Patriarcha Theophilactus Imperatoris filius.

Baſilius autem quidam Macedo Conſtantinum ducis ſeipſum diuulgans multos deceptos ad ſe ſe attraxit, & circuiens commouebat, ac perturbabat ciuitates ad defectionem ſollicitans: ſed comprehenſus à quodam turmæ præfecto Elephantino cognomine, & ad Imperatorem perductus altera manu priuatus eſt, deinde dimiſſus rurſus manu ærea ſibi impoſita conſtructoq; eximio enſe, opſicium circũ ambulabat ſimpliciores decipiens, eſſe ſe Conſtantini ducem aſſerebat. magna igitur manu coacta, & occupato oppido, quod Antiqua petra appellatur, omnem exercitum ibi collocauit, vnde profectus in quęcumque

que incideret loca, & populabatur, ac diripiebat. Igitur Imperator contra ipſum miſſo exercitu, & eum capit, & qui eum ſequebantur, & multa habita quæſtione, vt cognoſceret an aliqui eorum, qui magiſtratum gererent, conſcij eſſent, ad extremum, quum nihil quod ad rem faceret, deprehendiſſet, in loco, qui Amaſtrianum dicebatur, eum igni comburi iuſſit. adducit autem vxorem Stephano filio Imperator Romanus, Annam Gabalæ filiam, cui ſimul cum nuptiali corona regni diadema impoſuit. facta eſt autem irruptio Turcorum contra Romanos Aprili menſe indictione ſeptima, & per omnia ædificia excurſiones fecere, vſque ad vrbem. miſſus igitur Patricius Theophanes, & protoueſtiarius permutationem fecit nulli ad liberandos captiuos parcente pecuniæ Imperatore. Nupta eſt item Conſtantino reliquo Imperatoris filio puella Helena nomine ab Armeniacis oriunda, Adriani patricij filia, qua paulò poſt vita functa, aliam duxit nomine Theophane à Mamante originem ducentem, & decima quarta indictione Iunio menſe vrbem inuaſit Rhoſica claſſis cum decem milibus militum. contra quos egreſſus Patricius & protoueſtiarius Theophanes ſuam claſſem ad ſacrum portum appulit, illis in pharo atque littoribus vlterioribus manentibus. obſeruata igitur temporis opportunitate in eos confeſtim inuaſit, eorumq́; ordinem diſſoluit, ac plura nauigia artificioſo igne combuſſit, alia pœnitus fugauit. qui igitur ſuperfuerant ex ipſis Ros ad orientem tranſmittunt, & ad loca, quæ Sgora dicuntur, claſſem appellunt. Bardas autem Patricius Phocæ filius littora percurrens, cum equitatu, delectisq́; viris cuidam ipſorum legioni idoneæ frumentatum miſſæ obuiam factus, eam profligauit, & occidit. præterea domeſticus ſcholarum Curcuas, qui ſtatim cum legionibus apparuit, hos abſtractos, quos huc atque illuc vagantes inuenerat, male affecit. quæ verò iſti mala perpetrarint, antequam debellarentur ea ſuperant omnem tragædiam. nam ex ijs quos ceperant, alios in crucem agere, alios clauis terræ affigere, alios quaſi ſcopulos propoſitos ſagittis petere. qui verò ex captis, ſacerdotij dignitate præſtabant, horum capita acutis clauis traiecere, ſacra quoque templa haud pauca combuſſerunt, uerùm hæc prius geſta ſunt. ſed poſtquam vt ſupra dictum eſt, bello nauali victi, terraq́; peſſime vexati ſunt, contracti in ſuis nauibus quieſcebant, iamq́; ipſis omnia ad victum neceſſaria defecerant, cupiebantq́; in patriam redire, ſed verebantur claſſem propinquam eorũ profectionem obſeruantem. attamen illi obſeruato tempore, ſignoq́; dato, inde ſoluerunt, nec latuere patricium & protoueſtiarium Theophanem, qui cognita ipſorum profectione, ſtatim illis occurrit; committiturq́; altera naualis pugna; & iterum Ros profligantur, & aliæ naues demerſæ, aliæ ferro & igni conſumptæ, aliæ cum hominibus in poteſtatem Romanorum peruenere, paucæ quæ belli neceſſitatem effugerant, in patriam diſceſſere, pro quibus Imperator protoueſtiarium remunerans, regij cubiculi præfectum creat. conflata autem inuidia contra domeſticum ſcholarum Ioannem Curcuam ab alijs Imperatoribus

ribus, volebat enim Romanus Imperator, Euphroſynem domeſtici filiam, nubere ſuo nepoti Romano minimo natu filio Conſtantini; coegit eum ſe ſe magiſtratu abdicare: quum duobus & viginti annis ac menſibus ſeptem, ſine ſucceſſore domeſtici magiſtratum geſſiſſet, & id munus recte adminiſtraſſet, omnemq;, vt ità dixerim, Syriam percurſam ſubegiſſet. quod ſi cui libeat huius hominis pręclaras res geſtas prædiſcere, is quærat librum à quodam Manuele protoſpathario, ac iudice elaboratum; octo enim libris ille huius glorioſa facinora conſcripſit: atque inde percipiet, qualis in rebus bellicis vir fuerit. Et quemadmodum iſte, ità etiam Theophilus ipſius conſanguineus auus Ioannis, qui deinde Imperator fuit, vrbes in Meſopotamia Saracenorum affecit: vbi Pręțor erat, quum eas ſubegiſſet, & ad extremum omnes Agarenos funditus perdidiſſet. & Romanus item patricius domeſtici filius dux belli creatus, & multa oppida cœpit, & plurimorum ſpoliorum Romanis auctor fuit. Ioanne verò magiſtratu abdicato creatur domeſticus Scholarum Panterius Imperatoris Romani propinquus. placans autem Deum Romanus Imperator propter violatum iuſiurandum, quum eum pœniteret rupti fœderis, & alia præſtitit beneficia, quæ enumerare difficile eſſet, & ęs alienum ciuitatis diſſoluit, tam diuitum, quam pauperum, tributis, vt aiunt, centenariis decem & nouem, tribulisq; in Omphalio purpureo ad æream combuſtis: tribuit item precium conductarum in vrbe domorum à præſtantiore exorſus vſque ad extremum, quæ verò teſtamento præceperit fieri pro animæ ſuæ ſalute cotannis ad monumentum à ſe recens conditum ex mirelæo, omnes etiam num perfici, atque obſeruari non ignorarant. prima autem indictione, quum Turcæ rurſus excurſiones contra Romanos feciſſent, præfectus regij cubiculi Theophanes egreſſus, fœdus cum ipſis percuſſit, acceptisq; obſidibus redijt: ſecunda autem indictione Paſchalium protoſpatharium, & Longobardiæ ducem miſit Imperator ad Regem Franciæ Hugonem, qui peteret eius filiam nuptui dari Porphyrogeniti filio Romano, quæ adducta cum multis opibus Romano in matrimoniũ collocata eſt; quo cum vixit annos quinque, & vita functa eſt. Flauit etiam vehemens ventus Decembri menſe. quumq; decidiſſent ij, qui Demi dicuntur, ſuppoſitas ſibi ſedes contriuere, & quæ Stithea vocantur. Quum verò à Romanorũ copijs Edeſſa obſideretur, Edeſſeni malis obſidionis grauiter oppreſſi, legatos ad Imperatorem miſerunt, petentes vt exercitus ab obſidione recederet, ſeq; polliciti ſunt precium daturos, ſanctam Chriſti effigiem. ſoluta igitur oſidione, tradita eſt imago, & ad regiam vrbem perducta, eam excipiente Imperatore cum ſplendido atque decenti ſatellitio per regij cubiculi præfectum Theophanem, ijſdẽ diebus ex Armenia Conſtantinopolim monſtrum peruenit, pueri mares coniuncti, ex vno ventre egreſſi. & ex vrbe tamquam improbum augurium eiecti ſunt. ſed regnante Conſtantino, iterum rediere. & poſtquam alter eorum mortuus eſt, conati ſunt peritiores Medici mortuam partẽ abſcindere, qua abſciſſa

reliqua

reliqua viua, quum parum ſuperfuiſſet itidem mortua eſt. Imperator autem Romanus omnes in honore habebat Monachos, ſed præcipuè monachum Sergium fratris filium Photi Patriarchæ virtutibus præditum, omnibusq; bonis ornatum, qui ſemper admonebat Imperatorem, vt filiorum curam ſuſciperet, neque eos rudes eſſe permitteret, ne quomodo ei accideret, quòd olim Eli euenit, eadem autem indictione Imperatorem Romanum, è palatio detraxere, quem in primam inſulam adductum monachum totondere, qui verò ipſum detraxerint ab imperio, & quomodo, in ſequentibus dicetur. Quum Conſtantinus Imperator admodum puer pupillus relictus eſſet, & res à matre ipſius Zoe, & tutoribus quos antea recenſuimus, adminiſtrarentur, Conſtantinus Regij cubiculi præfectus, apud Reginam plurimum valens & ob ſororem affinem habens Magiſtrum Leonem Phocam domeſticum ſcholarum Orientis, & idcirco omnes Imperij habenas, quocumque vellet, circumducens; noctes, dieſque meditabatur, qua ratione ad ſuum affinem transferret Imperium, ſublato è medio Conſtantino. quod quum cognouiſſet Porphyrogenneti pædagogus Theodorus, vt ſuperius diximus, ſtuduit ſenem Romanum, tunc rei naualis præfectum, ſibi conciliare, & in palatia introducere, videlicet vt cuſtodem & propugnatorem Imperatoris futurum. hic autem introductus & paulatim per gradus totius potentiæ compos factus, non contentus fuit ijs, quæ ſibi data fuerant, verùm violato, quod dederat, iureiurando (ſe enim maxime horribili ſacramento obſtrinxerat) numquam ſibi ſe Imperium vſurpaturum, ſe ipſum Imperatorem declarauit, conſentiente Porphyrogenneto, ſed ſecundum Homericum carmen inuito animo eique Diadema imponente: neque ſe ipſum ſolum, ſed etiam paulò poſt Chriſtophorum filium, & paruo interiecto interuallo Stephanum & Conſtantinum filios declarauit: & Imperator declaratus, non contentus fuit ea declaratione, neque ſecundum ordinem libenter amplexus eſt: ſed ſublato è medio pædagogo, & reliquis, quicumque videbantur obſiſtere, primus Imperator celebratus eſt, & omnes res pro arbitrio moderabatur. poſt ipſum declarati ſunt filij, & poſtremus omnium Conſtantinus. hic igitur Conſtantinus habitum tantum & nomen habens Imperij, voluptatum verò, quæ ex ipſo percipiuntur ſemper expers: cupiebat & vota faciebat patrium Imperium incolume ſeruare, illis è medio ſublatis, qui introducti fuiſſent; quod non aliter ſe ad exitum perducere poſſe exiſtimauit, niſi filios patri redderet inimicos.

Chriſtophorus igitur prius morte occupatus eſt, ſupererant autem adhuc Stephanus & Conſtantinus. hos tentare decreuit, num aliquo modo poſſet incœpta perficere, & Conſtantinum qui ſtabiliore mente præditus erat, non eſt equidem auſus tentare, adhibere autem omnem

Q machinam,

machinam, & omnibus modis experiri Stephanum ſtatuit mente leuiorem, quique facile poſſet, quocumque ipſe vellet, conuerti; atque ad hanc rem ſibi aſciuit ſocium, & adiutorem ingeniorum quemdam hominem peritum eloquentiæ, & dolos conſuendi. hic erat Baſilius cognomento Petinus, in legione ſodalitatis delectus, & familiaris, amicusq; à teneris Conſtantino, hunc ſocium conſilij aſſumpſit, & per ſe ſtuduit & Stephani amicitiam conciliare blandis verbis decepti, & omnibus machinis à mente deducti. nam Petinus quum modis omnibus ſtuduiſſet Stephano amicus fieri, vbi ſibi enim conciliauit, frequenter ad eum adiens & ſermones cum ipſo habere, & conſilia dare, quæ ipſum mulcerent & paulatim à mente deduceret. Cur inquiens ò Imperator iuuenis & robore fortis, & animi magnitudine præſtans, ac prudentia ornatus res negligis, & permittis à tenui & antiquo rupto filo pendere, ipſius innuens parentem, neque excitaris, & hunc qui tuis conatibus eſt impedimento, è medio tollendum curas? ipſe verò adminiſtrationem rerum ſuſcipis? quum poſſis non modo imperium ſolum Romanorum, ſed etiam multa ſimul gubernare; Age pare mihi vtilia conſulenti, & experrectus ſuſcipe rerum moderationem, & operam da vt Romanorum regnum floreat, hoſtium verò frangatur & debilitetur, & rebus ipſis oſtende non temere neque fruſtra te florere ætate, aut reliquas animi præſtantes virtutes tibi diuinitus conceſſas. habebis autem ad hanc rem opitulatorem & miniſtrum tuum affinem Porphyrogennetum, qui valde Deum inuocat, & cupit à parentis tui ſeueritate liberari, & à te videre regnum adminiſtrari. his verbis adductus Stephanus tanta affectus eſt imperij cupiditate, & patris ab imperio remouendi vt eam coercere non poſſet: quumq; incœpta aggreſſurus eſſet, verba quædam, iniecit fratri, quibus ſuum innuebat conſilium. ſed vbi ille primis verbis intractabilis repertus magis admonebat, ne confideret affini, verùm patri iam ſeruaret fidẽ & amicitiá, illum omiſit, vt ſibi potius impedimento quàm auxilio futurum: decreuitq; per ſe, pro viribus facinus aggredi, aſcito ſibi ſocio Baſilio, quem diximus, & Monacho Mariano Leonis Argyri filio, qui ab Imperatore Romano in multo honore habebatur, cuiq; fidem habebat, & quibuſdam alijs cum ipſis. obſeruato igitur opportuno tempore ab imperio parentem ſuum deijcit, menſis Decembris. 16. indictione tertia anno. 6453. vigeſimum ſextum in imperio degentem annum, & in primam inſulam relegat detonſum monachum vel inuitum. Exacto igitur Romano ſtatim Stephanus rerum adminiſtrationi acrius incumbit ſocios habens & affinem & fratrem, ſed quia non in omnibus æque ſentiebant, verùm diſcrepabant, aliquando; hac de cauſa offenſionem exortum eſt initium, & alter alteri in ſuſpicionem veniebat, Porphyrogenneto Stephanus, & Stephano viciſſim Porphyrogénetus, alter in alterú indecora turpiaq; conijcere: & Stephanos curá ac ſtudiú non vul-

garc

Digitized by Google

gare adhibebat, vt fratrem & affinem exigeret, & ſolus ipſe Monarcha res procuraret; ſed quando ſecundum poetam ſunt alia etiam igne calidiora, imprudens magis detrimentum accepit à Conſtantino quàm intulit. ſi quidem ille, quum ſibi ſtrui ſenſiſſet inſidias, nulla interpoſita mora incœpta aggreſſus eſt, multum Helena ſua vxore ad id ipſum irritante, vt imperio fratres priuaret. Communicato igitur arcano Baſilio Petino & per ipſum ſibi aſcitis Mariano, itemq; Nicephoro, & Leone Bardę Phocę filijs, & Nicolao & Leone Turnicijs, & alijs non paucis Stephanum, & Conſtantinum nihil ſuſpicantes ipſo prandij tempore, ſimul prandentes corripit & à Regia abducit vigeſima prima Ianuarij menſis, eadem tertia indictione; & in naues impoſitos relegat alterum in Panormum inſulam, Conſtantinum autem in Terebinthum & per Baſilium Cæſariam & Anaſtaſium Heracliam ambo clericos detondet, paulò poſt tranſlatos Stephanum in Præconeſſum deinde in Rhodum & ad extremum ad Mitylenem, Conſtantinum verò in Samothracem. ſed Stephanus forti animo perſeuerauit ferre illata ſibi infortunia, Conſtantinus autem ita affectus, vt non negligendam rem curaret, quum audentius, quàm par eſt, inſurgeret, & ſæpe fugam tentaret, altero anno poſtquam è regno excidit, interfecto eo, qui ſe cuſtodiret, à reliquis ipſe quoque interficitur. Menſe autem Iulio, ſexta indictione Romanus etiam ipſorum pater naturæ conceſſit, & in myrelæo ſepelitur. Porphyrogennetus autem, ſublatis è medio ijs, quos ſuſpectos habebat, & ſolus ſupremum imperium nactus, ſacro paſchate eiuſdem indictionis Romano filio diadema imponit, cerimonias ſacras peragente, ac benedicente Theophilacto patriarcha. quum exiſtimaretur autem vir ſtrenuus futurus, & accuratius, quæ imperio conducerent, procuraturus, ſi ſolus imperaret, multo diſſolutior viſus eſt, neque reſpondit expectationi: nihil enim præſtitit ea dignum; nam & à vino vincebatur, & difficilioribus, quæq; maioris laboris indigerent, facillima præferebat, neque excuſari poterat, ſi quid offendiſſet: & ſine vlla miſericordia puniebat, neque vllum habebat in creandis magiſtratibus diſcrimen, neque ab optimatibus eos adminiſtrari habito eorum delectu volebat, quod magnifici Imperij opus eſt, ſed cuilibet magiſtratum committens verbi gratia præturam, aut adminiſtrationem ciuitatis non probatis viris, auctor erat, vt pleriq; viles, neque à culpa vacui, ad maximos Reipublicæ magiſtratus gerendos deligerentur, multum ad eam rem adiuuantibus Helena vxore, & Baſilio regij cubiculi præfecto, qui magiſtratus venales effecerant; verùm non omnino laudabilium actionum expers fuit Conſtantinus; quam enim ſumus in præſenti commemoraturi, ea laude & admiratione digna, obſcurare & veluti vmbra quadam tegere potuit, multa illius vitia; etenim doctrinas, Arithmeticam, muſicam, Aſtronomiam, Geometriam, Stereometriam, & omnium præſtantiſſimam Philoſophiam, quæ iamdiu negligentia, & ſuperiorum principum inſcitia defecerant, proprio ſtudio recupera-

uit,perquiſitis in vna quaque ipſarum peritiſſimis, ac probatiſſimis viris & inuentis,magiſtrisq; conſtitutis, & probos homines approbans, & apud ſe detinens,expulſa temeritate auctor fuit,vt breui Reipublicæ adminiſtratio ad probabiliorem rationem traduceretur; curam item ſuſcepit earum artium, quæ quum manu tractentur, mechanicæ dicuntur, & ad magnum incrementum eas perduxit: fuit etiam erga Deum pius & relligioſus ac liberalis. neque vnquam, quum ſupplicationes fierent, ad ſacra templa acceſſit inanis, neque ſine fructu coram Deo conſpectus eſt, verùm magnifica dona,& qualia deceret amatorem Chriſti Imperatorem; afferebat: Remuneratus eſt item eos, qui ſibi ad expellendos fratres operam nauauerant. Bardam Phocam eo honore affecit, vt crearetur Magiſter & domeſticus ſcholarum Orientis, Nicephorum, & Leonem ipſius filios,alterum Orientis exercitus ducem Nicephorum, alterum Cappadociæ præfectum declarans,& Conſtantinum alterum filiorum Seleuciæ,Baſilium autem Petinum magnæ ſodalitatis præſidem, Marianum Argyrum comitem ſtabuli, & corticium Manuelem excubiarum pręfectum. execuit Romanum Stephani filium,qui poſtea Sebaſtophorus fuit, itemque Baſilium è ſerua natum Romano ſeni, & Michaelem Chriſtophori Imperatoris filium clericum totondit,adamantinis autem,vt ipſe exiſtimabat, vinculis confirmato imperio,omniq; ſuſpicione prorſus remota,quum ſibi videretur in tuto collocatus,parum abfuit, quin in duas maximas incideret inſidias. Theophanes enim regij cubiculi præfectus voluit ſenem Romanum ex prima inſula ad palatium adducere,cum alijs haud paucis, quos ſibi conſcios habebat, & alij quidam Leo,videlicet Cladon,Gregorius Macedo,& Theodoſius princeps equiſonum Stephani,& Ioannes rector,de Stephano à Mitilene reducendo, & in imperio collocando conſilium cepere. verùm patefactis conſilijs à quibuſdam coniuratis, Theophanes cum ſuis adiutoribus in exilium eiectus eſt, qui verò Stephano fauebant,cæſi & publice traducti naribus amputati eiecti ſunt.

Non deſiſtebant autem Turci in Romanorum regionem irrumpere, eamq; depopulari quoad Boleſodes ipſorum dux, quum decreuiſſet Chriſtianorum fidem amplexari ad Conſtantinopolim peruenit,& baptizatus, à Conſtantino Imperatore ſuſcipitur,patriciatus dignitate decoratus, ac multæ pecuniæ compos effectus, deinde domum reuerſus eſt. paulò poſt item Gylas ipſe quoque Turcorum dux Conſtantinopolim ingreſſus baptizatur, paribusq; & ipſe affectus muneribus & honoribus diſceſſit. aſſumpſit autem & ſecum adduxit monachum quemdam Hierotheum nomine qui habebatur relligioſus ac pius, Turciæ epiſcopum à Theophilacto delectum, qui eo profectus multos à barbaro errore ad relligionem Chriſtianorum traduxit. verùm Gylas in fide permanſit,neque ipſe in Romanos inuadens, neq; captos Chriſtianos negligens, ſed redemptos precio curans in libertatem vindicabat. Boloſodes autem violato fædere diuino ſæpe omnem exercitum in Romanos adduxit. quod quum

in Francos

Digitized by Google

in Francos quoque facere decreuiſſet, captus ab Otone ipſorum Rege in crucem actus eſt: & ea quæ fuerat vxor ducis Rhos qui contra Romanos claſſem adduxerat, Elga nomine, mortuo ipſius viro, ad Conſtantinopolim ſe contulit,& baptizata, quum ſyncerę fidei cultum ſe ſuſcipere inſtituiſſe, oſtendiſſet; pro ſui propoſiti dignitate ornata domum rediјt: quum verò Romano deſponſa puella mortua eſſet, vt diximus, virgo; deſpondet illi Imperator ac pater aliã vxorem, non Illuſtri ſed obſcuro loco natam, & à vilibus, atque cauponariam artem exercentibus Anaſtaſo appellatam, ſed ab eo Theophano nomine mutato vocatam. Quum autem Ameras Tarſi contra Romanos cum exercitu profectus eſſet, atque in Herculis vicum milites prædatum miſiſſet, quidam presbyter Themel nomine ſacrificium incruentum peragens, vt agnouit Saracenorum irruptionem relicto ſacrificandi munere, ità vt erat indutus, manibus geſtans Eccleſiæ myſterium ſic eos qui inuaſerant, propulſauit, & multos vulnerauit, haud paucos interfecit reliquis in fugam verſis,& ab Epiſcopo interdicto ei ſacrificandi munere poſtquam non impetrauit veniam ad Agarenos ſe contulit, & Chriſtianam fidem eiurauit: atq; cum ipſis egreſſus non ſolum Cappadociam & finitima loca vexabat, ſed etiam vſque ad Aſiam, quæ minor dicitur peruenit, & quanta detrimenta intulerit ne ſcribere quidem nobis fas eſt. Iam verò, vt diximus, creatus domeſticus Scholarum Bardas Phocas, nihil memoria dignum geſſit, quando enim ſubiectus alteri fuit, admirabilem ſe ducem præbuit, quando verò ab illius mente omnis exercitus poteſtas dependebat, nihil vel parum profuit Romanorum imperio: captus enim auaritiæ morbo, de mente deductus eſt. quare aliquando quum inopinato in Militem Chaudam incidiſſet, ab omnibus, vt aiunt, relictus: parum abfuit, quin caperetur, niſi ſcutis protegentes eum miniſtri à captiuitate eum liberaſſent; vulnus autem accepit in fronte ingens & altum, ita vt vſque ad obitum inſignem circum tulerit cicatricem: Nicephorus autem,& Leo, ipſius filij omni turpi lucro ſuperiores,& ſubiectos ſibi veluti legitimos filios gubernantes, plurimum Romanorum imperium adiuuerunt; & proſperi Nicephori ſucceſſus, ne continens interrumpatur hiſtoria, in rebus, quæ de ipſo memoriæ mandantur, recenſebuntur. at Leo Apoſalair illuſtrem virum,& Chabdæ propinquum, cum infinita multitudine in Romanos egreſſum, & in fugam verſum comprehendit, & Conſtantinopolim miſit; alijs militibus partim in prælio occiſis, partim viuis captis: quem ad Regiam vrbem adductum, Imperator Cõſtantinus, quum in Triumpho eum duxiſſet, eiusq; ceruicem pedibus conculcaſſet, honoribus ac muneribus eſt proſequutus, Conſtantinum verò reliquum Phocæ filium viuum captum Chabdam ad Chalepe perduxit. quumq; multum conatus eſſet ad execrabilem ſuum cultum eum traducere; vbi conſtantem reperit, veneno eum interemit. cuius rei fama admodum dolens Bardas, omnes quos habebat captiuos ipſius Chabdam propinquos gladio interfecit, & præterea qui

miſſus fuerat, vt permutationem faceret Paulus magiſter Monachus, re infecta rediJt: & Chabdam intolerabili dolore ob cognatos affectus contra Romanos cum exercitu inuadit. ſecum adducens, ad ſe miſſum ab Imperatore de pace nuntium, Nicetam Patricium Chalcuzzen, & multos ſtrenuos viros fortiſſimos ac nobiles Romanos viuos cepit. Sed cum Nicetas Phocæ clam indicaſſet omnia Chabdæ conſilia & itinera quibus eſſet rediturus, prope quemdam locum Phocas inſidias collocat, vbi anguſtus erat & præceps aditus, quo quum perueniſſet, Chabdam in medijs anguſtijs ab inſidijs eſt circumuentus. nam qui ibi collocati fuerant, quum ſurrexiſſet, ſaxa eximia in ipſum deuoluebant, & omnis generis tela conijciebant. & Chalcuzzes hortatus quoſdam Saracenos, & donis ſibi ipſis conciliatis; vt ad fugiendum ſuam ſibi operam nauarent, cum omnibus ſuis familiaribus clam aufugit, Agarenorum verò infinita occubuit multitudo: Chabdam verò interfectis ijs, quos vinctos detinebat, cum paucis ignominioſè & incópoſitè vix potuit effugere periculum. Anno autem duodecimo Imperij Conſtantini, mundi verò. 6464. menſis Februarij vigeſima ſeptima, indictione. 14. deceſſit è vita Theophilactus Patriarcha, ſacerdotio functus annos. 23. dies viginti quinque, ſedecim natus annos, quandò contra Canones Eccleſiæ accepit gubernacula, & ſub pædagogis, heu vſque ad aliquod tempus vitam tranſegit, atque vtinam id ſemper ille feciſſet, videbatur enim grauis eſſe & moderatus ſed cum iam ad maturiorem perueniſſet; ætatem, permiſſus ſuo modo viuere, nihil ex ijs, quæ turpiſſima eſſent, aut omnino interdicta prætermiſit, venales proponens eccleſiaſticos ordines, & creationes Epiſcoporum, & alia faciens, quæ veris Epiſcopis indecora eſſent, equorum cupiditate inſaniens, & venationibus deditus, aliaq; turpia patrans facinòra, quæ ſigillatim enarrare, præterquam quod haud decet, etiam nefas eſt, ſed vnius tantum facienda mentio eſt, vt illius mens à diſciplina abhorrens oſtendatur: Amore intollerabili detinebatur equos poſſidendi, & ſupra duo millia ſibi comparaſſe dicitur, quibus alendis ſemper plurimum ſtudebat, non fœnū aut ordea illis apponens, ſed pinorum fructus, & amygdala, & piſtacia, itemq; dactylos, & caricas, & vuas paſſas molliores odoratiſſimo vino miſcens, & crocum cinammomumq; & Balſamum atque alia aromata, cum ijs, quæ diximus ſingulis equis apponebat ad alios cibos. aiunt etiam ſacra peragēti magna illa quinta ſacræ cœnæ die, & preces myſteriorum legenti, miniſtrum illum, cui fuerat equorum commiſſa cura hoc bonum nuncium attuliſſe, maxime inſignem illam phorbantem equam, addito nomine, peperiſſe, at illum præ nimio gaudio, quod reliquum erat ſacrificij, vtcumque peracto, curſu ad ſtabulum contendiſſe: conſpectoq; nato pullo, abſurdo ſpectaculo expletum, ad magnum templum rediJſſe, vt abſolueret Sanctæ Dei ac ſaluatoris noſtri paſſionis hymnum. illius item opus fuit, mos qui etiamnum viget, in ſacris ac publicis populi celebritatibus contumelia afficiendi, deum, & ſanctorum

ctorum memoriam, per quædam indecora cantica, ac riſus, & temerarias exclamationes, dum matutino tempore hymni perficiuntur, quos oportuit afflicto atque contrito corde pro noſtra ſalute Deo adhiberi, coacta enim frequentia hominum infamium, ipſisq; præfecto Euthymio quodam, cognomento Cæſne, quem ipſe Eccleſiæ domeſticum creauerat, ſatanicas ſaltationes, & indecores clamores, & cantica ex triuijs, atque fornicibus percepta, eos celebrare docuit. & ita viuens vitam finit, dum temere equitans ad quemdam maritimum murum illiſus ſanguineum ex ore expuit, & biennium morbo laborans, quum in hydropiſim incidiſſet, mortuus eſt. ac tertia Aprilis menſis eadem indictione in locum ipſius patriarcha deligitur Polyeuctus monachus, Conſtantini alumnus, atque diſcipulus, à parentibus exectus, diutiusq; in monaſtica vita laudabiliter verſatus, quem Imperator ob excellentem ſapientiam & ſimplicitatem morum, & inopiam deligit patriarcham, non Heracleæ Epiſcopo, vt mos erat, ſed Baſilio Cæſariæ manus imponente. Nicephorus enim Heracleæ præſes, imperatori quadam de cauſa inuiſus, haud permiſſus eſt, manus imponere, ex quo non mediocris infamia inuſta eſt, non modo ei, qui delegit, & manum impoſuit, verùm etiam ipſi delecto vt qui manus ſibi imponi non ſecundum Canones conſenſiſſet, attamen delectus, & veritatem libere profeſſus, multum ſtudij adhibebat, vt inſolentia propinquorum ſenis Romani in iudicium vocaretur, & magno ſabbato Imperatorem in magnum templum ingreſſum adduxit ad vlciſcenda patrata facinora, quod ipſe haud libenter fecit. quin etiam Baſilius qui poſtea regij cubiculi præfectus fuit, è ſerua natus ſeni Romano, quique Helenam ſororem ſuam Imperatori traditam nuptui Reginam effecerat, ita effecit Conſtantinum, atque ei perſuaſit, vt non ſolum Patriarchæ condemnaret creationem, ſed etiam cauſam quæreret & occaſionem, qua eum de ſede deijceret, multum etiam Theodoro Cyzico in ipſum hunc inſtigante, quaſi verò tempus ambitioſe decertaret, vt ſimul conſentientes & concordes oſtenderetur Patriarchæ etiam Romanorum Occidentis Eccleſiam gubernandam ſortitus eſt Ioannes Alberici filius, ad omnem laſciuiã vitiumq; propẽſus, quem Oto Francorum Imperator quum eieciſſet, in eius locum alterum Paſtorem præfecit eccleſiæ.

Polyeuctus autem primo ſui ſacerdotij anno in ſacris diplomatibus inſcripſit Euthymij Patriarchæ nomen illius, qui Leonem Imperatorem ſibi ſocium aſciuerat, quando quartam duxit vxorem. ad hoc quidam Epiſcopi ad breue quoddam tempus recuſarunt Polyeucti ſocij eſſe. verùm paulatim Imperatoris obſequuti voluntati, riſum mouerunt iudicantibus; adducta eſt eodem tempore ex Antiochia in vrbem regiam veneranda præcurſoris manus, à quodam Diacono Iob nomine, furto rapta, quæ quum ad Chalcedonem perueniſſet, Imperator miſſa regia trireme & ſenatorij ordinis principibus egreſſo quoque obuiam Patriarcha Polyeucto cum omni clero, cum facibus ac

lampadibus,& thure eam in regiam perduxit. Bardas autem domeſticum ſcholarum contra Agarenos Orientis cum exercitu profectus omnia, quæ ante pedes haberet, ſubegit occupatis quibuſdam idoneis oppidis, & celeberrimam vrbem Adatam expugnauit, Imperator autem cupiens Saracenos, qui in Creta commorantes frequenter cum exercitu maritima Romanæ regionis loca inuadebant, ac populabantur factis excurſionibus, deterrere, eorumq; inſolentes conatus coercere, quàm plurimis coactis copijs, & parata haud ignobili claſſe eam contra inſulam mittit præfecto omnibus duce Conſtantino patricio Gongylio effœminato viro, & in vmbra educato, bellicæq; rei omnino rudi, vno ex cubicularijs palatij, qui quum in inſulam tranſmiſiſſet, nihilq; dignum duce geſſiſſet, neque in tuto loco poſitis caſtris, neque conſtitutis exploratoribus, aut ſpeculatoribus quorum opera Barbaros impetus euitaret: in maximum incidit periculum: Inſulam enim incolentes animaduerſa Ducis imperitia, ac negligentia idoneum nacti tempus repente hoſtium exercitum inuadunt, & in fugam facilè vertunt, ita vt plures Romanorum, aut capti ſint, aut ferro abſumpti. occuparunt etiam ipſa caſtra Romanis turpiſſime fugientibus, parumque abfuit, quin etiam Gongylius caperetur, niſi ſcutis eum protectum ſatellites à captiuitate liberaſſent, & in prætoriam nauim impoſitum ſeruaſſent incolumem. Romanus autem Imperatoris Conſtantini filius, quum iam ad maturiorem perueniſſet ætatem, neque ſuſtinere poſſet à parente ſuo res adminiſtrari, conſilium cepit de eo è medio tollendo, conſcia etiam ſua vxore caupona. quũ enim Conſtantinus poculum ad ſe ſe expurgandum ſumpturus eſſet, illi clam venenum miſcuerunt, & Nicetæ menſæ præfecto perſuaſerunt, vt illud Imperatori porrigeret; quod ille ſumpturus, poſitum ante venerandas imagines ſiue caſu quodam, ſiue etiam ſponte lapſus, maiorem partem effudit, reliquum autem à Conſtantino epotum, quod nimis exiguum eſſet, otioſum & inutile fuit amiſſa propria vi. verùm etiam ſic Conſtantinus vix potuit ſupereſſe, graſſante in illius latere veneno, & male ipſum afficiente. Anno autem ſui imperij quinto decimo Septembri menſe indictione tertia, anno mundi ſex milleſimo quadringenteſimo ſexageſimooctauo exit Conſtantinus Imperator in Olympum montem ſpecie quidem, vt patrum qui illic degebant, precibus armaretur, re autem vera vt cum Theodoro Cizici præfecto coniungeretur, qui tunc ibi commorabatur, cumq; eo de abdicãdo Polyeucto cõſultaret. illuc igitur profectus ſiue corporis morbo, ſiue rurſus à filio veneno confectus dolens receſſit, & ad extremum Septembris menſis in lecto decumbens ad regiam vrbem peruenit, nonaq; Nouembris menſis vita functus eſt, infectis rebus, de quibus conſuluerat, relictis, quum vixiſſet omne vitæ tempus annos quinquaginta quatuor ac menſes duos, regnaſſet autem cum patre, & Alexandro patruo, ſuaq; matre annos treſdecim: deinde cum Romano, qui Tyrannidem occupauit, annos viginti ſex, & poſtquam ille imperio excidit, ſolus rerum potitus annos quindecim,

Digitized by Google

cim, mortuuſq; ſepelitur cum ſuo parente vſque ad extremũ ſpiritum Polyeucto infeſtus ac de eo deijciendo cogitans, quibuſdam diebus ante ipſius obitum ad quoddam tempus continenter appetente veſpera lapides ſuperne emiſſi,& intra illius domos multo impetu delapſi eximios ſtrepitus edebant. quum verò exiſtimaret à ſuperioribus locis Magnauræ eos deferri, cuſtodes ad multas noctes inſtituit, ſi quem deprehẽderet id auſum. ſed fruſtra ſe laborare neſcius erat, quippe quum non ab hominibus ea res accideret, ſed à ſuperiore poteſtate fieret. Quum autem deceſſiſſet Conſtantinus, & ad alium vitæ ſtatum migraſſet, Romanus eius filius Imperio potitur: & creans præfectos ſibi beneuolos, & amicos, imperiumq; pro viribus adminiſtrans, ſacra paſchæ celebritate eadem indictione tertia Baſilium quoque filium coronandum manibus Polyeucti Patriarchæ curat in templo. In ſequenti anno naſcitur ei alter filius in palatijs fontium, cui propter patrem, Conſtantini nomen impoſuit. iuuenis verò quum eſſet, ſeq; voluptatibus dediſſet, Reipublicæ curas Ioſepho præpoſito, & regij cubiculi præfecto, cui cognomen erat Briggas, commiſit: ipſe autem nihil aliud curabat, quàm vt cum cynedis, & profanis viris, ac meretricibus, hiſtrionibus, & ſcurris turpia patraret. Igitur etiam clericum quemdam Ioannem exectum ob indecora quædam facinora ab Imperatore Conſtantino eiectum, & monaſticum habitum indutum, qui vſque ad illius obitum delituerat, poſtquam ſuſcepit imperium, exutum monachorum habitu, & clericorum rurſum veſtem indutum in ſuorum cubiculariorum numerum aſcripſit. Polyeuctus autem zelo plenus multum aduerſabatur, & Imperatorem inſtigabat, vt à ſuo eum cultu remoueret, qui monachorum profeſſionem eiuraſſet. verùm quum ille excuſaret, aſſereretq; non re vera talem habitum illum induiſſe, vel accepiſſe ab aliquo ſacerdote benedictionem, ſed tantum Imperatoris metu ſimulaſſe monaſticam vitam, deceptus Polyeuctus eum dimiſit, multum etiam id ſtudente Ioſepho, & viuere ſecularium more, ac nouo inſtituto vſque ad obitum Romani perſeuerauerit, quo uita functo habitum monachorum rurſus induitur, non tamen mutata voluntate hoc anno Nicephorum magiſtrum Phocam domeſticum iam creatum ſcholarum Orientis à Conſtantino Imperatore, qui multa de Saracenis Orientis trophea erexerat, & Tarſi Ameram Caramnem, & Chabdam Chalep, & Tripolis Izith penitus profligarat, contra Saracenos qui in Creta commorabantur, mittit, tradito ipſi exercitu delectorum militum, atque optime inſtructa claſſe. hic autem quum ad inſulam tranſmiſiſſet, dum primam deſcenſionem faceret, cum præſentibus ac prohibentibus Agarenis congreſſus, ijſq; fugatis, & ipſe tuto deſcendit, & exercitum ſine periculo traiecit; vallum igitur forte conſtruxit, alta foſſa & ſtragulis, & clauis communitum, claſſeq; in tranquilliſſimis portibus atque in tuto omni collocata valide aggreſſus eſt vrbes inſulæ oppugnare, ſeptemque integris menſibus, omnibus belli-

corum tormentorum machinis vſus, & muros euertens & urbes & oppida ſubegit. ſeptima autem die Martij menſis, indictione quarta, etiam omnium munitiſſimam vrbem, quam indigenæ Chandaca vocabant, depopulatus & Inſulæ præfecto Curupe nomine capto, & Anema, qui poſt ipſum præfuit inſulæ, ac tota inſula in ſeruitutem redacta ibi diutius erat permanſurus, & quæ ad eam pertinebant, moderaturus. ſed quum fama vigeret, quæ aſſerebat, eum qui occupaturus ipſam inſulam eſſet, Romanum virum neceſſario Imperatorem Romanorum futurum: accerſiuit inde Nicephorum, quum ille adhuc in Creta commoraretur, ne regionem Orientis, Arabes finitimi percurrerent, præſertim Chabdam Chalep Ameras vir bellicoſus, & in alijs rebus agendis ſtrenuus; Leonem Phocam Nicephori fratrem, quem Magiſtri dignitate ornauerat, miſit vt domeſtici munus obiret, qui quum tranſmiſiſſet, cum Chabdam congreſſus in quodam loco, cui nomen Adraſus, eum fundit, fugatque, eiusq; exercitum penitus profligat, alijs in prælio cadentibus numero infinitis, alijs captis & in vrbem miſſis, quorum numerus talis erat, vt & vrbanæ domus, & agri ſeruis complerentur, ſolus autem ipſorum princeps Chabdam cum paucis admodum periculum effugiens in patrias ſedes reuerſus eſt. Ingredientem autem vrbem Leonem valde liberaliter excepit Imperator, & victoriæ triumphis decorandum curauit, ac præmijs pro dignitate donandum. Altero autem anno Imperij Romani multi capti ſunt ciues, qui inſidias ipſi moliti fuerant, quorum princeps & auctor erat Baſilius magiſter cognomine Petinus, & alij quidam nobiles, patricius Paſchalius, & patricius Bardalibis filius, & Nicolaus Chalcuzzes, qui ſtatuerant die equeſtrium ludorum deſcendentem Imperatorem occidere, & Baſilium in Throno regio collocatum, Imperatorem declarare. verùm indicatis inſidijs Imperatori a quodam ex coniuratis Ioannico nomine, genere Saraceno, antequam conſtituta dies adueniſſet, à Ioſeph comprehenſi atque conuicti & crudeliſſime cæſi excepto ſolo Baſilio, eademq; ludorum die per vrbem traducti in exilium eiecti ſunt, & monachi detonſi. ſed breui tempore calamitate vexati reuocati fuere ab Imperatore, qui ſua in eos clementia vſus eſt. ſolus autem Baſilius Petinus de mente deductus abijt in præconeſum, iuſta eum ira perſequente propter ea, quæ doloſe in Stephanum Imperatorem patrarat, quem prodidit Conſtantino: ea quę Petino acciderant & alijs, quum vidiſſet Magiſter Romanus Saronites ob filiam Romani ſenis gener, & ne eadem ipſe quoque pateretur, veritus, quum ſibi ob nobilitatem inuideretur, ac ſuſpectus eſſet, ſuis facultatibus liberis, vt uoluit diſtributis, & quod reliquum erat, pauperibus impertitus monachum habitũ induit: & ad Elegmorum monaſterium ſe contulit, vbi diutius commoratus ab ijs Imperatoribus qui poſtea regnarunt, eximie cultus eſt.

His temporibus vir quidam apparuit Philoreus nomine ſatelles Romani Magiſtri Muſule Romani ſenis nepotis. hic ſuper equum velociſſimum impo-

ſito

ſito pallio rectus ſtans, & gladium manibus geſtans currente quantum maxime poterat equo circuibat Euripum hippodromi ſurſum ac deorſum gladium verſans, neque prorſus à ſtatu delabens; Graſſatus eſt item his diebus morbus, qui pridem Romanorum regionem inuaſerat, & vexarat occideratq; boues, morbus inquam peſtilens, qui craua appellatur, quem exordium ſumpſiſſe aiunt tempore Romani ſenis, nam proxime ciſternam Bini quum Romanus ædificaret ſibi ad refrigerationem, caloris æſtiui palatia, & fundamenta iacerentur, Bouis marmorei aiunt inuentum caput fuiſſe: quod qui inuenere contritum in Titani fornacem inijciunt, ex eo ad hæc vſque tempora non deſtitere vbique terrarum, quæ Romano pareant Imperio, bouum genus corrumpi. Romanus autem incitatus ab vxore conatus eſt è Regia expellere Helenam matrem, atque ſorores, & in palatia Antiochi relegare. quo cognito Helena ad lamenta & diram execrationem conuerſa, filium placauit ipſius veritum execrationem. Verùm ipſa dum taxat permiſſa eſt ſuo loco manere, ſorores verò expulſas per Ioannem ſtudij ducem monachas totondit. quæ ſimul atque ipſe diſceſſit monaſticam veſtem exutę carnes comederunt. Helena verò propter eiectas filias admodum dolens, quum parum inſuper vixiſſet, vigeſima menſis ſeptembris indictione quinta è vita deceſſit, & regio funere elata ſepulta eſt in arca parentis. Nicephorus autam Phocas, vt antè dictum eſt, iuſſus à Creta redire, non permiſſus eſt Cõſtantinopolim ingredi, ſed in Orientem cum toto exercitu proficiſci iuſſus eſt. nam Chabdam quum ſe è ſuperiore clade refeciſſet, rurſus cępit reſiſtere; coactoq; idoneo exercitu exiſtimabatur res Romanas aggreſſurus; ſed Phocas in Syriam profectus ſtataria pugna eum in fugam vertit, & vi victum, in interiorem Syriæ partem compulit, ipſe autem Berream excepta arce expugnauit, multasq; diuitias & prædam cum multis captiuis cepit, in libertatem vindicatis Chriſtianis, qui ibi vincti detinebantur, ac domum miſſis. quinta decima autem martij menſis indictione ſexta anno ſexmilleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo mortuus eſt Romanus Imperator, viginti quattuor natus annos, quum annos treſdecim regnaſſet, menſes quatuor, dies quinque. vt aliqui aſſerunt, exhauſto corpore turpiſſimis & voluptarijs rebus. vt autem alij auctores ſunt, veneno peremptus. Imperium verò excipiunt Baſilius & Conſtantinus illius filij cum Theophano matre, nata quoque ipſi filia, duobus ante mortem diebus, quam Annam appellarunt. fuit autem Romanus ſtatura magnus, quamuis patre minor, moribus mitis, ac manſuetus, & moderatus, & quamuis iuuenis, attamen prudens ac perſpicax, & ad Rempublicam adminiſtrandam maxime idoneus, ſi quidem ei conceſſum fuiſſet à miniſtris. verùm quum domeſtici & intimi familiares eum iuuenilibus cupiditatibus addixiſſent, vt ipſi Rempublicam adminiſtrantes immenſas diuitias compararent, ignauum, & ad res procurandas minus idoneum reddidere. Aprili autem menſe eadem ſexta indictione Pho-

cas iuſſu Reginæ ingreditur Conſtantinopolim, Ioſepho omnino, vt pridem prohibente, & de captis ſpolijs, & Berrȩa triumphauit in hippodromo, allata etiam quadam parte indumenti Ioannis Baptiſtæ, quam in Berrȩa repoſitam inuenerat: Hunc autem verebatur ſuſpectumq; habebat Briggas, ſed ipſe diſſimulans neſcio quid eum imprudentem decepit in hunc modum. aſſumpto ſecum Phocas quodam ſatellite circiter horam prandij, domum Ioſeph ſe confert, pulſataq; ianua, ianitori iuſſit, vt hero indicaret, quis eſſet. quo facto iuſſus ingreditur, & remotis arbitris cum Ioſeph colloquens oſtendit ei veſtem ex pilis confectam, qua ſe ſe ſub alijs veſtibus induerat, & iureiurando adhibito ei ſignificauit, ſe monaſticæ vitæ cupiditate captum iampridem ſumpturum fuiſſe habitum, ſeq; huiuſce vitæ curis ſubductum ire, niſi voluntatis inclinatio in Imperatores Conſtantinum, & Romanum illum detinuiſſent, & iam iam ſe inceptum conſilium ad exitum perducturum: eiq; ſupplicauit ne temere ſe ſuſpectum haberet. quod conſpicatus Ioſeph ſtatim ad pedes illius accidit pœnitere ſe certo affirmans, ac numquam fidem habiturum, ſi quis eum deinceps accuſarit; ſuſpectum item Briggas habebat Stephanum Imperatorem, qui adhuc ſuperſtes erat, & exul in Methymna degebat, ſemperq; ſtudebat eum accuratiori cuſtodiæ tradi. verùm ille die, qua magnum ſabbatum celebratur, diuini ſacramẽti particeps effectus, ſtatim repente mortuus eſt, cauſſa nulla prȩeunte, ſed à Theophano, tametſi procul habitaret, interfectus. Petrus autem Bulgarorum Rex, vxore ſua vita functa, vt pacem renouaret, fœdus cum Imperatoribus percuſſit: datis obſidibus duobus liberis ſuis Boriſe & Romano, ac paulò poſt exceſſit è vita, & deinde filij in Bulgariam miſſi ſunt, vt patrium retinerent imperium, & comites vltra progredi prohiberent, Daid enim & Moſes, & Aron & Samuel vnius eorum comitum, qui in Bulgaria plurimum poterant filij, de rebellione cogitantes res Bulgarorum perturbabant, & hæc ita accidere. Briggas autem, quemadmodum diximus, deceptus à Nicephoro, quem domum abire permiſit, facti pœnitens graui & iniquo animo ferebat, quod intra retia feram habens, eam imprudens & veluti mente captus dimiſiſſet. cogitabat igitur quomodo & quo conſilio ab huiuſcemodi cura liberaretur. Itaque viſum eſt ei vtiliſſimum eſſe ad Ioannem magiſtrum Zimiſcem ſcribere virum magnanimum, ac ſtrenuum in rebus agendis, quique ſecundum Phocam, erat Ducum nobiliſſimus, & copijs Orientis præfectus: itemq; ad Magiſtrum Romanum Curcuã, celeberrimum & inſignem, qui ſimiliter in Oriente ductabat exercitum, & pollicendis honoribus, ac muneribus, & dignitatis gradibus eos ad demoliendum Phocam excitare, ſcriptæq; ſunt litteræ in hanc ſententiam. Si Phocam rebellantem comprimerent, & Monachum tonderent, vel alio quodam modo è medio tollendum curarent, maximum imperium domeſtici ſcholarum Orientis traditum iri Ioanni, & domeſtici Occidentis Romano. allatis igitur litteris uiris, quos demonſtrauimus, quando ergaPhocam bene animati

erant,

Digitized by Google

erant, eas ſtatim ipſi recitant, hortantes, vt forti animo facinus aggrederetur, & nobile aliquid ac generoſum cogitaret, ſed timentem ac recuſantem etiam ſuis manibus interfecturum minabantur. Idcirco mortis ille periculum veritus eorum adhortationi conſenſit, & ſecunda Iulij menſis eadem ſexta indictione ab omnibus Orientis exercitibus à Cimiſce adductis Romanorum declaratur Imperator, & hæc vna fama eſt; nam fertur & altera quæ verior videtur: eum multo tempore ante Imperij cupiditate affectum, quem non tantum ipſius amor incenderet, quam Reginæ Theophanis, quacum in regia vrbe degens rem habebat, ſæpeque ad ipſam miſerat intimum ſuum miniſtrum Michaelem, quo depræhenſo, eum Priggas ſuſpectum habere. Diuulgata igitur in Conſtantinopoli declaratione, & perturbatis rebus, Ioſeph cui totius Reipublicę cura cōmiſſa erat, angebatur, & quidnam facto opus eſſet, animi dubius erat, quia ne ciuibus quidem erat ob aditus ad ſe difficultatem, amicus. quum igitur in Chriſopolim cum omni exercitu Nicephorus Phocas bonis omnibus celebratus deſcendiſſet, conſilium Briggas cepit de eligendo aliquo Imperatore, ita putans ſe ingentē exercitus conatū compreſſurum. ſed interim dū Phocas declararetur, Bardas huius pater, qui forte in Conſtantinopoli, peregre erat, ſupplex ad magnum templum ſe recipit. ac Leo illius frater, tametſi accurate cuſtodiretur, clam aufugiens cum ſuo coniunctus eſt conſanguineo. quo facto deſpondit Briggas animum, & ſumma ſollicitudine mentis affectus, neque enim idoneus erat, qui difficillimis temporibus turbæ obſequi, aut multitudinem demulcere noſſet. nam blandis verbis & placidis quum multitudinis conatus emolliendus ſit, ille potius exaſperare contra, atque exarcerbare. omnibus enim ad magnum templum concurrentibus, ipſe multitudinem perterrefaciens verba ſuperba emiſit & aſpera. Ego, inquit, veſtram temeritatem comprimam, atque impudentiam; faciam enim numo emptum triticum in ſinu auferri. nondum præterierat integra dies, ex quo hoc dixerat; dominica erat, nona Auguſti menſis: & veſpera eiuſdem diei Baſilius Imperatoris Conſtantini regij cubiculi præfectus, infeſtus & inimiciſſimus Ioſeph. cum ſuis amicis & propinquis commiſtos ſuos miniſtros ad ſuorum aduerſariorum domos miſit, & à ſecunda hora vſque ad ſextam, euerterunt ac ſolo ęquarunt plurimas ciuium domos, quarum Ioſephi erat maxime inſignis, neque enim nobilium ſolum, ac ciuilium virorum, qui reſiſtere viderentur, ſed etiam aliorum plurium tenuiorum, quorum numerus erat infinitus, domus dirutæ ſunt: ſi cui enim diſcordia cum aliquo interceſſiſſet, is adducta ſecum inordinata multitudine, nemine prohibente, illius domum demoliri, & plures in hac perturbatione homines cęſi ſunt, & hæc patrantes in plateis vrbis, vijs publicis, foris, angiportibus, Nicephorum celebrabant callinicum hoc eſt ob victoriam glorioſum, hoc factum educit è magno templo Bardam Phocæ parentem, miſerabilem exulem, cui iam iam periculum imminebat, & Ioſeph regij cubiculi præfectum antea valde infla-

de inflatum & elatum in ipſum ſupplicem miſerandum introducit, cui propria ſalus erat in dubio. qui verò erant cum Baſilio regij cubiculi præfecto, inſtructis triremibus, & aſſumpto regio Dromone cum omni claſſe ad Chryſopolim tranſmittunt, & inde Nicephorum aſſumptum ad Hebdomum adducunt, inde ipſi omniſq; ciuitatis populus, cum laudibus, plauſibus, & tubis ac cymbalis, publicis ſupplicationibus adhibitis, per auream portã in vrbẽ regiã deducunt. quũq; ad magnũ templũ perueniſſent, Polyeuctum Patriarcham paratũ curarunt, vt ei regiũ diadema imponeret; Hũc igitur coronat Polyeuctus in magni tẽpli edito loco, dies erat Dñica, decima ſexta Auguſti mẽſis, indictione ſexta. miſſoq; monacho & Sincello ſtudij Antonio, à regia Theophanẽ deijcit, atq; ad Petri palatia tranſmittit, ac paulò poſt in Paphlagoniam relegat, præfectum regij cubiculi Ioſephum, & rurſus haud multo poſt ad quoddam monaſterium dictum à ſecretis in pythijs transfert, qui duos ibi integros moratus annos de vita deceſſit. Deligit etiam Cæſarem parentem ſuum, & vigeſima Septembris menſis depoſita perſona ac ſcena ducit legitimam vxorem Theophano, tunc item carnes comedit, à quarum eſu prius ſe ſe abſtinebat, ex quo Bardas eius filius è priore vxore ſuſceptus equitans in campo cum ſuo conſobrino Topleuſe colludens, haſta percuſſus haud ſponte occubuit. hoc autem ſiue ob continentiam faciebat, ſiue vt ſimulans falleret imperantes, ſolus ipſe ſecundum Deum norit. perfectis nuptijs in nouo ad palatium templo, quum ingreſſurus eſſet ad altare manu ipſum detinens Polyeuctus & ſacris cancellis appropinquans ingreditur ipſe in adyta, illum verò retro expulit. aſſerens non prius ipſi conceſſum iri, vt ad altare ingrediatur, quam pœnas ſoluerit, eorum qui alteram ducunt vxorem. offendit hac re Nicephorum, neque deſtitit ei vſque ad obitum iraſci. diuulgata etiam erat vbique fama haud mediocriter illum eccleſiam perturbaſſe, quia Nicephorus à ſancto baptiſmate vnum ex filijs Theophanus ſuſceperat, hanc famam vt probabilem cauſſam nactus Polyeuctus vel ſeparandum ipſum ab vxore contendebat ſecundum Eccleſiæ canonem, vel ab Eccleſia ei recedendum, quod fecit retinens Theophano. conuocatis autem peregrinis Epiſcopis, qui erant in vrbe, & præſtantioribus ſenatus, conſultandam rem propoſuit, omnes hi legem Copronymi eſſe dixerunt, & ſtatuerunt non eſſe obſeruandam, & idcirco ſcriptum repudij libellum ipſius arbitrio per miſerunt, & diu recuſantem Polyectum cum Imperatore colloqui, Cæſar certo affirmauit, eum non ſuſcepiſſe puerum. quin etiam Stilianus protopapa magni palatij, ex quo primum talis fama cœperat diuulgari, coram ſenatu ac ſynodo neque vidiſſe ſe, neq; alicui dixiſſe, Bardam vel Nicephorum ſuſcepiſſe puerum. Polyeuctus autem, quamuis aperte noſſet Stilianum peierare, crimen ſynterniæ, id eſt, cum quis è baptiſmo filium ſuum vt alterius ſuſcipit condonauit: & qui pridem inſtiterat, vt ei ſecundarum nuptiarum pœnæ imponerentur, hoc quoque peccatum deinde ei remiſit. Nicephorus autem primo imperij ſui anno,

Digitized by Google

anno, contra Saracenos, qui in Sicilia erant, patricium Manuelem miſit, & nothum filium patrui ſui Leonis, qui declaratus fuerat domeſticus ſcholarum, etiam ſub Romano ſene oculis priuato, tradito ipſi idoneo cum claſſe exercitu. exiſtimabat enim inuſtum iri ſibi ignominiam, ſi ſe imperante Romanorum imperium tributa penderet Saracenis. verùm neceſſe eſt breuiter percurrere, quęnam fuerit cauſa tributa ſoluendi Saracenis, & vnde duxerit initium. captis enim Syracuſis ab Africæ Saracenis, quo tempore Baſilius Macedo imperabat etiam tota inſula occupata fuit, vrbes euerſæ ac dirutæ, ſola excepta Panormo, quæ ſuperfuit, vnde veluti ex quodam propugnaculo profecti Agareni regionem contra ſitam occuparunt, & inde tranſmittentes inſulas vſque ad Peloponneſum diripiebant, iam iamq; ſperabantur Conſtantinopolim inuaſuri. conſilij igitur inops Baſilius, & idoneum miniſtrum ad hoc munus, perquirens, patricium delegit Nicephorum & domeſticum ſcholarum cognomine Phocam à quodam ſuorum maiorum, qui ſe ſtrenuum præbuerat. auus fuit Nicephorus Imperatoris Nicephori, vir generoſus ac prudẽs, erga Deum pius, erga homines iuſtus. hic quum in Italiam traiecisſet quemdam exercitum paulò intra Italiam expulit Saracenos, eosq; in Sicilia quieſcere coegit: huius viri templum dicuntur Itali conſtruxiſſe ad illius virtutis æternam atque indelebilem memoriam, non ſolum propter libertatem, ſed etiam propter aliud facinus memoria dignum. quum enim Romani cum exercitu eſſent domum redituri, multos italos captos properabant in tranſmarinam regionem ſeruos traijcere, quo cognito Nicephorus nihil loquutus, neque mota alicui ſuſpicione antequam Brunduſium perueniſſet, vnde illi tranſmiſſuri erant, vbi illuc acceſſere ipſe per ſe vnumquemque militum in naues imponens iuſſit tranſmittere, & ita indigenas ſuam regionem tuto conceſſit incolere: pace igitur perpetuo vſa eſt Italia vſque ad Porphyrogenneti Conſtantini & matris ſuæ tempora, quibus regnantibus rurſus mouentes Saraceni nomine prohibente, Italiam percurrebant. Igitur qui imperabant, quum ſibi conſcij eſſent, non poſſe ſe Saracenis Orientis & Occidentis reſiſtere, quum etiam Bulgari iam fœdera violaſſent, ſtatuerunt cum Saracenis, qui in Sicilia erant fœdus percutiendum. Igitur per Euſtathium Calabriæ ducem vnum ex regijs cubicularijs conſenſere, vt annuum tributum penderetur Saracenis auri uiginti duo milia, percuſſoq; fœdere Ioannem Patricium cognomento Muralonem Calabriæ ducem delegerunt, qui indigenis odioſe imperitans, ab ipſis, qui ſe ad regem Longobardię Dandulphũ contulerant, interfectus eſt. Romano ſene modo Romanorum ſceptris potito, cui viſum eſt expedire, mitti cum nauibus milites, vt abſciſſam ex toto partem incolumem ſeruarent: miſſus eſt Coſmas patricius Thaſſalonicenſis Dandulpho notus. qui quum traieciſſet in Italiam cum Dandulpho collocutus, hortabatur, vt à regione Romanorum abſtineret: & cum Imperatore conciliaretur, & pro hoſte amicum ipſum & ſocium faceret, quo primum renuente

Digitized by Google

nuente Coſmas vir prudens,& intelligens me oportet,inquit, Dandulpho amico ſalutaria conſulere,quod ſi mihi vtilia conſulenti parere non vis, tunc à veritate quamplurimum te aberrare intelliges, quando te ipſo & tota gente in maxima pericula iniecta,deſperabis haud potens ità magnæ, & forti potentiæ repugnare. cognoſcens igitur Dandulphus opportuna conſulere patricium, comprobauit monita,& paruit, admonens etiam regionum, quæ defecerant, duces, vt ad priſtinum redirent imperium ſuum agnoſcentes Imperatorem, quibus parentibus,firma pax rurſus Italiæ res, & Longobardiæ detinuit.princeps autem Bulgarorum Symeon multis erectis de Romanis trophæis, & ob ipſa elatus; Romanorum quoque ſomniabat imperium: Igitur miſſis nuntijs ad Phatlos Afrorum principem eum hortari vt cum claſſe ad Regiam vrbem accederet: pollicitus ipſe per Thraciam ſe venturum cum ingenti exercitu,coniunctisq; exercitibus terra marique vrbem regiam oppugnaturum, diuiſisq; æqualiter ipſius bonis ſe domum rediturum, ipſum verò Conſtantinopoli relicturum,Igitur quum Bulgari clam in Africam nauigaſſent, videreturq; vtilia Symeon admonere,adducebant ſecum quoſdam præſtantes Saracenos,vt quæ viſa fuerant confirmarent, ſed dum reuertuntur,incidunt in Calabres: & Byzantium cum Saracenis mittuntur. quos conſpicatus Imperator, erat hic Romanus ſenex, & accurate percepta inita ſocietate, intelligensq; ſi id fieret, ſe non mediocri ſollicitudine affectum iri,ſibi faciendum exiſtimauit,vt munificentia ac liberalitate præſentem Saracenorum impetum refrenaret. Bulgaros igitur in cuſtodiam tradidit,donisq; ingentibus Saracenos proſequutus,miſſis etiam ipſorum domino pretioſiſſimis muneribus omnium malorum remiſit immunes,hortatus vt ſuo domino dicerent, ita nouiſſe Romanorum Imperatores ſuos hoſtes remunerari, & de annuo tributo ſe ſe excuſauit, non dilatione,neque cunctatione factum eſſe,vt hactenus perſolutum non ſit, ſed rerum perturbatione illic graſſante.reuerſi igitur ad ſuum dominum Saraceni,quum narraſſent,quæ ſibi ab Imperatore acciderant, eiusq; in ſe liberalitatem ac benignitatem:eiq; allata ab ipſo dona reddidiſſent,lætatus Phatlos ijs omnibus quę audierat, debitorum ſibi tributorum dimidium Romanis gratificatus eſt, & de viginti duobus millibus vndecim detraxit. Ex eo igitur tempore hæc Saracenis pendebantur, vſque ad Nicephorum declaratum Imperatorem: verùm quoad principes prudentes regnabant, & regio iura ſua conſequebatur, & ipſi à principibus ſubiecti à moleſtijs vacuam vitam degere, & tributum Saracenis ſine vlla difficultate pendi;quum verò imperium iniuſtis & auaris commiſſum eſt,& ſubiecti populi vexati,& fœdus cum Saracenis percuſſum violari,etenim Crenites Chaldus à Porphyrogenneto Calabriæ præfectus, Saracenos qui in Africa & Sicilia funditus erant fame & bello Saracenorum in Cyrene,interituri propria auaritia recuperauit, & ſubiectos ſibi populos haud mediocribus malis affecit: omnes enim res ad victum neceſſarias vili pretio ab indigenis

emptas,

Digitized by Google

emptas, plurimi Saracenis vendebant nullo negotio precium erogantibus, ſi quidem auro abundabat, & à fame & ab hoſtibus ad exiguum numerum redacti. verùm Crenites à Conſtantino magiſtratu abdicatus,& pecunia non ſine dedecore ſpoliatus eſt,& ſenio confectus deceſſit.belli verò tempore Carthaginenſes transfugas accepere Romani,quos Carthaginenſes haud repetebant,immo etiam annuum tributũ concedebãt, veriti ne qua ratione offenſi Romani, res ad victum neceſſarias vendi prohiberent,atque ita ipſi fame confici periclitarentur.poſtea verò finito bello,& transfugas repetiere,& tributi penſionem. quæ res quum à nemine præſtaretur, pacem rupere, & tranſmittentes totam Calabriam populabantur.Conſtantinus igitur Imperator,quum nollet,quemadmodum ſocer ſuus,blande ſe Saracenis ſubmittere,aut pacem renouare, ſed potius ſtatuens de ſtatu rerum prælio diſceptandum, coacto idoneo exercitu, ipſiq; præfecto patricio Malaceno,eum in Calabriam miſit: iuſſitq; cum regionis præfecto coniungi. Hic erat Paſchalius de quo paulò ante mentio facta eſt, vt cum eo communiter bellum à Carthaginenſibus & Siculis illatum adminiſtrarent.præfecit autem miſſæ claſſi Mateo Ioannem. qui quum ad eam regionem perueniſſet,infinita indigenis detrimenta inferebant per auaritiam rapiẽtes,& aliena vſurpantes, quæque vel ipſi hoſtes facere veriti eſſent. quibus auditis Saracenorum Ameras, Bulgarem, iam enim mortuus erat Phatlus, ſuos hortatus vt forti animo eſſent, neque hoſtium formidarent exercitum, qui in ſuos tot mala perpetraſſent,occurrens forte prælium conflat,victoriamq; optimam & pulcherrimam reportauit,nullo negotio viuis ducibus captis. Deinde Conſtantinus Imperator, Ioannem à ſecretis cognomento Pilatum de pace cũ Saracenis acturum mittit. qui quum conſueuiſſent nullis victorijs efferri, verùm pacem vel ſuperiores amplexari,prompto animo cõſenſere, & ad aliquod tempus pacem fecere.quod quum effluxiſſet, rurſus tranſmiſſo exercitu, Calabros populabantur,rurſusq; Conſtantinus contra ipſos nauales,terreſtreſq; copias mittit.duces autem erant naualis exercitus,is cui cognomen erat Carbeas, & Moroleon: præfectus autem peditum patricius Maryanus Argyrus. qui quum ad Hidruntem perueniſſent,naues remis impellentes parabant in Siciliã curſum. At Saraceni fama perturbati, ſi quidem hæc nouit parua exaggerare, reſq; terribiliores efficere,veriti ne quid detrimenti acciperent, quod ſibi imperatis repente hoſtes appropinquaſſent, punico terrore occupati relictis caſtris è Rhegio fugerunt, & in Siciliam tranſmiſere. dum verò ad Panormum nauigarent,grauiſſima tempeſtate oppreſſi nauibus è procella contritis,immo à Chriſto Deo in quem maledicta congeſſerant, omnes periere. Igitur cum Romanis fœdus percutiunt, & pax ſeruata eſt, quoad Phocas Imperator declaratus fuit. qui nuper delectus Imperator grauiſſimum ratus Saracenis tributa pendere, Manuelem,vt diximus,cum exercitu contra ipſos mittit. Hic admodum iuuenis & dignus qui potius inter milites aſcriberetur, quã qui militibus

S præeſſet,

preſſet, multisq; alijs vitijs obnoxius, neque meliora conſulentium rationem vllam habens, in quibuſdam aſperis, acceſſuque difficillimis locis Siciliæ cum omni exercitu concluſus, internecioni traditur. Viuus captus eſt Zorgrias, Nicetas item patricius, & claſſis Drungarius Eunuchus, & in Aphricam vinctus mittitur; hunc exitum ſortitus eſt Manuel, qui perniciei auctor fuit, totius exercitus. Imperator autem hoc ipſo tempore in Ciliciam mittit Ioannem magiſtrum, & domeſticum ſcholarum Orientis: iam declaratum Zimiſcem. hic quum perueniſſet ad vrbem Adenam, offendiſſetque exercitum delectorum Agarenorum ex omni Sicilia cum ipſis congreſſus per vim eos fundit, fugatq;. alij Agareni iure belli cæſi ſunt. pars autem exercitus ad quemdam tumulum acceſſu difficilem ſe ſe fuga receperunt, & præruptum ex equis deſilientes, & loci freti opportunitate ſtrenue inuadentes propulſabant. quos quum vndique circumueniſſet Ioannes, quod equis non poterat in eos impetum facere, iuſſis milibus pedibus aggredi, ipſe quoque ſimul pedes aſcendit, eosq; debellatos omnes interfecit, nemine prorſus terga vertente, ità vt præceps in campum fluminis inſtar, ſanguis effluxerit, & ab hoc caſu collis ille, collis ſanguinis vocatus ſit. Hæc res vehementer Ioannis nomen extulit, & Saracenis extremi exitij auctor fuit. Nicephorus autem ſecundo ſui imperij anno, Menſe Iulio indictione ſeptima, in Ciliciam proficiſcitur cum ingenti Romanorum exercitu, & ſociorum Iberorum, Armeniorumque ſecum habens Theophano vxorem cum eius liberis, & illam quidem extra Ciliciam in quodam oppido relinquit nomine Drizio. Ipſe in Ciliciam ingreſſus Anazarbam, & Roſſum, & Adnam vrbes, & alia haud pauca oppida ſubegit, ad Tarſum autem, & Mopſueſtiam accedere veritus eſt, quod iam ſuperuenerat hyems, & ibi relicto idoneo exercitu in Cappadociam hybernandi cauſſa ſe recipit. vere autem appetente rurſus in Ciliciam ingreditur, & in duas partes diuiſo exercitu, Tarſi oppugnationem Leoni fratri permittit. ipſe aſſumpto reliquo exercitu ad Mopſueſtiam accedit. vbi valida vſus oppugnatione, ſimul opitulante ſibi fame, partem vrbis capit, hæc enim vrbs in duas partes interfluēte Saro flumine diuiditur, ita vt duę vrbes videantur. altera igitur, vt diximus, parte capta, ad alteram Saraceni confugiunt vndique quod captum erat incendentes: ſed acrius ad oppugnationē incumbente Imperatore, altera quoq; pars capta eſt, nemine inde effugiente. Leo autem Imperatoris frater Tarſum obſidēs, quū exercitus partem pabulatum, frumētatumq; miſiſſet, duce Monaſteriote, voti minime cōpos fuit. nam ſine cuſtode diſſipatos prædatores, noctu Tarſenſes egreſſi, ita vt nemo eorum eruptionē ſentire potuerit, inuadūt, & haud paucos interficiūt, & in his Monaſteriotē. Taſcenſes aūt cognita Mopſueſtiæ expugnatione, oppreſſiq; obſidione & fame ad Leonē legatos mittunt, Imperatorē inuocantes, & ſupplicantes, vt incolumes dimitteret vrbe dedita. Ipſe autē quū permiſiſſet, vt certū quoddā pondus auferrent, alia oīa vrbis bona diripuit, triduoq;

Digitized by Google

duoq; poſt expugnationem claſſis maxima ex Ægypto aduenit opem Tarſo latura, frumenti onuſta & aliarum rerum quæ ad victum ſunt neceſſariæ. verùm non permiſſa eſt ad terram appellere, neque deſcenſionem facere, ab ijs militibus, quibus erat ab Imperatore maritima cuſtodia commiſſa: quumq; non poſſent vti præſentibus, redierunt, in maximaq; naufragia ob ventorum violentiam inciderunt, & impetum bellicoſarum Imperatoris nauium. Incenſis igitur & combuſtis reliquis Ciliciæ vrbibus Octobri menſe indictione nona, in Conſtantinopolim redijt, ſecum adducens Tarſi portas, & Mopſueſtiæ, quas auro extrinſecus interpunctas, munus attulit regiæ vrbi dedicandum, alias ad arcem collocandas, alias ad aureæ portæ murum; attulit etiam Deo donum & ſui exercitus decimam, venerandas cruces captas, quando domeſticus ſcholarum Stypiotes Tarſum obſidens propria ſtultitia cum omni exercitu funditus deletus eſt: quas etiam ſacroſancto templo Dei verbi Sophiæ dedicauit. ſecundo ipſius Imperij anno omnem etiam inſulam Cyprum in Romanorum poteſtatem Nicephorus redegit, inde expulſis Agarenis per Nicetam patricium, & prætorem Chalcuzzem: tertio verò anno ſui item Imperij appetente vere, rurſus in Syriam inuaſit Imperator. quumq; ad Antiochiam perueniſſet, ipſam non eſt aggreſſus ſperans fore, vt ne famam quidem ipſius ſuſtinerent Antiochenſes, deterriti ijs, quæ Ciliciæ vrbibus acciderant, ſed ipſam præteriens in interiores Syriæ partes profectus eſt, multisq; vrbibus & agris ad Libanum & maritima loca ſitis in ſuam poteſtatem redactus, menſe Decembri redijt. ſed fortiter bellum ſuſtinentibus Antiochenis, quod ex finitimis locis multæ gentes in vrbem ingrederentur, vt ipſis opem ferrent, & commeatu Romano exercitui deficiente, factaq; ingenti palude, adeo vt tranſiri non poſſet, propter multam, quæ de cæde deciderat pluuiam, re infecta ad regiam vrbem ſe recepit, ſecum adducens eum, qui habebat effigiem non manu elaboratam formæ Chriſti, & Dei noſtri imaginem quam in Hierapoli, à ſe expugnata reperit, & Capillorum Ioannis Baptiſtæ partem vnam ſanguine concretam. quumque talis eſſet Nicephorus, ac talibus vſus honoribus, & functus magiſtratibus, adeoque res auxiſſet Romanorum, etenim vrbes amplius centum cepit, & oppida Ciliciæ, & Syriæ, & Phæniciæ, & Baniſiæ, quorum maxima & nobiliſſima hæc erant, Anabarzus, Adana, Mopſueſtia, Tarſus, Pagras, Synnephium, Laodicia, Chalep, vectigalesq;, ac ſtipendiarias feciſſet, in Phænicia Tripolim, & Damaſcum, attamen odio omnibus eſſe, omnesq; illius interitum ſitire, cauſas verò ſuo loco recenſebit oratio. rediens igitur ex Antiochia Nicephorus Conſtantinopolim dum tranſiret montem Taurum, qui Maurus mons indigenarum lingua appellatur, conſtructa arce in medio monte in tumulo quodam munitiſſimo Michaelem Burzen patriciatus dignitate decoratũ, ibi reliquit, prætorẽ eũ nominans Mauri montis, iuſſitq; ibi manere, ac vigilare, & Antiochẽſes omnibus modis prohibere, ne ad victũ ne-

ceſſaria exportarent,reliquit item Petrum vnum ex ſuis ſeruis Eunuchum, virum in rebus agendis ſtrenuum, quem in Cicilia exercitus ducem fecit, iuſſo exercitu in Hyberna diſtribui, ſuumq; in ſequenti anno expectare aduentum. ferebatur autem potuiſſe nullo negotio Antiochiam capere Imperator,ſed noluiſſe, verùm de induſtria præteriens omiſiſſe illius expugnationem, veritus diuulgatam famam,etenim ore omniū ferebatur ſimulatq; expugnata vrbs eſſet, Imperatorem è vita deceſſurum, & tandem hoc metuens neque ipſe Antiochiam aggreſſus eſt,& Petro & Burzæ præcepit,ne vllum in ipſam impetum facerent,ſed ille his conſtitutis Conſtantinopolim ingreditur;Burzes autem Antiochiæ proximus,immortalem ſibi gloriam comparare ſtudens,parumq; Imperatoris monita curans: noctes dieſq; conſiderabat,quomodo poſſet vrbem occupare.abibat igitur frequenter, & cum Antiochenſibus de concordia colloquebatur,verum quum illi arroganter ſe gererent,& fœdera reſpuerunt,ipſis imprudentibus conciliatus eſt cuidam Saraceno nomine Ablax, quo decepto donis & pollicitationibus, vnius Turris Antiochiæ ad Occidentem ſitæ menſuram adeptus eſt,Calla ipſa vocabatur,& deinde ſcalas fabricatus,quæ ad ſummam turrim pertinerent, obſeruata illuni ac pluuia nocte, clam muro admotis ſcalis,cum trecentis militibus, quibus præerat, aſcendit, & turris cuſtodes interfecit, & alterius etiam propinquæ Turris, atque cum trecentis his duabus turribus occupatis,nuncium ſtatim ad exercitus ducem mittit,vt quam primū ad ſe cum toto exercitu properaret, quaſi iam capta Vrbe; Petrus autem acceptis nuncijs cunctabatur, ac differebat,veritus Imperatoris iram, ne quid ſibi inde mali accideret, tamquam illius iuſſis non obtemperanti. verùm inſtante Burze & alios ſubinde nuncios mittente, hortanteq; vt aduentum acceleraret, & ſignificante non poſſe ſe diutius oppugnationem ſuſtinere, etenim Antiochenſes,quum captas turres cognouiſſent,vndique confluentes, turres properabant oppugnare,omnis generis tela conijcere, variaſq; machinas admouere, & ignem ſubincēdere,atque alia facere omnia, quæ facienda ſunt ijs, qui cum vxoribus ac liberis perire periclitentur & eam vrbem amittere, quæ omnium Orientis vrbium præſtantiſſima ſit metuens ſtrapopedracha.i.exercitus dux, ne ſi tot ac tales viri ob ſuam contumaciam perirent,Reſpublica Romanorum talis etiam vrbis detrimentum ſuſtineret, inuitus ac nolens adhibita celeritate cum omni exercitu, acceſſit: reperitq; eos, qui cum Burze erant, admodum defatigatos, tribus enim diebus noctibuſq; integris obſeſſi & oppugnati fuerant: cuius aduentu cognito Antiochenſes animos deſpondere, & de continenti labore,quo turri incumbebant multum remiſerunt. Burzes autem facultatem nactus deſcendit in vrbem,& gladio amputato vecte,quo portæ claudebantur,eas aperit,Petrumq; cum omni exercitu introducit,& ita capta fuit magna & Illuſtris Antiochia. Quo audito Nicephorus, quum ob tantæ vrbis expugnationem lætari debuiſſet,& res ſuas Deo commendare; ille contra animo

doluit, &

Digitized by Google

doluit, & ſtratopedarcham accuſauit: Burzemq; non modo ob alacritatem, & præclarum facinus, quod ſtrenue geſſerat; non laudauit, aut præmia eius virtute digna tribuit: ſed inſuper contumelijs affecit: & magiſtratu abdicatum domi manere iuſſit. hæc cauſſa, & reliqua quæ mox dicturi ſumus, inuiſum omnibus & execrandum reddidere Nicephorum, primum enim quando initio delatum ad ipſum eſt imperium, infinitis iniurijs laceſſentibus populum ipſius militibus, nullam rationem habebat, quod diceret, nihil mirum ſi in tanta populi frequentia, aliqui indignantur, & rurſus vrbem ingreſſus multis tum nobilibus, tum priuatis correptis, nullam ſontibus infligebat pœnam, ſed abſurda & turpia deſpiciebat triumphans laſciuijs, quibus intemperátes homines addicti, male ciues afficiebant, præſertim quorum haud mediocri opera fuerat vſus ad res recuperandas, deinde quum crebro exiret ad exigenda tributa male ſubiectum ſibi populum vexabat, non ſolum noua imperando tributa, & ex omnibus rebus exactiones, uerum etiam haud tolerandis prædis præter ea quæ diximus, adempta etiam eorum munerum, quæ conuocato ſenatui præberi conſueuerant, parte; quod ſe ad bella pecunia indigere aſſereret, inſuper, quæ conſueta præberi dona ſacris domibus, & templis, quæ moueri nefas erat, vſurpabat, male, aſſerens ab epiſcopis pauperum pecuniam conſumi, & milites inopes eſſe, & quod omnium grauiſſimum eſt, legem quoque tulit, cui quidam inſtabiles epiſcopi, & adulatores ſubſcripſere, ſtatuentes non eſſe aut decernendum aut eligendum epiſcopum niſi illius conſilio ac iuſſu, mortuoq; epiſcopo regium hominem miſſum iuſſit in funere præfinitos ſumptus facere, atq; ea, quæ ſuperfuere, accepit, & alia quædam ſtatuit omnem neceſſitatis formam exuperantia, quæ vt ſigillatim percurrantur, & magnam mentem & eloquentem linguam requirunt: curauit quoque legem ſanciendam, vt milites qui in prælio occubuiſſent digni cenſerentur præmijs perinde ac martyres, ſolo bello, non alia re cenſens animæ ſalutem contineri. inſtititq; vt & patriarcha & epiſcopi dogmati conſentirent, verum quidam admodum ſtrenue reſiſtentes eum ab incępto coercuere, propoſito, in medium magni Baſilij canone iubēte, ad triennium expertes communionis eſſe, qui hoſtem in prælio occidiſſent. Et numū imminuit, excogitato eo, qui quadrans dicitur, & ex eo tempore duplicato numiſmate, exactio publicorum tributorum grauius poſtulabatur; quum verò erogandum aliquid eſſet, leuius diſtribuebatur. quumq; lex eſſet vt omnis character Imperatoris, niſi pondere imminueretur, & eiuſdem precij eſſet, tātumdem valeret, ipſe cum lege conſtituta alijs antepoſuit, aliorumq; minus valere iuſſit, qua de cauſſa haud mediocriter ſubiectum ſibi populum afflixit, diminuto precio. & quod peſſimum eſt, ob hanc rem oppreſſa Republica res venales nihil corrigebantur. ſed maxime omnium, quamuis multo ea grauiſſima forent, homines excruciauit, & offendit muri palatiorum conſtructio, multis enim circum palatium magnificis & pulcherrima arte elaboratis ædificijs euerſis, ar-

Nota.

ſis, arcem tyrannicam contra miſeros ciues cõdidit, officinis intus & horreis, & equorum ſtabulis ac fornacibus extructis, cibarijsq; completis: ei enim prædictum fuerat intra palatium ipſi moriendum eſſe, ignorabatq; miſer, vt videtur, niſi dominus cuſtodiat ciuitatem, fruſtra vigilare, qui cuſtodit eam, nam perfecto muro ipſe eadem die interijt, quando claues, is cui hæc cura commiſſa fuerat, ei allatas tradidit. Acceſſit etiam hoc ad ea quæ diximus, quod odium in ipſum quàmplurimum auxit: commiſſo prælio in ipſa ſancti Paſchæ celebritate, inter nauale & Armenios. plures homines interiere, & parum abfuit quin periret etiam magiſter Siſinnius & Eparchus, & hinc diſſipata eſt fama, indignatum Nicephorum & iratum ciuibus & auctoribus perturbationis, die qua celebratur equorum curſus, de congregato populo ſupplicium ſumpturum: ac paulò poſt quum ipſe curſus equorum celebraretur, volens Nicephorus ciuibus oſtendere, qualis eſſe deberet congreſſus, & fortaſſis eos ita deterrere, iuſſit quoſdam ſtrictis gladijs eductisq; quaſi inſtar hoſtium percutere in conuiuio ſpectatorum. quo facto, ſpectatores, qui eorum, quæ videbantur, mentem ignorabant, cito accurrebant ad loca, vnde exiri poſſet. quæ quia in præcipiti ſita erant, & periculoſa mutuo ſe ſe conculcantes interibant, & profecto omnes perijſſent pedibus alij aliorum obtriti, niſi Imperator in ſella ſedere ſine metu atque intrepidus conſpectus fuiſſet. quo viſo populus immoto opinati illo inuito id factum eſſe, fugere deſtiterunt: quum verò publice ad fontem proceſſiſſet Nicephorus die feſto aſſumptionis Chriſti, dum rediret, propinqui eorum qui in hippodromo perierant, eum expectantes in foro piſtorum panes vendentium contumelioſas in ipſum voces emiſere, nefarium ac ſceleratum vocantes, & ſuorum ciuium ſanguine pollutum, puluerem q; & lapides in ipſum conijcientes vſque ad Magni Conſtantini forum, & fortaſſe metu perijſſet, niſi nobiliores quidam ciues eum excipientes, eorum qui res perturbabant, ſeditionem compreſſiſſent, ipſum verò bonis ominibus proſequentes ac laudibus vſque ad palatium deduxiſſent. His igitur de cauſſis inuiſum ſe ciuibus maxime ſentiens inſidiasq; veritus, arcem ædificandam curauit, verùm non potuit fatum effugere, immo quando ſua omnia in optimo ſtatu poſita putauit, tunc è vita deceſſit, quo modo autem id acciderit ſuo loco dicetur.

Quarto autem ipſius imperij anno menſe Iunio indictione decima, egreſſus eſt inuiſurus Thraciæ vrbes, quumq; perueniſſet ad eã quæ dicitur, magna foſſa ſcripſit Petro Bulgariæ principi, ne ſineret Turcos Iſtrum tranſmittere & regiones Romanorum vexare, quo non obtemperante, ſed omnibus modis renuente Nicephorus filium principis Eccherſonis Calocyrum patriciatus dignitate honeſtatum ad Sphendoſlhlabum Roſſiæ mittit, donorum ac munerum haud paucorum pollicitatione ei perſuadens, vt contra Bulgaros cum exercitu proficiſceretur. Rhoxolani igitur obſequuti quum Bulgariam inuaſiſſent, Auguſto menſe indictione vndecima, quinto ipſius Nicephori imperij

anno,

anno, multas vrbes & loca Bulgarorum ſolo æquarunt, prædaq; ingenti onuſti domum rediere. Sexto item eiuſdem imperij anno exercitu in Bulgariam adducto, eadem quæ prius fecerunt: ſecunda autem die Septembris menſis hora noctis duodecima, indictione vndecima, fuit concuſſio & motus terræ vehemẽs, quo male affecta eſt Honorias & Paphlagonia. flarunt etiam venti menſe Maio eadem indictione ſçui et ęſtuoſi, qui fruges vna cum ipſis vitibus & arboribus corrupere, ita vt inde vſque ad duodecimam indictionẽm, ingenti famẽ laboratum ſit. quumque habenda eſſet ratio Imperatori ſalutis eorum, qui ſibi ſubiecti erant, ille verò regium frumentum ſordide & illiberaliter vendens, ſtudensq; ciuium ſuorum calamitati gloriabatur, quaſi aliquid præclari geſſiſſet. quod, quum modius numiſmate uenderetur, ipſe duobus vendi imperaſſet, haud imitatus Baſilium Macedonem Imperatorem, qui noua dominica ingreſſus in magnorum Apoſtolorum templum, conſpicatusq; quoſdam ciues decoris veſtibus indutos & graues, alios autem triſtes ac męſtos, ad ſe accedere iuſſos, cur non etiam ipſi die feſto ſplendidas veſtes geſtarent, interrogabat, ſed veluti in magna vrbis calamitate, lugerent. cui vnus ex illis reſpondit, te ò domine, eosq; qui tibi proximi ſunt, decet ſplendidis veſtibus indutos gaudere, quibus verò iam iam mors imminet, eos talia dedecent, an ignoras duos frumenti medimnos numiſmate venire, propter ventorum aſperitatem? ad hæc alte ſuſpirans Imperator miſericordia motus collachrymauit, eoſque multis uerbis conſolatus in regiam redijt: vbi accerſitos ad ſe, qui ciuilia negocia, & regia munera obibant, infinitis probris ac maledictis affecit, quod ſibi nihil de frumenti inopia indicaſſent, ſtatimq; expoſito regio & publico frumento duodecim medimnos numiſmate vendi iuſſit. cuius bonam mentem Deus approbás impertitus eſt multam hominibus abundantiam. verùm hæc in illius laudem dicta ſint. Nicephorus autẽ magis gaudebat, quam opitulabatur, quum ciues videret oppreſſos, neque ipſe ſolus, ſed Leo quoque eius frater, cibariorum mercaturæ addictus, multis varijsq; calamitatibus orbem terrarum vexauit; quorum ſordidum lucrum & auaritiam vrbanis dicterijs ciues cauillabantur. nam quum olim egreſſus eſſet in campum Imperator vt ibi exerceret exercitum, ibi acceſſit quidam cano capite, conabaturq; in militum numerum aſcribi, ei dixit: tu vir ſenex, quomodo ſtudes in meorum militum numerum aſcribi? ille autem ingenioſe reſpondens, multo fortior, inquit, nunc ſum, quam olim quũ florebam ætate. & quomodo, eo percontante, quia, inquit, frumẽtum numiſmate emptum prius duobus mulis geſtandum curabam, ſed te imperante duorum numiſmatum frumentum ſine ſenſu ponderis humeris ipſe ſuſtineo. cognita igitur cauillatione nihil perturbatus receſſit. Saraceni autem poſt expugnatas in Syria & Cilicia vrbes, Archiepiſcopum Hieroſolymorum Ioannẽ viuum combuſſerunt, quod videlicet eius monitis putabant fore vt ipſos Nicephorus inuaderet. incenderunt etiam pulcherrimum dominicæ ſepulturæ Nota.

templum

templum, Hoc idem fecerunt Antiochenſes interfecto ſuo Archiepiſcopo Chriſtophoro. ſe contulerunt autem ad Imperatorem Gregorius, & Pancratius Germani fratres, cedentes, ipſi ſuam regionem Taron, quos patriciatus dignitate decoratos poſſeſſionibus, quæ multos annuos redditus præberent, proſequutus eſt. Fuit Solis defectio vigeſima ſecunda menſis Decembris, hora circiter tertia, ità vt aſtra apparerent. Regina autem Theophano auerſata Nicephori conſuetudinem, accerſito quodam ex familiaribus Zimiſce, ipſum reuocat domi ſuæ commorantem. Imperator enim ob quandam ſuſpicionem ipſum prius domeſtici magiſtratu abdicatum iuſſerat domi ſuæ manere, neque inde exire, quem is, qui miſſus fuerat ſecum ducens, operam enim dederat adultera, vt litteras acciperet ſibi reditum permittentes, ad Chalcedonem peruenit, conſultoq; Imperatore an oporteat ipſum in regiam vrbem ingredi & parumper ibi eum expectare, imperante illa, noctu vndecima Decembris menſis anno. 6478. miſſis quibuſdam eum adducit ad portum manufactum ſub palatio, & ſporta ipſum cum ſuis ſurſum attraxit. Erant autem patricius Michael Burzes, Leo Taxiarcha Balantes, & fideliſſimi Zimiſce Atzipotheodorus, & alij duo, qui ingreſſi ſtrictis gladijs in Imperatoris cubiculum vbi ipſum in conſueto lecto non deprehenderunt, deprehenſos ſe ſe rati, parum abfuit, quin ſeipſos præcipitarent, niſi quemdam homunculum ex gynæceo comperiſſent, quo ducente deprehendunt Imperatorem iacentem in ſtrato purpureo, & vrſina pelle, quam acceperat à Michaele monacho, Malcino auo ſuo. hunc nuper ſomno deditum neque ſentientem aduentum eorum, qui ſe interfecturi eſſent, Zimiſces pede compunctum è ſomno excitauit. excitatum autem & innixum dextra manu, cubitoq; terrę, & caput attollentem educto gladio petit. erat autem caput illius minime tectum: ſi quidem dum excitaretur, capitium ceciderat. Leo Balantes forti inflicta plaga traijcit mediam caluam. deinde è ſtrato ſublatum ad Zimiſcem in lecto regio ſedentem adducunt, multumq; in ipſum debacchati, quum probris ac maledictis oneraſſent, nihil aliud dicētem, quàm domine miſerere, & Dei genitrix opitulare. ad extremum, nam deprehenſi fuerant, ab Imperatoris excubitoribus, & iam concurrerat in ipſos eorum, qui propugnarent, multitudo, ipſum occidunt, & amputatum caput per quandam feneſtram, ijs, qui ad auxilium ferendum concurrebant, oſtendunt, atque illi ità conſternati ſunt. ijs verò qui cum Zimiſce erant, conceſſum eſt ſpatium omnia ſine metu & tutò perficiendi. Ferturq; diebus decem ante ſuam necem cōperiſſe Imperatorem ſchedulam in ſuum cubiculum proiectam, quæ ei denunciabat, vt ſibi caueret ab inſidijs Zimiſces, & quemdam item clericum aiunt veſpere illius noctis, qua cæſus eſt, ei dediſſe litteras hæc ad verbum continentes. ò Imperator caue tibi, periculum enim tibi hac ipſa nocte haud mediocre intentatur: litteras verò alij aſſerunt, Imperatorem opinatum eſſe ſupplicem libellum, neque legiſſe: alij legiſſe, ſed neglexiſſe corporis ſui cuſtodiam, & mortuo

Annus, ab orbe condito. 6478. à Chriſto nato. 978.

tuo

tuo ipſo litteras inuentas hæc continentes. alij legiſſe, & quæſtionem commiſiſſe & cuſtodiam protoueſtiario, fratri quoque ſuo Leoni domi degenti ſcripſiſſe, vt cum armatis militibus, quam primum ſe conferret ad palatium. ſed allatas litteras quum ille accepiſſet, non aperuiſſe quod cum aliquibus alea luderet, & infeliciter ludo vtentem in ſuo lecto repoſuiſſe ſub ſtrato, finitoq; ludo legiſſe. & percepta re exercitu, prout tempus requirebat coacto ad palatium proceſſiſſe. quumque perueniſſet ad Sphendonem in hippodromo, audijſſe quoſdam inter ſe colloquentes de interfecto Imperatore Nicephoro: audiuiſſe etiam in plateis & angiportis eos, qui Ioannem celebrabant, atque inſperata re perculſum, nihil, quod fortis viri eſſet, cogitantem, quamcelerrime potuit cum filio Nicephoro ad magnum templum acceſſiſſe, & quæ dicuntur hæc ſunt: vtrum verò vere an aliter non habeo dicere, moritur tamen Nicephorus, intra palatium interfectus. Ioannes autē Zimiſces mortuo Nicephoro imperij Romanorum curam ſuſcepit, cum Baſilio & Conſtantino Romani filijs vna imperantibus, quorum Baſilius ſeptimum ætatis agebat annum, alter Conſtantinus quintum. ſtatim igitur Baſilium excubiarum præfectum, quem Nicephorus Imperator, quum ſibi non parum contuliſſet, ad occupandum imperium, præſidem creauit, eam dignitatem primus ipſe excogitans, quæ antea nulla erat, ad ſe nocte accerſitum ſocium imperij ſibi aſciuit, vt pote qui multos annos Rempublicā adminiſtraſſet imperantibus patre ſuo Romano ſene & Conſtantino porphyrogenneto ſuo affine, & ſæpiſſime contra Agarenos cum exercitu profectus eſſet, quique optime noſſet rerum difficultati ſuccurrere. Hic autem ſuſcepta cura rerum omnes qui Nicephoro beneuolentiam ad huc ſeruabant è medio tollendos curauit, Leone Curopalate in Leſbum relegato. Nicephoro Beſte eius filio in Imbrum, Bardam natu minorem qui tunc ducas erat Chaldiæ & Coloniæ magiſtratu abdicatum in Amaſiam miſſis litteris tranſmittit, & alios, quicumque ciuiles aut militares gerebant magiſtratus, abdicauit, & nouo Imperatori beneuolos & amicos rebus gerendis præfecit: à Nicephoro in exilium miſſis reditum conceſſit, & in primis Archiepiſcopis, qui noluiſſent ſubſcribere decreto, quod in contumeliam & ignominiam eccleſiæ ille excogitarat; relegatis, vt ſuperius demonſtrauimus. atque ita conſtitutis rebus eadem nocte ab omni ſuſpitione liberatus confert ſe cum paucis Imperator, in magnum templum, vt Patriarchæ manibus diadema ſuſciperet: quem venientem ad ſe ingredi non permiſit Polyeuctus: indignum aſſerens, qui ad ſacrum templum accederet, illum, cuius manus ad huc recenti & cognato ſanguine ſtillarent. verùm ei curandum eſſe vt ſe facti pœnitere oſtenderet, atque ità poſtmodum cuperet ſolum domus domini conculcare. quum autem Ioannes æquo animo reprehenſionem tuliſſet, omniaque ſe libenter & obedienter facturum pollicitus eſſet, excuſans & purgans ſe quod non proprijs manibus interfeciſſet Nice-

Digitized by Google

phorum, verùm Balantes & Atzypotheodorus reginæ iuſſu, hanc patriarcha iuſſit e palatio deiectam in aliquam inſulam relegari, atque in exilium mittit Nicephori interfectores, & decretum illud conſcindi, quod ad confundendas res eccleſiæ Nicephorus propoſuerat. ſtatim igitur, & illos Ioannes è ciuitate eiecit, & Theophano in præconeſum relegauit. quæ poſtea inde clam effugiens, quum ad magnum templum confugiſſet, per Baſilium excubiarum præfectum eiecta in regionem Armeniorum relegata eſt in monaſterium ab Imperatore recens constructum, Damidæam nomine, quum prius illa multa probra in Imperatorem conieciſſet, & in Baſilium, Scytham eum vocans & barbarum, cuius etiam maxillam pugno percuſſit, cum ipſa quoque relegata eſt eius mater in Montineum, allatumque decretum conſciſſum eſt, & eccleſiæ priſtina reddita libertas. His igitur ita geſtis quum pollicitus eſſet Ioannes ad placandum Deum ob admiſſum facinus pauperibus facultates, quas priuatus poſſidebat, diſtributurum, Polyeuctus ei concedit ingreſſum, & die feſto quo Chriſti domini Dei noſtri ortus celebratur, ipſum imperij diademate coronat. Quum verò res in Oriente & Occidente plurimum perturbarent Imperium, nam captæ vrbes Agarenorum in Cilicia & Phœnice & Cele Syria, quod Nicephorus ſpatium non habuiſſet, ad confirmandas & rectè ſtabiliendas ſuas res, & in tuto collocandas, ad rebellionem ſpectabant, & Rhoxolanorum motus non rectè prius in Bulgaros excogitatus, maximum rebus periculum intentabat, & fames quinque integros annos in Romanorum regionem debacchata, vrbes vehementer vexabat. Itaque cogitabat, & ſollicitus erat, qua ratione talibus malis poſſet adhiberi remedium. Interim quum Antiochia ad Orótem Archiepiſcopo viduata eſſet, Theodorum quemdam monachum eligit, omnibus præditum virtutibus, qui ſibi imperium antea vaticinatus fuerat, denunciaratq; ne feſtinaret: quod Deus ipſum ad imperij ſummum gradum perducturus eſſet: ſin auté, pro certo haberet ſi cótéptis ſuis monitis occupare properaret imperium ſuæ animæ ſeipſum inſidias moliturum. cenſuerat item Manichæos omnem Orientem peragentes & inquinantes communione ſui execrabilis cultus ad Occidentem transferendos, vt in aliqua extrema ſolitudine degerent, quod paulò poſt fecit, ipſis in Philippopolim colonis deductis; poſt triginta dies, ex quo declaratus fuit Imperator, Polyeuctus deceſſit è vita: in cuius locum Patriarcha creatur Baſilius monachus Scamandrenus, virtutis præſtantia illuſtris. & res ciuiles in hoc ſtatu erant. Saraceni autem vbique terrarum, propter captam Antiochiam aliasque vrbes quas diximus, admodum dolentes, & reliquæ quoque nationes eidem addictæ religioni, Ægyptij, Perſæ, Arabes, Elamitæ, quique felicem Arabiam incolunt & Sabæi, concordes inita ſocietate vndique coactis magnis copijs, tradita Imperij ſumma Charthaginienſibus, quorum dux erat Zochar, vir ſtrenuus, & bellandi peritus, vt hominibus ſolertibus, quique optime callerent & terreſtres, & maritimas res; contra Romanos

manos profecti ſunt, in vnum omnibus coactis copijs ad centum bellicoſorum hominum millia, & quum ad Antiochiam quæ eſt ad Daphnem ſita perueniſſent, eam ſtrenue oppugnabant. ſed quum oppidani ſtrenue ac fortiter oppugnationem ſuſtinerent, diutius continuabatur obſidio. verùm certior factus Imperator de impetu gentium litteras celeriter miſit ad Meſopotamię ducem, imperans vt coactis, quæ illic eſſent, copijs, opem ferret obſeſſis. Miſit etiam totius exercitus ducem cum alijs copijs, Nicolaum patricium vnum ex eunuchis ſibi amiciſſimis; qui cum reliquo exercitu coniunctus, & cum barbaris numero infinitis congreſſus; eos in fugam vertit, & vno prælio glorioſe diſſipauit, vrbeſque Romanorum ſeruauit incolumes. Natio verò Rhoxolanorum, quæ Bulgariam, vt diximus, ſubegerat, ceperatque prælio duos Petri filios, Boriſem & Romanum, non amplius redire domum volebat, ſed admirati loci bonitatem, iuſſis valere fœderibus cum Imperatore Nicephoro percuſſis, ſibi expedire opinati ſunt ibi morari ac regionis potiri, ad quam rem eos quoque adduxit Calocyrus, aſſerens ſi ab ipſis Romanorum Imperator ipſe declararetur, Bulgariam ſe eis conceſſurum, & fœdus perpetuum cum ipſis percuſſurum, ac dona, quæ ipſis promiſſa fuerant, multiplicia ſe eis largiturum, habiturum ſocios & amicos eoſdem in omnem vitam. quibus verbis inflati Rhoxolani Bulgariam iure belli captam retinebant, & Imperatori, qui legatum miſerat, pollicebaturque ſe perfecturum omnia, quæcumque Nicephorus pollicitus eſſet, non conſenſere reddito barbaro & arrogantiæ pleno reſponſo, ita vt coactus ille fuerit, de rebus prælio decertare. quum igitur litteris miſſis Orientis copias ad Occidentem traieciſſet, præfecto ipſis duce, quem appellauit Stratelatem, id eſt, exercitus ductorem, Barda magiſtro Sclero, cuius ſororem Mariam priuatam adhuc vitam degens ſibi legitimo matrimonio copularat, ipſe quoque appetente vere egreſſurus cum exercitu erat. Rhoxolani autem eorumq; princeps Sphendoſthlabus vt audiuere Romanorum exercitum traieciſſe, icto fœdere cum Bulgaris iam in ſeruitutem redactis: inita quoque ſocietate cum Pazzinacis, & Turcis illis, qui ad Occidentem in Pannonia habitabant, & ex omnibus coacto bellicoſo exercitu, ad trecenta & octo militum milia, tranſmiſſoq; Hæmo omnem Thraciam incendere ac populari poſitis caſtris prope Arcadij vrbis muros, ibiq; belli congreſſum expectantes. Magiſter autem Bardas Sclerus, vt ſenſit ſe multo inferiorem numero, quippe quũ eius totus exercitus haud amplius eſſet, quàm duodecim millia, decreuit ſtratagemate aduerſarios circum venire, & arte ingenioq; tantam multitudinẽ cõficere, quod re præſtitit. quũ enim ſe cũ exercitu intra muros concluſiſſet, multũq; hoſtes eũ prouocaſſent, vt egreſſus de ſumma rerũ prælio cõtenderet, ſemper recuſauit, immo ſe ſe continebat vt videlicet is qui metueret cernens aduerſarios ea oĩa agere & ferre in quęcũq; incidiſſent. quod cõſiliũ effecit vt admodũ negligerẽt barbari: opinati.n. reuera metu ſe Sclerũ intra muros incluſiſſe, non audẽ-

T 2 tem,

tem, Romanas phalanges educere. libere diſſipabantur, & negligenter verſabantur in caſtris, neque cuſtodiæ vt par erat, rationem habebant: compotationibus, & ebrietate, tibijs, & cymbalis, & barbaris ſaltationibus noctes traducentes: neque quidquam eorum, quæ opus facto eſſent, curantes: Igitur Bardas idoneum tempus nactus, & admodum recte conſiderans, qua ratione hoſtes inuaderet, definitaq; die & hora, & noctu in quibuſdam maxime opportunis locis collocatis inſidijs Ioannem patricium Alcaſſenſem cum quadam parua manu mittit: iubens accurrere & ſpeculari hoſtes ſibique crebro indicare, & vbi adſint edocere. imperauit etiam vt ſi appropinquarent hoſtes, cum ipſis congrederetur, ſimulque congreſſus terga daret, & fugæ ſpeciem præberet: non tamen incontinenter fugerent milites remiſſis equis totis habenis, ſed paulatim atque ordine: vbi verò expediret reuerſi cum hoſtibus pugnarent, & ita facerent, quoad in inſidias illos concluſiſſent, tunc verò ſine ordine fugerent, & conſternate. diuiſis autem barbaris in tres partes, Bulgari & Rhoxolani in prima fronte erant collocati. Turci ſoli in alia parte, & Pazzinacæ ſimiliter. accedens igitur Ioannes cum Pazzinacis, quibus forte occurrerat, congreditur, & quemadmodum ſibi imperatum fuerat, ſimulata fuga paullatim ſe recepit: Inſequebantur autem Pazzinacæ ſolutis ordinibus, vt videlicet fugientes funditus deleturi, illi verò modo fugientes ordine, modo regreſſi pugnantes ad inſidias accurrebant, quo vbi peruenerunt, tunc relaxatis frenis cõtento curſu fugere, & Pazzinacæ diſſoluti, inordinate perſequebantur. quumque repente apparuiſſet magiſter cum omni exercitu, inopinata re perculſi, perſequi deſtiterunt, non tamen in fugam vertebantur, ſed potius, ſiquis inuaderet, excipiebant. Sed quum ij qui cum magiſtro erant, vehementi impetu in ipſos concurriſſent, & reliqua phalanx à tergo accederet compoſita & ordinata, ſtatim occidunt fortiores Scythæ, & in latum diſciſſa phalange in medias inſidias incidunt Pazzinacæ: cornua enim ſe ſe coniunxerant, & eos vndique concluſerant. quum igitur parumper illi reſtitiſſent, inclinati ſunt, & omnes fere cæſi. Bardas quum hos ita profligaſſet cognouiſſetque à captiuis reliquos minime fatigatos, inſtructoſq; prælium expectare, quam celerrime ad eos ſe conuertit. illi autem nuper cognita Pazzinacarum clade animos deſponderant inopinata calamitate deterriti: attamen ſe mutuo hortati reuocatis ijs, qui ex fuga diſſipati erant, Romanos inuadunt, alij equites, alij pedites à tergo inſequẽtes. vbi verò primo impetu repreſſi ſunt equitũ conatus à Romanis, qui ſe inuictos præſtitere, inclinati in pedites reiecti ſunt. quo quum rurſus perueniſſent ſeipſos colligebant, Romanoſq; inuadentes expectabãt, & erat aliquandiu pugna æqualis, quo ad Scytha quidam magnitudine corporis, animiq; virtute elatus alios ſupergreſſus in ipſum magiſtrum adequitantem, & ordines confirmantem, fertur, eumq; in capite percutit. ſed quum gladius lapſus eſſet, inutilis fuit ictus. hunc autem magiſter in capite percutit, pondere autem manus, & grauitate

tate ferri, ita fuit plaga valida, vt in duas partes Scytha ſit diuiſus: & Conſtantinus patricius magiſtri frater, fratri opem ferens, alterum Scytham opitulantem priori & violentius concurrentem in capite percutere properauit. ſed quum ille in alteram ſe partem inclinaſſet, Conſtantinus aberrans, in equi ceruicem gladium infigit, & à ceruice caput amputauit: & quum Scytha decidiſſet, ex equo deſiliens ipſe, manuq; arrepta gena ipſum interficit. hæc res Romanos confirmauit, atque audaciores reddidit, timiditatisq; & metus Scythas impleuit, qui ſtatim virtutis obliti terga verterunt, & incompoſiti atque inordinati fugiebant. inſequuti Romani campum cadaueribus complerunt; capti ſunt ijs, qui occubuere, viui multo plures, & omnes qui ſuperfuerant exceptis paucis vulnerati erant, neque vllus effugiſſet periculum, niſi nox ſuperueniens Romanos ne perſequerentur prohibuiſſet; & Barbari ex tot milibus pauci omnino ſuperfuere. Romanorum in prælio viginti quinque occubuere, omnes autem vulnerati ſunt. nondum finierat ſclerus Scythicum bellum, neque ſpatium datum erat Romanis cruorem ex pugna ſuſceptum abluendi, & imperatoris litteræ ad ſe magiſtrum accerſierunt. qui quum perueniſſet ad ipſum, in Aſiam illum cum idoneo exercitu ad propoſitum certamen, iuſſit tranſmittere. nam Bardas Phocas ex Amaſça fugiens, in quam cum cognatis & amicis ac familiaribus iudicio condemnatus relegatus fuerat, cum ipſis facta clandeſtina conſpiratione ad Cæſariam Cappadociæ ſe recepit: ibique coacto haud mediocri ſodalium exercitu, quorum duces erant patricij Theoduli Parſacutani filij Theodorus & Nicephorus, & quidam alius patricius Simeon Ampelas, impoſito ſibi diademate, reliquisq; aſſumptis imperij inſignibus. contra Imperatorem rebellionem concitabat patre ipſius Leone Curopalate alios muneribus ad id prouocante, alios honorum & poſſeſſionum pollicitationibus, vſus in ea re miniſtro Abideno epiſcopo, volebatq; ipſe ex Leſbo clã cum filio Nicephoro ad oppida Thraciæ tranſmittere. qua re ab Imperatore cognita: ſiquidem epiſcopus comprehenſus haud potens indicia ſubterfugere: omnia patefecit, traditus eſt iudicibus Curopalates, à quibus omnibus capitis cum filio condemnatur: ſed clementius ſe erga eos gerente Imperatore, perpetuo exilio luminibus priuati multantur, quum latenter, vt fertur, imperaſſet carnificibus Imperator ne vllo modo eorum oculos læderent, ſed ſpecie excæcatos, re propriũ lumen illæſum auferentes abire permitterent: diſſimularent etiam Imperatoris iuſſa ſuæ humanitati aſcribentes, quod ipſis oculorum aciem gratificati eſſent, & Curopalate res hunc exitum habuere. Sclenis autem quum in Aſiam tranſmiſiſſet, & ad Dorylæum perueniſſet, primum tentauit Phocam, eiuſque adiutores ſi quo modo poſſet bonorum pollicitationibus ipſis perſuadere, vt ab incœpto deſiſterent; etenim mandauerat ſibi Imperator, vt inter decertandum quam maxime poſſet puras à cognato ſanguine manus conſeruaret: vbi verò agnouit ſe ea conari, quæ perficere nequiret: nam rebelles audaciores potius

tius

tius reddebantur, quàm molliores, donorum promiſſis ſtatuit ſibi, opes aggrediendum: & coacto exercitu ad Cæſariam profectus eſt. quo cognito ij qui cum Phoca erant, & incertæ ſpei, qua nutriebantur, præpoſitis ijs, quæ in manibus haberent, videlicet acceptis ſibi traditis ab Imperatore muneribus, quũ nox aduenisſet, ad Sclerum transfugiunt, primum Diogenes Adraleſtus deinde Ampelas, & Theoduli filij, qui omnia ea parauerunt, quæ ad rebellionem ſpectarent, & deinceps reliqua omnis multitudo, ita vt confeſtim ſolus ipſe Phocas cum famulis ſuis relictus ſit: qui omni auxilio deſtitutus, & deſertus ingenti mærore affectus ac dolore cõtra eos, qui facinoris auctores fuerunt, dein de ſe prodidere, ſomno occupatus eſt, iam enim nox aduenerat: viſus igitur ſibi eſt in ſomnis indignari, ac ſuccenſere. & de ijs, qui ſibi iniuriam fecerunt, cum Deo colloqui, & ita dicere, Iudica domine nocentes me. quumq; reliqua pſalmi dicturus eſſet vocem audiuit dicentem, ne vlterius progrederetur, nam Sclerus prior occupauit reliquum cantionis. à ſomno igitur excitatus totus tremens, vt agnouit omni ſe ſpe decidiſſe, vt ſe ſe habebat equo vectus cum ſuis ad oppidum Tyropium fuga ſe recipiebat, cuius fuga à magiſtro Barda Sclero cognita, miſſi ſunt, equites expediti, qui properarent ipſum comprehendere, antequam in oppidum ſe conferret, qui contento itinere eum perſecuti in campo conſequuntur, iam fere oppidi radicibus appropinquantem. vnus autem horum audacia alijs prçſtans & virtute, nomine Conſtantinus, cognomento Charon alijs poſt ſe relictis incitatus ferebatur in Phocam, qui in extrema parte ſuorum ſeſe comparauerat, vt ſi quis inuaderet, alacriter illius exciperet impetum. quem procul intuitus Charon agnitumque conuitijs turpibus & indecoris onerabat, degenerem vocans, & imbellem: iubensq; vel parum expectare, vt rebellionis præmia perciperet: ille autem conuitia exaudiens, neque ignorans, quis ille eſſet, ſuſtinens habenas, & in illum conuerſus oportebat, inquit, te ò vir humanæ fortunæ inconſtantiam reputantem, non probris laceſſere, neque inſultare homini illius violentia oppreſſo, ſed magis lugere & miſerari me in calamitate verſantẽ, cui pater fuit Curopalates, auus Cæſar, & patruus Imperator, quique ducas in eorum numerum aſcriptus fui, qui ſummis honoribus potiti ſunt, nunc autem extremis malis, & infortunijs premor: quum verò ille reſpondiſſet hæc, ò malum caput digna ſunt, quæ pueris dicantur, qui decipi poſſunt, huiuſcemodi nugis, me certe non decipies: & equum ſtimulans audacius accederet, diſtringens Phocas gladium appenſum equi ſellæ, eique occurrens in capite illum percurit. ſtatimq; interficit: neque enim galea vim plagæ potuit impedire. ipſe autem verſis habenis proſequebatur cæptum iter. at perſequentes à tergo, quum eò perueniſſent, vbi Charon iacebat, & intolerabili caſu perculſi, omnes perſequi deſtitere, nemo enim audebat vlterius progredi, & ita ſecuritatem nactus Phocas in oppidum aſcendit. acceſſit deinde Sclerus, crebroq; ad eum mittens, ſcribensq; ſe rationem illius vt affinis habiturũ, idq;

idq; iureiurando confirmans:ſponſam enim propter fratrem Conſtantinum illius habebat ſororem Sophiam,conſulensq; vt ad Imperatorem accedens illius ſibi beneuolentiam,exorata rebellionis venia,conciliaret,accepto iureiurando nihil ſe mali perpeſſurum,ſe cum ſuis Sclero dedidit. Quem nihil aliud paſſum, ſed ſolum clericum effectum in inſulam Chium relegat Imperator: Sclerum autem expeditum cum leuis armaturæ cohortibus rurſus ad Occidentem iubet tranſmittere. ducitq; ſibi vxorem Ioannes Porphyrogenneti Conſtantini filiam Theodoram Romani ſororem,qua re ingenti lætitia ciues affecit, vt qui Imperij potentiam generi conſeruaret. Altero autem ſui Imperij anno, in Rhoxolanos cum exercitu profecturus, & milites donis pellicere, & duces præficere prudentia & ſtratagematum peritia celebres: aliorumq; apparatuum rationem habuit, vt exercitui nihil deeſſet. claſſem quoque inſtruxit ad id opera Leonis vſus, qui poſtea protoueſtiarius fuit: tunc verò erat naualibus rebus præfectus, antiquis nauibus refectis, & nouis alijs ædificatis. & ita idonea parata claſſe,quum omnia recte ſe haberent, inſtante vere, peractis ad Deum placandum ſacrificijs,& ordinato ciuium ſtatu,è regia vrbe Rhædeſtum proficiſcitur,vbi ei duo Scytharum legati occurrunt,ſpecie quidem legationis munus obeuntes, ſed reuera venientes, vt Romanarum rerum ſtatum explorarent: quos exprobrantes & iniuriam ſibi fieri exclamantes,iuſſit imperator omnem exercitum perluſtrantes ordines contemplari. neque enim illorum aduentus cauſſam ignorauit. quumq; id feciſſent, & omnia ſpeculati eſſent,abire eos iuſſit,ſuoque domino renunciare.tali ordine, & obedienti exercitu Romanorum Imperatorem munitum venturum vt ſecum prælium committat,& legatos ita curauit diſcedere, ipſe poſt expeditis ſecum aſſumptis peditum circiter quinque millibus,equitum autem ad quattuor milia,reliquum omnem exercitum pedetentim ſe ſe iuſſit duce Baſilio vigiliarum præfecto ſequi, tranſmiſſoque hæmo in hoſtium regionem inuadit. quumq; ad vrbem magnam prope acceſſiſſet, Paraſthlabam, vbi erat Bulgarorum regia, ibi caſtra poſuit. hoc repentinum factum, Scythas obſtupefactos in maximam ſollicitudinem iniecit: & Cyres præſentium malorum princeps & auctor, quum ne tubæ quidem ſonitum vocibus percipere ſuſtineret(illic enim ipſe quoque commorabatur)vbi ſenſit Imperatorem ipſum veniſſe,& belli auctorem futurum, clam ex vrbe egreſſus ad Rhoxolanorum caſtra ſe confert.quo viſo ipſi,cognitoq; Imperatoris aduentu,haud mediocriter perturbati ſunt: attamen ſe ipſos colligentes,quum Sphendoſthlabus multa ad eos hortandum idonea, & tempori opportuna dixiſſet, accedunt, & contra Romanos aciem inſtruunt. Interim exercitus qui cum Imperatore erat,repente in Suburbanum campum profectus nec opinantes hoſtes inuadit, deprehenditq; extra muros ludicra armorum meditatione ſe exercentes ad octo millia,& quingentos viros. qui quum aliquandiu reſtitiſſent, defatigati tandem fugere. & alij ſine gloria interfecti ſunt,

ſunt,alij in vrbem ſe incolumes recipiunt. Dum hæc geruntur, Scythæ qui in vrbe erant cognito improuiſo Romanorum aduentu, & pugna cum ſuis inita,ſinguli,prout tempus concedebat,ſumptis, quæ ſors offerebat armis, auxilio venere,quos occurrentes Romani incompoſitos, & diſperſos incedentes, interficiebant. Idcirco, quum ne breui quidem tempore reſiſtere potuiſſent inclinati in fugam vertuntur, quumq; accucurriſſent Romanorũ equitum phalanx,viamque illam quæ ducit ad vrbem interclusiſſet, per campum fugientes diſſipabantur,deprehenſiq; cædebantur:ita vt completa ſit omnis planities cadaueribus,viuique innumerabiles capti ſint. Sphangelus autem omnis exercitus in perſthlaba dux,ſecundus poſt Sphendoſtlabum in Scythis dux erat. qui veritus vt par erat,urbis periculum, clauſis portis,vectibusque munitis in murum conſcendit,& omnis generis telis, lapidibusq; inuadentes Romanos propulſabat. Nox igitur ſuperueniens oppugnationem diſſoluit. mane verò præfectus Baſilius cum omni ſequenti exercitu apparuit, cuius aduentu admodum gauiſus Imperator in quemdam collem aſcendit,vt Scythis conſpicuus eſſet, exercitus verò coniuncti vrbem vndique circundedere: vbi verò multum hortante Imperatore,vt reſiſtere deſineret,vt neve funditus interire vellent, noluerunt obedire, neque e muro deſcendere. Iuſta ira incitati Romani oppugnationem continuare, ſagittisq; ſuperiore in parte ſtantes aduerſarios coercere, & ſcalas muris admouere: & quidam ſtrenuus miles dextra gladium tenens, læua autem ſupra caput proiecto ſcuto,primus ſcalam vnam ſcandens & ſcuto ictus propulſans,gladio verò inuadentes ac prohibentes repellẽs, ad muri faſtigium peruenit.omnibusq;, qui ibi erant,diſſipatis, ſe ſequentibus ſecurum præbuit aſcenſum,quem imitatus alius eſt, deinde alius,tum multi. mutuoq; ſe militibus protegentibus Scythæ oppreſſi de muro ſe ipſos præcipitabant, & plures alij Romani priorum æmulatores diuerſis in locis per ſcalas in murum conſcenderunt, perturbatisq; Scythis, quidam illis imprudentibus abſque vllo labore ad portas ſe contulere, quibus apertis exercitum introducebant. Et ad hunc modum capta vrbe Scythæ per angiportus fugientes deprehenſi cædebantur, mulieres ac pueri abducebantur captiui. Captus eſt etiam Boriſes Bulgarorum rex cum vxore ac liberis,adhuc Imperij gerens inſignia,& ad Imperatorem perductus, erga quem ſe humanum præbuit Imperator, Bulgarorum eum Imperatorem vocans, omnesq; captos Bulgaros ſolutos ac liberos dimittens,quocumque ire vellent, poteſtate eis permiſſa aſſerens ſe ſe non vt in ſeruitutem Bulgaros redigeret,ſed potius vt eos liberaret eò veniſſe.ſolos verò Rhoxolanos ſe inimicos agnoſcere,eoſque pro hoſtibus habiturum.Scythæ verò fortiores occupato quodam intra vrbis regiam munito loco, octo milia numero, aliquandiu latuere, & plures eorum qui illuc ad exploranda quæ fierent,accedebant,vel ad ſpolia diripienda,occulte ſuperantes occidebãt. quo ab Imperatore cognito miſſus eſt contra ipſos exercitus:ſed qui miſſi erant

ſegniter

Digitized by Google

ſegniter agebant, verebanturque oppugnationem tentare, non quod Rhoxolanos metuerent, ſed quia locus munitus erat, & expugnatu difficilis, & hanc item difficultatem Imperator facile diſſoluit, qui ſumptis armis pedes ante alios omnes progrediebatur. quod videntes milites ſtatim ſumptis armis ſinguli Imperatorem anteuenire feſtinabant, & clamore ac vociferatione arcem inuadunt. Rhoxolanis autem ſtrenue oppugnationem ſuſtinentibus, in multas partes igne coniecto, ita reſiſtentes debellarunt. qui non ſuſtinentes ignis vim, & Romanorum manum, ſinguli ſe præcipitantes fugiebant, & multi igne abſumpti ſunt, multi dum ſe præcipitant interiere. reliquos gladius confecit, vel captiui abducti ſunt, & vrbs hoc modo capta eſt, quæ duobus haud integris diebus reſtitit. qua expugnata & in ſuam poteſtatem redacta Imperator, ibique idoneo impoſito præſidio, & copioſe comparatis victui neceſſarijs, exacto ſanctæ reſurrectionis die, & à ſuo nomine vrbe Ioannopoli appellata, poſtridie ad Rhodoſtolum, quod etiam driſtra vocatur, iter ſuſcepit.

Sphendoſthlabus autem audita perſthlabæ expugnatione, ſane vt par erat, perturbatus eſt, non tamen animo cecidit, ſed ſuis confirmatis, hortatuſque vt nunc præcipue ſe viros bonos ac ſtrenuos præberent, alijſque rebus, vt licuit, conſtitutis, & omnibus ſibi ſuſpectis Bulgaris interfectis: circiter trecentis contra Romanos egreditur. Imperator autem in itinere captis vrbibus, præfectiſque ipſis ducibus, & multas arces & oppida depopulatus, conceſſa eorum direptione militibus iter perſequebatur. quum autem ſpeculatores aduentare quoſdam Scythas retuliſſent: delectum mittit exercitum, Theodorumque mercenarijs militibus præfectum præire exercitui iuſſit, & aduerſariorum multitudinem ſpeculari, ſibique id ſignificare, & ſi progrederetur, ipſorum quoque virtutem leuibus prælijs prouocando tentare. ipſe autem à tergo inſtructus cum omni exercitu ſequebatur.

Quando igitur manus cum hoſtibus conſerere cœperunt, ipſos violento impetu inuadunt; at Rhoxolani inſidias ueriti, non amplius vlterius progrediebantur. multis autem percuſſis, & quibuſdam interfectis inclinati reliqui in propinquos montes diſſipantur, & in ſaltus præruptos & denſos, perque montana ſe incolumes Driſtram recipiunt, numero ſeptem millia. Romani verò qui congreſſi eos fuderant haud amplius erant quàm trecenti. coniuncti autem Scythæ cum Sphendoſthlabo, illinc cum omni exercitu profecti duodecim ante Rhodoſtolum millibus paſſuum caſtra locant, ad trecentum & triginta millia numero, qui Imperatorem in ſe inuadentem ſtrenue ac forti animo ſuſtinebant. Romani autem proximis victorijs elati, & vniuerſam dimicationem, in qua omnis fortuna Reipublicæ Chriſtianæ diſceptaret expectantes, neque ignorantes habere ſe Deum adiutorem, qui non iniurias inferentibus, ſed iniuria affectis opitulari conſueuit, non ſolum fortiores, inquam, ſed iam etiam timidiores & imbecilliores animo, prompti & audaces

euaſere, & ad pugnam committendam admodum feſtinabant: quumque in conſpectum mutuum perueniſſent exercitus, & verbis, quibus ad virtutem milites incitarentur, & imperator & Sphendoſthlabus ſuos confirmaſſent, ac tempori opportuna præcepiſſent, vbi tubæ claſſicum cecinere: inter ſe manus conſerunt vtrique exercitus pari animi alacritate, ac primo congreſſu Romani vehementi impetu in hoſtes lati multis interfectis barbaros ordines concuſſere, non tamen ſubtraxere ſe ſe aduerſarij. neque Romani ſunt eosglorioſe perſequuti. ſed rurſus Scythæ per ſe confirmati iterum clamore Romanos inuadunt, & aliquandiu par erat pugna; iam vero ad diei veſperum Romani ſe mutuo cohortati, & quodam modo cohortationibus corroborati in ſiniſtrum Scytharum cornu impetum fecere, ac multos intolerabili impetu deiecere; quumque Rhoxolani ad eam partem, quæ laborabat, conueniſſent, quoſdam ex ijs, quos circum ſe habebat Imperator ſuis auxilio mittit, ipſe à tergo inſequutus occultatis imperij inſignibus, haſtæ cubito innixus, equum crebro ſtimulans, & voce milites incitans. forti autem conflata pugna, quum multas inclinationes prælium feciſſet, etenim eo certamine duodecies fuſos exercitus produnt, vix Rhoxolani defatigati, & in diſcrimen maximum adducti indecora fuga in planitiem diſſipati ſunt, quos inſequentes Romani deprehenſos occidebant. Multi igitur occubuere, plures etiam capti ſunt: qui verò periculum effugerant, in Rhodoſtolum incolumes ſe recipiunt: Imperator autem peracto ob victoriam ſacrificio glorioſo martyri Georgio: nam die, qua eius memoria celebratur, cum hoſtibus conflixerat, poſtridie ipſe quoque Rhodoſtolum verſus iter ſuſcepit: quo quum perueniſſet, caſtra ibi locauit, atque communijt, non tamen aggreſſus eſt oppugnationem, veritus ne aliquo modo nauibus inde effugerent Rhoxolani. propterea quod flumen obſeruari non poſſet. Sed in caſtris commorans Romanam expectabat claſſem. Interea Sphendoſthlabus Bulgaros, quos viuos ceperat, numero circiter viginti millia compedibus ferreis vinciendos curauit, ita ſibi cauens, eorum conſpirationem veritus, & ad ſuſtinendam oppugnationem ſe ſe comparauit. quum autem claſſis iam aduenifſet Imperator murum oppugnare adortus eſt, ſæpeque accurrentes Scythas fudit. quadam autem die ad prandium diſſipatis Romanis circiter noctis crepuſculum Barbari in duas partes diuiſi, equites & pedites è duabus vrbis portis, altera ad Orientem, quam obſeruare iuſſus fuerat Petrus Stratopedarcha, id eſt, exercitus dux, cum Thracibus ac Macedonibus: altera ad Occidentem, cuius Bardæ ſclero cum Rhoxolanorum copijs cura fuerat commiſſa, erupere inſtructi ad prælium, tunc primũ equites cõſpecti, ſuperiores enim pugnas pedites pugnauerant, quos fortiter excipiẽtes Romani alacri animo decertabant, diuq; æquale præliũ fuit. ad extremum Romani ſua virtute fuſos barbaros intra muros cõcludunt, quũ multi in ipſo prælio occubuiſſent præſertim equites, nullo Romanorũ vulnerato,

ſed tri-

Digitized by Google

ſed tribus tantum equis occiſis. Ita autem fracti barbari, & intra murum compulſi, ſuperueniente nocte inſomnes pernoctabant, eos qui in acie ceciderant, lamentantes, agreſtibus & horridis eiulatibus, ita vt audientibus viderentur ferarum mugitus, & vlulatus non hominum lamentationes, aut fletus. nuper autem illuceſcente die omnes quicumque in aliquibus oppidis ad cuſtodiam diſpoſiti fuerant, in Rhodoſtolum reuocarunt, citoque accerſiti eo peruenere. Imperator autem cum toto exercitu in ſuburbanam planitiem ſe contulit, & ad pugnam Barbaros prouocabat, ſed poſtquam illi non ſunt egreſſi, in caſtra reuerſus quieſcebat. ad quem legati e Conſtantia & alijs oppidis trans Iſtrum ſitis acceſſere malorum petentes obliuionem, ſeq; cum munitis arcibus dedentes. Quibus clementer acceptis miſit, qui oppida reciperent, & exercitum ad ipſorum cuſtodiam idoneum: Iam verò appetente diei veſpere, apertis omnibus portis Rhoxolani multo plures prioribus erumpentes in Romanos inuadunt, nec opinantes, noctem tranſigentes, & primo congreſſu viſi ſunt ſuperiores, verùm paullo poſt ſuperarunt Romani. vbi enim ſtrenue decertans Sphangelus occubuit, confuſi ſunt ac perturbati tali viro orbati, atque impetus remiſere, totam tamen noctem ita reſtitere vt minime cederent: & inſequentis diei partem vſque ad meridiem. Quum verò Imperator exercitum miſiſſet vt barbaris in vrbem introitum intercluderet, cognita re Rhoxolani, ſtatim ad fugam inclinarunt, quum comperiſſent aditus in vrbem intercluſos per planitiem effugerunt, & deprehenſi occidebantur. Shhendoſthlabus autem, quum nox ſuperueniſſet, alta foſſa muros vrbis cinxit, ne facile poſſent Romani impetu facto muris appropinquare, & ita vrbe munita ſtatuit fortiſſimo animo oppugnationem ſuſtinendam; quia verò maxima pars exercitus è vulneribus laborabat, & ſimul eos fames, conſumptis neceſſarijs opprimebat, neque extrinſecus commeatus ad eos, prohibentibus Romanis, comportabantur, Sphendoſthlabus obſeruata intempeſta nocte atque illuni, qua vehemens imber de cœlo, & formidabilis grando cecidit, & tonitrua ac fulgura homines maxime deterrebant, in naues e lignis integris ædificatas conſcendens cum duobus hominum millibus ad commeatus inquirendos egreditur; coactis igitur, vnde cuique oblata fuit copia, frumento, milio, & alijs cibarijs, quibus vita toleratur, eiſdem nauibus per flumen ea in Rhodoſtolum inuexerunt. & in ipſo curſu conſpicati ad fluminis ripam haud paucos militum famulos, partim equis potum præbentes, partim fœnum colligentes, alios etiam ligna, de nauigijs deſcendentes per ſyluam ſine vllo ſtrepitu inopinato, & occulte in ipſos inuadunt, ac plures ipſorum occiderunt, reliquos in propinquas ſyluas diſperſos compulere, rurſuſque in naues conſcendentes ſecundo vſi vento ad Rhodoſtolum feruntur. quæ res Imperatori cognita magnam ei ſollicitudinem attulit, accuſauitq; claſſis præfectos, quod Barbarorum nauigationem è Rhodoſtolo haud perſen

ſiſſent: interminatus eſt autem illis necem, ſi amplius quidpiam tale ipſis imprudentibus accideret. illi vtrinque fluminis ripas diligenter obſeruabant. Imperator verò quum ſexaginta quinque dies cotidie dimicans oppugnata vrbe nihil profeciſſet, ſtatuit vrbem obſidione ac fame tentandam; idcirco vndique vallis aditibus interclusis, cuſtodibusq; impoſitis, ne quis exiret ad victum neceſſaria importaturus, quieſcebat. & in hoc ſtatu erant Rhodoſtoli res. Leo verò Curopalates, & Nicephorus eius filius, ſpecie quidem vt ante diximus excæcati, ſed adhuc illæſis luminibus ad Tyrannidem rurſus inuadendam ſe comparabant: multis ciuibus atque regiæ cuſtodibus corruptis: & poſtquam de animi ipſorum ſententia res paratæ ſunt, mercede conducto nauigio, in ipſum conſcendentes, ab inſula ſoluunt, in quam iudicio relegati fuerant. & ad continentem aduerſam vrbi vrbē cōtendunt, in illud ſuburbanum, quod pelamida vocant, vnde circiter primū galli cātum Byzantium ſe recipiunt. quumq; vnus ex conſcijs rem Leoni claſſis præfecto cui regiæ commiſſa cura fuerat, cum Baſilio rectore indicaſſet: ille idoneum exercitum, ad comprehendēdum Curopalatem eiuſque filium mittit. quo illi cognito, ad magnum templum confugiunt. vnde abſtracti in primam inſulam eiecti ſunt, ibique ipſis oculi effoſſi. apparuit etiam eo tempore neſcio quid memoria dignum, tabula ex lapide præconneſio in horto cuiuſdam ſenatoris inuenta eſt eo temere proiecta, quæ in ſuperficie expreſſas duas humanas formas continebat; alteram viri, alteram mulieris, & in fronte tabulæ erat hoc ſcriptum epigramma, Ioanni & Theodoræ bonorum amatoribus multi anni. quod quidem nonnullos obſtupefecit; quomodo præſentia adeo aperte præmonſtraſſet, & quidam non carere commento rem neque dolo opinabantur, horti dominum ſibi Imperatoris beneuolentiam hac re conciliare voluiſſe rati. ſiue autem hoc ſiue alio modo res ſe habuerit, nequeo dicere. Scythæ autem intus fame oppreſſi, extra à machinis, quibus muri oppugnabantur vexati, & præcipue in eo loco, quem magiſter Ioannes Romani Curcuæ filius cuſtodire iuſſus fuerat, nam ibi tormentum, quo ſaxa iaciebantur, haud mediocriter lædebat oppidanos, delectos quoſdam fortiores ſcutatos cum leuis armaturæ militibus miſit, ſi quo modo poſſent eiuſcemodi machinam, demoliri. quo cognito Curcuas, cum fortiſſimis, quos ſecum habebat, quamcelerrime ſuccurreret, quumque in medios Scythas perueniſſet, iaculo percuſſo illius equo, quum ipſe ſimul decidiſſet, interficitur in fruſta conciſus. at Romani accurrentes, & cum Rhoxolanis congreſſi, & machinam illæſam ſeruarunt, & Scythas repulſos in vrbem incluſerunt. Quum Iulij menſis adueniſſet dies vigeſima, erupere cum toto exercitu Rhoxolani, & cum Romanis congreſſi pugnabant, eos confirmante, & ad pugnas accendente viro quodam apud Scythas illuſtriſſimo Icmore nomine, quem poſt Sphangelum interfectum in honore ipſi habebant, non propter cognationem ſanguinis apud ſe ſummopere cultum, neque ob conſenſum, ſed ſola virtute ab

omnibus

omnibus obſeruatum: Hunc conſpicatus Anemas Cretenſium regis Curopæ filius, vnus ex Imperatoris ſatellitibus, & ipſum per ſe ſtrenue decertantem, & reliquos ad pugnam cohortantem & excitantem, Romanorumque acies perturbantem, neque magnitudine viri deterritus, neque illius virtutem veritus, ſed animi ardore perculſus equo huc atque illuc concitato impetu, qui comprimi non poſſet, diſtricto qui à femore pendebat gladio, in Scytham fertur, eiuſque ſiniſtrum humerum apud clauem percutit, & ceruicem abſcindit, ita vt exciſum cum dextra manu caput in terram ceciderit. Et Scytha, ita vt ceciderat, iacuit. Anemas illæſus ad caſtra redijt. elata eſt ob id facinus vox varia Romanis ob victoriam vociferantibus, Scythis autem indecore eiulantibus, qui etiam reſiſtere deſtiterunt. factaque Romanis impreſſione, in fugam inclinarunt, & turpiter in vrbem ſe receperunt incolumes: ceciderunt multi hac etiam die, & propter anguſtias mutuo obtriti, & a Romanis comprehẽſi atque interfecti: & parum abſuit; quin & ipſe Sphendoſthlabus caperetur, niſi ſuperueniens eum nox liberaſſet. qui autem periculum euaſerant, intra vallum luctum magnum pro morte Icmoris excitarunt. & Romani mortuos barbaros ſpoliantes in interfectis etiam mulieres virili habitu indutas compererunt, quæ cum ſuis viris contra Romanos dimicauerant. quia verò res bellicæ barbaris male ſuccedebãt, neque vlla ſocietatis vſquam ſpes erat, nam & eiuſdem nationis homines longe aberant, & finitimæ gentes barbaræ Romanos veritæ auxilium denegarunt, defecerantq; ipſis res ad victum neceſſariæ, neque alicunde poterant importari Romana claſſe accurate fluminis ripas aſſeruante, & ad Romanos tamquam ex quodam copioſo fonte omnia bona confluebant, & equeſtres, pedeſtresq; copiæ ſemper augebantur. & neque ad ſuos illi fuga ſe recipere poterant, quum exitus, vt diximus, diligenter aſſeruarentur. propoſita igitur re in conſultationem, alij occulte recedendum cenſebant, alij autem dexteram & fidem ab Romanis petendam, quippe quum aliter abeundi nulla facultas daretur, & ita in patriam abeũdum, alijſque aliter vt vnicuique tempus concedebat conſulentibus, & omnibus omnino bellum finire cupientibus, Sphendoſthlabus magis hortabatur, vt adhuc vel ſemel cum Romanis prælio decertarent, & vel ſtrenue pugnantes vincerent aduerſarios, vel victi turpiſſimæ vitæ, & probris obnoxiæ atque ignominioſæ glorioſam & beatam mortem anteponerent: acerbam enim & iniucundam ſibi fore vitam ſalutem fuga adeptis, ſi quidem finitimis gentibus contemptui erunt, quos illæ antea admodum verebantur: Placuit Sphendoſthlabi conſilium, & conſenſerunt omnes totis viribus extremum eſſe vitæ adeundum periculum, poſtridie igitur vrbe egreſſi cum omnibus copijs, clauſisq; portis, ne quis poſſet reuerſus in vrbem ſeruari. cum Romanis congrediuntur, fortique conflata pugna, & barbaris ſtrenue dimicantibus ſolis æſtu combuſti Romani, ſitique laborantes, vt pote qui omnibus armis grauabantur, Iam enim meridies erat: cedere ceperunt,

quod

Digitized by Google

quod ſentiens Imperator, cum ijs, quos circum ſe habebat, cito venit ipſis auxilio, & ipſe vim belli ſuſtinebat, exercituique defatigato & ſolis æſtu & ſiti, vtres vini & aquæ plenos afferri iuſſit, quibus illi æſtu & ſiti ſedata, quum ſe refeciſſent, vehementi impetu in Scythas irrupere. quos quum illi ſtrenue excepiſſent, par erat vtrinque pugna, quoad Imperator deprehenſis loci anguſtijs, vnde Scythis animaduertebat vires augeri, quod Romani anguſtijs illis oppreſſi nequirent, ſuæ virtuti conuenientia edere facinora, ducibus imperauit, vt in planitiem retro cederent, & procul ab urbe ſe recipientes fugæ ſpeciem præberent, non tamen incompoſite, ſed ſenſim & pedetentim cedentes, & poſtquam eos perſequentes procul ab vrbe abduxerint, tunc repente laxatis frenis equos conuertentes cum ipſis congrediantur, & illi imperata fecerunt. Rhoxolani autem opinati retrocedentes Romanos fugere, ſe mutuo cohortati clamore & vlulatu perſequebantur. ſed vbi ad definitum locum peruenere Romani conuerſi cum ipſis fortiter pugnant, tunc forti prælio conflato Theodorus è Miſthæa equo ipſius haſta vulnerato decidit in terram, circum quem fortis erat contentio, Rhoxolanis interficere, Romanis ne interficerentur, ſtudioſe contendentibus. Hic enim Theodorus ex equo lapſus quemdam Scytham Zona apprehenſum huc & illuc manuum robore verſans veluti paruum quoddam leue ſcutum, haſtas contra ſe miſſas propulſabat, & paullatim ad Romanos retro ſe recipiebat. ad extremum aduenientes Romani, & Scythas repulerunt, & hominem è periculo liberarunt, & tandem exercitus omnino diuiſi ſunt, adhuc incerto belli euentu: Imperator autē Scythas cernens nunc acrius, quàm prius decertantes, temporiſque impendium grauiter ferens, ſimul Romanos laborantes, & prælio vexatos miſeratus, ſingulari certamine exiſtimauit ſibi de ſtatu rerum dimicandum, miſſiſq; ad Sphendoſthlabum legatis, ipſum ad ſingularem pugnam prouocat, aſſerens oportere ac ſatius eſſe vnius viri morte finem imponi contentioni, quam tot gentes interfici, paullatimque conſumi & victorem cunctarum rerum imperio potiri. Ille autem prouocanti minime conſenſit, ſed ſuperbe loquutus ſe ſua melius hoſte conſideraturum reſpondit, quod ſi ipſi viuere non vacat, infinitas alias eſſe mortis vias, horum quam vellet eligeret. hæc arroganter effatus alacrius bellico incumbebat apparatui. Imperator autem deſperata ſingulari, ad quam illum prouocauerat, pugna, omnibus modis id moliebatur, vt aditum in vrbem barbaris intercluderet: ad quod munus Bardam magiſtrum ſclerum mittit, cum ijs, quibus præerat legionibus, patricium autem Romanum filium Conſtantini Imperatoris filij Romani ſenioris, & Petrum Stratopedarcham cum ijs, quibus præerant, copijs, iuſſit cum hoſtibus pugnare, qui Scythas vexantes ſtrenue præliabantur, quumque illi alacriter impetum exciperent, multę factę ſunt belli mutationes, & inclinationes, et aliquandiu pari marte certatum eſt, tunc rurſus filius Crete Ameræ Anemas, huc atque illuc concitato equo, uehementiuſque ſtimulato,

contra

contra ipſum Sphendoſthlabum iuuenili audacia fertur, & hoſtium diuiſa phalange, gladio illius medium caput percutit, atque de equo deijcit, non tamen interficit, quod arma quibus erat indutus, eum protexere, ipſe verò circumuentus & à multis vulneratus occiditur: ſtrenue & glorioſe vitam finiens, magnumque aduerſarijs miraculum effectus, fertur item diuinam opem tunc Romanos eſſe conſequutos, turbo enim quidam à noto in ora Scytharum conſtitit haud permittens eos captis vti in bello conſilijs. & quidam vir conſpectus eſt ab omni Romanorum exercitu, albo equo vectus in anteſignanis pugnare, hoſtiumque commouere ac perturbare phalanges, nulli prius, aut poſtea cognitus; quem aiebant eſſe vnum ex glorioſis martyribus, Theodorum videlicet, quibus tutoribus ac propugnatoribus contra hoſtes vtebatur ſemper Imperator. etenim forte accidit vt hoc prælium ea die committeretur, qua celebrare memoriam militis conſueuimus. & mulier item quædam nobilis Byzantij, ſupremæ poteſtatis viſum illud eſſe confirmabat, vna ante congreſſum die in ſomnis ſibi viſa dei genitrici præſto eſſe, & cuidam militi dicentem audire, domine Thodore meus ac tuus Ioannes in periculo verſatur, ad eius auxilium propera; ortoq; ſole vicinis rem patefecit, & quæ viſa ſunt, hæc fuere. funduntur rurſus Scythæ, & clauſas vrbis portas comperientes à ſclero, per planitiem diſſipati mutuoq; conculcati interfecti ſunt, & à Romanis cæſi numero infiniti, vulnerati autem fere omnes. Martyri autem debitum reddens honorem Imperator, & auxilij præmia rependens, templum vbi illius ſanctum corpus conditum eſt, à fundamentis euerſum, maius pulcherrimumque ædificauit, attributis ei magnificis poſſeſſionibus, quod etiam pro euchanea Theodoropolim appellauit. At Sphendoſthlabus vbi omni machina adhibita nihil ſe proficere ſenſit, nullamque ſibi ſpem relictam animaduertit, de fœdere cogitauit. mittit igitur ad Imperatorem legatos, qui fidem peterent ſibi dari, vt inter ſocios & amicos Romanorum aſcriptus permitteretur incolumis domum cũ ſuis redire, & volentes Scythæ negociorum cauſſa tuto poſſent aduentare. Admiſit legationem Imperator, effatusq; celebratum illud verbum, conſueuiſſe Romanos hoſtes beneficijs magis, quàm armis vincere, omnia quæ illi petierat, rata eſſe iuſſit, percuſſoque fœdere Sphendoſthlabus etiam cum Imperatore colloquium poſtulauit. cui rei quum ille aſſenſus eſſet, acceſſit. congreſſiq; inter ſe & colloquuti, de quibus placuit, diſceſſerunt. Imperator autem ad Pazinacas, quod id quoque petierat Sphendoſthlabus, legatos mittit, promittẽs, ſi velint eos ſe ſe amicos & ſocios habiturum, petensq; ne trãſmiſſo Iſtro regionem Bulgarorum popularentur, concederentq; Rhoxolanis vt per ipſorum fines tranſeuntes domum redirent. obiuit hanc legationem Theophilus euchaitarum Archiepiſcopus: illi autem accepta legatione, ſolo tranſitu Rhoxolanorum denegato, alijs fœdere percuſſo conſenſerunt. quum verò Rhoxolani inde nauigaſſent, imperator habita oppidorum & vrbium ad fluminis ripas;

ratione

Digitized by Google

ratione ad Romanorum ſedes reuerſus eſt, quem vrbis Archiepiſcopus cum ſynodo, & omnes qui magiſtratum gerebant, cum pęanis & victoriæ laudibus, exceperunt coronas afferentes, parato quadriiugo curru admodum decore, in quem conſcendere uolebant, & ita triumphum agere Imperatorem. ipſe verò nihil, quod magnificum eſſet, approbans, ſeque moderatum cupiens oſtendere, allatas coronas accepit, & albo equo vectus triumphauit. in curru verò impoſitis Bulgarorum veſtibus, & ſuper ipſis Dei genitricis imagine vt ciuitatis patronæ, ipſum præire iuſſit. Quumque ad locum, qui forum dicitur, perueniſſet, ſatis celebratus, deique parenti & eius filio actis ob victoriam gratijs, Inſignia Bulgarici Imperij in conſpectu ciuium Boriſem exuit. hæc autem erant aurea corona & Tiara & Byſſino filo contexta, & purpurea calciamenta. Inde ad magnum templum profectus, ibique Bulgarica corona pro munere Deo dedicata, perductoque Boriſe ad magiſtrorum dignitatem, in regiam ſe recepit. Sphendoſthlabus autem domum reuertens dum per Pazzinacum regionem iter facit, in inſidias iam antea ſibi paratas incidit, quæ ipſum excepere. funditusque & ipſe & omnis eius interit exercitus, iratis ipſi Pazzinacis ob fœdus cum Romanis ictum. Imperator autem actis gratijs ſaluatori Chriſto ob parta Trophæa templum ſupra æream apſidem nouum conſtruxit, nulli ſumptui parcens, aut ornamento. remiſit etiam ijs qui tributa pendebãt, Nota. illud quod capnicũ appellabatur, id eſt . . . . Imperauit item in numiſmate obolo imaginẽ ſaluatoris inſcribi, quod antea factum nõ fuerat. in cuius altera parte hæ litteræ inſcribebantur, Ieſus Chriſtus Rex Regum. & hoc inſequentes obſeruarunt Imperatores. Baſilio autem patriarcha criminis accuſato, & per Synodum deiecto, in eius locum creatus eſt patriarcha Antonius ſtudites: Auguſto autẽ menſe indictione tertia apparuit crinita ſtella, quæ pogonias dicitur, id eſt, barbata, apparuitq; vſque ad Octobrem menſem quarta indictione; præſignificabat hæc Imperatoris mortem, eaſq; calamitates futuras ob ciuilia Romanorum bella, quibus remedium nullum poſſet adhiberi. Quum verò vrbes à Nicephoro ſubactæ, & Romanis vectigales ac ſtipendiariæ factę, vt ante diximus, ſuperbia elatæ Romanam poteſtatem repudiaſſent, contra ipſas Imperator profectus vſque ad Damaſcum ſe confert, & alijs perſuaſione, & verbis, alijs bello & vi recuperatis, omnibusq;, prout par erat, conſtitutis, redibat in regiam vrbem. quumque ad Anabarzam & Pedandum perueniſſet, & reliquas regionis partes peragraret, oculis præſentes poſſeſſiones colluſtrans admodum ſumptuoſas, & loca fœcunda atque fertilia, ab ijs, quos inueniebat, cuiuſnam eſſent, percontabatur. ſed vbi ab ipſis omnes eſſe cognouit Baſilij vigiliarum præfecti: & hanc & illam nuper à Nicephoro Imperatore Romanorum adiectas, alias à domeſtico ſcholarum, aliam ab aliquo, & aliquam à ſe Baſilio donatam, nihilque, quod alicuius pretij eſſet, ex ijs quæ Reipublicæ parta fuerant, relictum: admodum dolens & altius ſuſpirans graue, inquit, ò vos qui

adeſtis

adeſtis ſi publicæ pecuniæ conſumuntur, Romanique exercitus defatigantur,
& Imperatores indefinitos perferunt labores, quæ verò ex illorum laboribus
comparantur, hæc vnus poſſideat Eunuchus. Hæc dixit Imperator. quum
verò quidam ex ijs, qui aderant, Baſilio Imperatoris verba retuliſſent, eum
ad iram concitauit, atque ex eo tempore occaſionem quærebat, qua Impera-
torem è medio tolleret. obſequijs igitur ſibi conciliato & muneribus corru-
pto eo qui conſueuerat Imperatori vinum porrigere, per ipſum venenum, non
ex ijs quæ maxima efficacia præſens afferunt periculum, ſed ſenſim paullatimq́;
bibentis vires exhauriunt, commiſcet Imperatori: & bibens ille ac paullatim
morbo correptus & propria virtute deſtitutus ad extremum etiam tumefactis
humeris, multoque ſanguine per oculos effluente in regiam vrbem ingreſſus
vitam finiuit. quum regnaſſet annos ſex, menſes totidem & aliquot inſuper
diebus, relictis regni ſucceſſoribus Baſilio & Conſtantino Romani liberis.

BASILIVS ET CONSTANTINVS.

EGITVR Ioannis finis hunc ſortitus eſt exitum. & regni po-
teſtas ad Baſilium Conſtantinumque Romani filios peruenit
anno ſex milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quarto 6484
indictione quarta menſe Decembri, ex quibus Baſilius vige-
ſimum agebat annum, & tribus annis ipſo iunior erat Con-
ſtantinus. Habitus igitur & nomen tantum Imperatoris ipſos ornabat, at re-
rum adminiſtratio à præſidente Baſilio curabatur, propter iuuenilem regum
ætatem ac teneram, quęque nondum prudentiam eſſet adepta, qui ſimul atque
imperium ad Romani filios peruenit, ſtatim miſſis nuncijs eorum matrem ab
exilio reuocat, in regiam. ueritusq́; conſpirationes contra imperium fieri ſoli-
tas, & præ alijs magiſtrum Bardam Sclerum metuens ſemper regno inſidias mo
lientem, ac ſemper de rebellione cogitantem, ſiquidem conuictus erat impe-
rante Ioanne inſidias feciſſe, & condemnatus, vt ipſi oculi effoderentur, ab ipſo
fuerat à pœna liberatus, hunc maxime veritus, cui tunc omnes Romanorum co
piæ commiſſæ erant: quique facile quocunq; vellet eas adducere, & res innoua
re poterat: erat enim totius Orientis dux declaratus, expedire cenſuit imperio,
ac tutum eſſe, de eius poteſtate nonnihil amputare, ipſumq́; imbecilliorem red
dere ad ſuſpectam rebellionem. Hunc igitur eo magiſtratu abdicatū Ducam de
clarat eatū legionum, quæ in Meſopotamia erāt, iubens vehementer vigilare &
Saracenorum excurſiones obſeruare. Hoc idē erga Michaelē Burzen itidem ſu
ſpectum molitus eſt, id vnū ſtudēs. vt eum à Scleri ſocietate diſiūgeret, illius.n.
partes ſequebatur iſte quoq; legionis cuiuſdam exercitus præfectus; quem ma
giſtrorum dignitate ornatum Ducam illius Antiochiæ quæ eſt apud Orontem
creat, pręſidemq́; & pręfectū omnibus oriētis legionibus declarat Petrū patriciū

Ducæ ſeruũ Stratopedarchen ipſum nominás,exectũ quidé virũ,ſed alioqui rebus agendis ſtrenuũ,reiq; militaris peritiſſimũ . hoc maxime offendit Sclerũ ita vt ne ſecũ quidem triſtitiam tegere,& diſſimulare forti animo poſſet,verum increparet,exprobraretque ſi pro rebus à ſe ſtrenue geſtis & trophæis talia refert præmia ; in deterius proficiens , & parum vel nihil potius curæ fuit regij cubiculi præfecto , qui reſpondit contentum eum ijs quæ data fuerant , eſſe debere , neque amplius ambitioſe alia curare niſi velit pro principe priuatæ domus ſuæ cuſtos fieri . His autem ita à regij cubiculi præfecto adminiſtratis , profectus Bardas à regia vrbe ſumma celeritate commiſſum ſibi accipit imperium, ſed ſuperioribus magiſtratibus , quum ſe potentem ſæpe & ſtrenuum virum oſtendiſſet , omnique vt ita dixerim exercitui carus eſſet , auſus eſt cum multis arcanum quod meditatus fuerat , conſilium communicare , & aperire,& præcipue legioni ducum . nuperque ratus tempus idoneum ad retegendum inceptum , quod cum ſuis neceſſarijs excogitaret, quam ipſe iampridem conceperat ; rebellionem parit , & contra Imperatores & cognatos arma ſumit . ſtatim igitur Anthem nomine , Alyatem cognomine vnum è ſuis miniſtris maxime ſtrenuum ad regiam vrbem mittit , vt ſi quomodo poſſet occulte Romanum ſuum filium , qui tunc in regia vrbe peregrinabatur, ad ſe adduceret.ille quum ad vrbem perueniſſet modis omnibus latere ſtudens , rumores haud bonos contra Sclerum diſſeminabat , quibus potuit non ſuſpectus haberi , & Romanum furtim abductum ad Sclerum perducere.Bardas autem iam patefacto ſuo conſilio , & ſibi diadema imponit : & reliqua Imperij aſſumit inſignia , atque ab omni præſenti exercitu Romanorum declaratur Imperator, quum Armenij principes illum celebraſſent . Sed quia ſibi , qui talem aleam iecerat , multis opus eſſe pecunijs intelligebat, ſine quibus nihil eorum quæ opus facto ſunt,perduci ad exitum poteſt, vt ait orator , ad eas cogendas ſtatim conuertitur , & publicorum tributorum detinens exactores , & ipſe publicas exigens pecunias , & eos qui alioqui diuitiarum ſuſpicionem præberent comprehendens ac puniens , aliquibus etiam vltro ipſi ſuum victum deferentibus ſpe maiora conſequendi . & ita breui tempore multam pecuniæ vim coegit : occupatoq; munito oppido , quod Charpete dicitur in Meſopotamia ſitum , & adhuc vndique amplius munito præſidioque idoneo impoſito , in ipſo coactas pecunias repoſuit , curauitque vt ſibi ex clade receptaculum,& portus eſſet ſalutis,& cum finitimis Saracenis, Apo Zulph Ameras amidis , quæ Emet vocatur,& apotile Amera Martyropolis, quam miephrecim vocant inita ſocietate, fide data acceptaq;,& cõtracta affinitate,& ipſius vinculo confirmata amicitia, multas accipit pecunias, & ſocios Arabas equites trecentos . fama verò vbique diuulgata , confluebant ad ipſum quicumque nouandis rebus ſtudebant . quum verò iam appetijſſet æſtas , profectus cum omni exercitu ad urbem regiam properabat , ſpei plenus , & tantum non ſibi in ipſa regia ſedere viſus :

etenim

Digitized by Google

etenim incitabat ipſum & audaciorem ad facinus reddebat, monachi cuiuſdam virtute præditi conſpectus, qui ſibi in ſomnis viſus eſt. videbatur enim ſibi videre homines igneos, qui Bardam aſſumptum in quamdam celſiſſimam ſpeculam adducerent, ibiq; occurrere ſe mulieri humana ſpecie inſigniori, quę ſibi regium flagellum traderet. Hoc flagellum Bardas ſymbolum exiſtimabat Imperij, ſed reuera contra Romanos erat diuina ira. quum verò recens vrbem regiam fama inuaſiſſet, Imperatores haud mediocri ſollicitudine afficiuntur, mæſtitiaq; occupauit ſtudioſam Reipublicæ & incorruptam ciuium partem. eos dum taxat hæc res lætitia afficiebat, qui rerum commutatione gaudent, & rapinis. cito igitur litteræ ad Stratopedarcham Petrum mittuntur, citoque ſana pars exercitus in Cæſaream coacta eſt. Dum hæc gerebantur, Stephanus ſyncellus & Nicomediæ præſes vir clariſſimus, & ſapientia ac virtute illuſtris, quique idoneus erat ad molliendam duram & agreſtem mentem eloquentia, legatus ad Sclerum mittitur, ſi qua ratione poſſet ei perſuadere, vt arma deponeret. Sed ipſe vni rei animum intentum habens, Imperij cupiditati, quum ad ſe ille veniſſet, multaque loquutus eſſet quibus eum mulceret ac deliniret, noluit eum pluribus detinere, ſed extento dextero pede, oſtenſoque purpureo calciamento fieri nequit, ò vir, inquit, vt qui ſemel hoc induerit, multis inſpectantibus facile deponat. referto igitur ijs, à quibus miſſus es, vel ſponte eos me Imperatorem accepturos, vel etiam ipſis inuitis tentaturum me Imperium occupare. hæc loquutus, præfinitoque ei quadraginta dierum tempore abire iubet. reuerſo autem Syncello, redditoque Scleri Imperatoribus reſponſo, & Baſilio imperij moderatori, litteræ Stratopedarchæ mittuntur, ne auctor eſſet ciuilis belli incipiendi, ſed tranſitus diligenter aſſeruaret, & ſi quis bellaturus accederet illius impetum propulſaret, Sclerus autem Cæſaream proficiſcens præcurſores miſit & ſpeculatores, qui vbi nam hoſtes eſſent, explorarent, ſibiq; ſignificarent, iterque planum facerent. dux autem eorum qui miſſi ſunt, delectus fuit, Anthes Halyates, qui quum ad quaſdam loci anguſtias perueniſſent, eucolitum vocant, incidentes in quandam regij exercitus partem, cui præerat Euſtathius magiſter Maleinus tentabant pugnam, & leuia quędam prælia committebant. quod quum aliquandiu feciſſent, neque ex ipſis aliquis terga daret, Halyates ſeipſum minime continens feruore animi captus, ſtimulato equo temerario impetu cum hoſtibus congreditur, nullaque re geſta memoria digna letali plaga percuſſus occumbit, omneſque qui cum ipſo erant in proximos ſaltus ac ſyluas diſſipati ſunt. tunc etiam renunciatum fuit fore vt Bardæ ſodalium præfectus ad Imperatoris exercitum transfugeret. quem accerſitum ad ſe conuitijſque oneratum dimiſit, nihil amplius in eum aperte ſtatuens, ſed clam denuncians mercenarijs Saracenis interficiendum curauit. illi enim deambulantem hominem meridie circumfuſi gladijs ceciderunt, præfecti verò Imperatoris legionibus, Scleri iam iam aduentum expectantes, oppor-

tuna quæque viarum loca ſtatuunt occupare, profectique cum omni exercitu contra illos caſtra locant, præoccupati locis illis, qua erant iter facturi. qua re cognita Sclerus ſegnis erat & cunctabatur vlterius progr edi timens, tempusq; cunctando terens rei euentum expectabat. ſed illum incitat, alacrioremq; reddit transfuga quidam dux, Sachacius nomine, Brachazius cognomento, admonuit enim ne fruſtra tempus tereret, moram enim contemptum parere, qui viſus opportuna dicere, dux & princeps itineris declaratur, tribuſque diebus ad Liparam peruenit. hic locus erat pars Cappadociæ, quæ nũc licandus vocatur, propter fertilitatem & fæcunditatem ita appellatus. Quod quum cognouiſſet Stratopedarches nocturno vſus itinere, metu ne contra accederet Sclerus, caſtra è regione aduerſariorum ponit, & vſque ad aliquod tempus differebant, & pro trahebant apertam pugnam. victoriamque occulte adipiſci contendebant. Bardas autem ſtratagemate decepit aduerſarios multis apparatis conuiuijs, vt videlicet cognatum exercitum conuiuio excepturus, & ita hoſtes fraude circumuenit, qui ſuſpicati ea die illum haud initurum prælium, ipſi quoque epulis ſe dediderunt; Sclerus autem hoc cognito, habebat enim exercitum ad prælium inſtructum, repente tuba iuſſa claſſicum canere, in hoſtes prandentes inuadit, illi autem vt ſe ſe habebant ſinguli, arreptis, quæ ſors offerebat telis: inuadentes ſuſtinebant, haud repentina re perculſi, & aliquandiu ſtrenue propugnarunt, deinde altero cornu ſuperior Bardas hoſtes circumuentos deterrens, & intus iam comprehendi metuentes, immiſſis etiam à tergo mercenarijs in fugam vertit, & multam patrat cædem, quum primus Antiochiæ Ducas Burzes inclinaſſet ſiue metu, ſiue malitia. vtrumque enim dicebatur, occupauitq; omnia caſtra cum impedimentis, & inde infinitas opes adeptus, rurſus ad locum qui Zabandus dicitur, contendit. eſt autem Zabandus vrbs in prærupta petra ſita hominũ frequentia & diuitijs abundans, qua a ciuibus voluntate accepta, haud mediocres diuitias coegit: hæc victoria multos, qui Imperatorem ſequebantur, commouit, coegitque ad Sclerum transfugere. nam Burzes primus ad Sclerum ſe confert, & patricius Andronicus, & dux Lydus cum filijs & Attalenſes in vinculis coniecto claſſis Imperatoris præfecto cum tota claſſe ad Curtizium Michaelem accedunt, qui à Sclero miſſus fuerat, vt Cybyræotis præeſſet. quibus renunciatis Imperatori, & vigiliarum præfecto, propoſita re in conſultatione viſum eſt, ex amicis Imperatoris aliquem accepto pari imperio, tyranni poteſtati, ita vt nullius rei rationem reddere cogeretur, conceſſa facultate honoribus prouehendi, & muneribus ditandi quicumque ad ſe accederent, contra Tyrannum proficiſci. placuit ſententia mittiturque Leo protoueſtiarius Imperatotis cum quodam patricio conſiliario Ioanne viro Illuſtri, & eloquentia celebri, accepta ab Imperatore poteſtate omnia ſine controuerſia faciendi, quæcumque Imperatori licent. egreſſus igitur quum perueniſſet ad Phrygiæ cotyæum cum Stratopedarchæ Petro coniunctus

iunctus ibi caſtra poſuit, & forte Bardas in dipotamo caſtra locarat. eſt autem dipotamum locus regius, quod indigenæ meſanacta vocant. clam igitur munerum pollicitationibus, & honorum conabatur ad ſe rebelles adducere, eoſque Imperatori conciliare. ſed hac re non animaduertebat ſe aduerſarium potius confirmare, imbecillitatis opinantem ſignum eſſe eiuſcemodi cohortationem; quare deſperata re, è coryæo profectus nocte, præterito Sclero, Orientem verſus iter habebat. hæc res admodum deterruit eos, qui cum Sclero erant, qui metuebant non pecunijs tantum & poſſeſſionibus ſuis, ſed etiam pretioſiſſimis quibuſque rebus. multi igitur eiurata rebellione ad protoueſtiarium confluere ita vt parum abeſſet, quin pulueris inſtar, omnis eorum qui defecerant cętus diſſolueretur. quod ne fieret veritus ipſe Sclerus, Magiſtrum Michaelem Burzem, qui ad eum paullo ante vt diximus, ſe receperat, & Romanum Patricium Taronitem, cum expedito exercitu mittit, iubens & protoueſtiarium itinere adortus impediret, & pro viribus eius excurſiones prohiberet, ab vniuerſa tamen dimicatione quoad eius fieri poſſet; abſtineret. quum verò ij, qui cum Burze erant, Imperatoris exercitui appropinquaſſent, coacti ſunt prælio vel inuiti contra Scleri præceptum dimicare, tali de cauſſa, Saraceni ex Berræa, quæ eſt ad Orientem annua tributa Romanis afferentes, nunciabantur ad regiam vrbem ire, & quadam definita die per medios exercitus tranſituri, quumque dies dicta aduenißet, tranſituris Saracenis ad oppidum quod Oxilithum vocabatur, ij, qui cum Burze erant ſuis inſtructis, quum idem feciſſent, ij quoque, qui ſequebãtur protoueſtiariũ admodũ alacri animo ad prælium procedebant, vtriſque enim veluti quoddam præmium propoſitum erat, aurum illud, quod à Saracenis deferebatur, & quando inter ſe appropinquarunt, congreſſi pugnarunt. funditur igitur Burzes, & plures ex ijs, quos habebat, periere ex Armenijs præſertim, omnes enim captos Armenios ſine vlla miſericordia Romani occidebãt, quod principes ad rebellem defeciſſent. renunciata autem hac clade Bardas nulla interpoſita mora, coactis ijs quos circum ſe habebat, quamcelerrime occurrere feſtinabat. quumque ad quemdam locum nomine Rhageam perueniſſet, caſtra locat idoneum pugnæ tempus quærens. ſed quum regij exercitus cunctarentur, pugnæ tempus differebatur, & complures ex ijs, qui defecerant ſuperiore clade commoti ad protoueſtiarium confluebant, quicumque igitur iuuenes erant bellandi imperiti proxima elati victoria manum conſerere auidius expetebant. at natu maiores & in prælijs exercitatiſſimi verebantur, præliumq; differendo ſubterfugiebant. ſed quando ſecundum illius ſententiam qui dixit, celeriter perſuadetur malum ſequi, Iunioribus etiam protoueſtiarius obtemperauit, quumque claſſicum ceciniſſet, eduxit in aciem exercitum, & Bardas ſuo item exercitu in tres partes diuiſo, mediæ parti ipſe præerat, dextero cornu Conſtantinum fratrem, ſiniſtro Conſtantinum Gauram præfecit, commiſſoque prælio quum duces prefecti cornibus in aduerſarios equitatum concitaſſent,

citaſſent, non ſuſtinentes impetum ij, qui cum protoueſtiario erant, fundũtur, multaq; fit cædes: tunc etiam Ioannes Patricius occidit, & Petrus Stratopedarcha, & alij complures illuſtres viri, captus eſt item protoueſtiarius, cum quibuſdam principibus viris. Igitur protoueſtiariũ cuſtodiri iuſſit, Theodoro aũt & Nicetæ fratribus Hagrozacharitis, toto inſpectante exercitu, oculos effodit, quod videlicet iureiurando, quo ſibi erant obſtricti violato, ad protoueſtiarij partes ſe contuliſſent, ex hac victoria res Bardæ amplificari & admodum extolli cœpere, omnibus vt ita dixerim tum paruis, tum magnis ad eum confluentibus, Imperatoris verò vna tantum ſacra anchora nitebantur, videlicet auxilio diuino. præfectus verò regij cubiculi, ſollicitus erat de rebus, quæ terra gererentur, ſed multo magis maritimas curabat. ipſum enim offendebat aduerſariæ claſſis præfectus. ſiquidem Michael Curticius omnem inſulam depopulatus; iam iam exiſtimabatur Abidum, quæ eſt ad Helleſpontum obſeſſurus. Igitur egregie inſtructam claſſem contra Curticium mittit, duce Theodoro Patricio Carantino, qui quum nauigaſſet, Helleſpontique anguſtias tranſmiſiſſet, ad Phocæam cum Curticio congreditur, cõflataq; acri nauali pugna qui cum Curticio erant, funduntur, ac diſſipantur, & quum deinceps mari potiretur Carantinus, res maritimæ quaſi per inducias quieſcebant, iamque ſe recte habentibus quæ ad mare attinebant, præfectus regij cubiculi eorum quæ terra gerenda eſſent curam ſuccepit. atque adeo Manuelem Patricium Eroticum, hominem nobilitate generis, & virtute celebrem, ac robore præſtantem, mittit, vt Nicæam cuſtodiat; ac paullo poſt etiam Sclerus accedit, incenſiſq; circum Nicæam agris, tandem ad ipſam quoque Nicæam accedit, & elepolibus ac machinis eam depopulari feſtinabat. ſed quum Manuel ſtrenue ſuſtinuiſſet oppugnationem & admotas muro ſcalas ac machinas artificioſo igne incendiſſet, deſperata vrbis per vim oppugnatione, Sclerus inopia rerum, quæ ad victum ſunt neceſſariæ, ſperabat eam ſe capturum, diutiuſq; obſidione continuata, & commeatus inopia ijs qui in vrbe erant oppreſſis: neſciens quid ſibi conſilij caperet Manuel, neque vnde ad victum neceſſaria importaret: accurate Sclero aditus obſeruante, fraude Sclerum ſtatuit circumuenire: ac denique horreis Nicææ arena clanculum completis, ita vt in ſuperficie, exaggerato frumento ſpectantium oculos deciperent, quibuſdam aduerſariæ partis captiuis ad ſe accerſitis oſtendit ipſa horrea, iuſſitq; vt ad Sclerum profecti renunciarent, non vereri ſe ob famem obſidionem, tantum enim ſe alimentorum habere, quantum ad biennium ſatis eſſet. aliter autem vrbem eſſe inexpugnabilem, attamen eius conſilijs ſe obtemperantem paratum eſſe vrbẽ ei cedere, ſibi ac ſuis dato iureiurando permitteret abire quo vellent. quum verò Bardas libenter poſtulatis annuiſſet fide data, Manuel aſſumptis Nicæenſibus & exercitu quem habebat, cum omnibus ſuis bonis ad regiam ſe recepit. Sclerus autem occupata Nicæa, & comperta frumenti fraude, admodum ſe deceptum doluit. verumtamen impoſito

poſito ibi præſidio,idoneo & præfecto duce quodam Pegaſio nomine,ipſe alia munera exequebatur, at regij cubiculi præfectus de ſumma rerum deſperans; iam enim Sclerus ad vrbem regiam prope accedebat, vnum ſibi auxilium idoneum ratus eſt futurum, ſi Bardam Phocam ab exilio reuocaret, ſolum ipſum idoneum aduerſarium ratus,qui Sclero pugnando reſiſteret;dicto autem citius accerſitum, & iureiurando largitus opiparas diuitias ornatum, magiſtrorum dignitate,ſcholarum domeſticum creat, & aduerſus Sclerum mittit.ille autem pro ſumma rerum propugnatione ſuſcepta,primum aggreſſus eſt è Thracia in Abydum tranſmittere. Sed quum Romanus Scleri filius Helleſponti loca cuſtodiret, repulſus inde in regiam vrbem reuertitur; & inde quum nauigium conſcendiſſet,clam hoſtibus ad terram è regione portus ſitam peruenit,nocturnisq; vſus itineribus ad Cæſaream ſe confert,vbi cum Euſtathio Magiſtro Maleino,& Michaele Burze congreſſus, ſiquidem & ipſum pœnituerat, & rurſus ad Imperatoris partes ſe applicuerat, vna cum ipſis ad bellum inſtruebatur: exercituq; pro tempore coacto & contractis ijs, qui ex fuga diſſipati erant ad Amorium proficiſcitur. Sclerus verò huius cognito aduentu,ac nunc primum ratus ſibi cum homine bellicoſo certamen futurum,quique ferre nouerat fortiter,ac moderate belli mutationes,non autem vt prius cum exectis homunculis,in thalamis & vmbra nutrita,à Nicæa profectus eſt Amorium, & obuiam factus cum Phoca congreditur. quumque ij qui cum Phoca erant,impetum minime ſuſtinuiſſent, eò quod ſuperioribus cladibus eorum virtus & audacia fracta eſſet, Sclerus ſuperior euadit. neque tamen Phocæ exercitus ita diſſipatus erat,vt ſe ſe indecore è pugna ſubduceret,ſed parum declinans ceſſit, ſenſimq; diſceſſum faciebat, ne videretur fugari, ſed Imperatoris iuſſu cedere, decenter atque ordine procedens, etenim terga vertentes milites & in fugam verſos in extrema parte exercitus cuſtodiens Phocas inſequentes propulſabat, neque permittebat eos vehementi impetu,ac vi accedere. tunc etiam ferunt Conſtantinum Gabram cum ſuis eos qui fugerent,inſectantem importuna oſtentatione vſum,magnamque ſibi inde gloriam venturam ratum,ſi Phocas à ſe caperetur concitato quo vehebatur equo maximo cum impetu aduerſus Phocam delatum eſſe,quem hic conſpicatus,quum quis eſſet cognouiſſet, ſenſim admittens equum & occurrens percutit claua in Galea, & ille præ intolerabili plagæ impetu animo deſtitutus ſtatim ex equo decidit.at Phocas maiorem licentiam adeptus vlterius progredi cœpit, ſenſim & pedetentim iens non autem laxatis frenis. Etenim qui cum Gabra erant, ſuum ducem cecidiſſe conſpicati, eumq; ſtudioſe curantes,perſequi deſtiterunt.Phocas verò cum ſuis occupato loco nomine Charſiano,ibi moratus,rei euentum ſpeculabatur,honoribuſque aduentantes ad ſe proſequutus,hanc enim ei facultatem dederat Imperator,& eorum qui ſecum eſſent alacre ſtudium beneficijs inflammans, & fixo tentorio in quodam loco;qui regiæ Balnea vocabatur,ad pugnam hoſtem eiuſdem nomi-

nis

Digitized by Google

nis prouocabat: quumq; ille libenter prouocationi conſenſiſſet, altera rurſus pugna conflatur; & ad quoddam tempus; qui cum Phoca erant reſtitere, eodem vndique adequitante & ferrea galea hoſtium perrumpente phalanges, infinitaſque cædes perpetrante. attamen quum rurſus terga ſui vertiſſent, fuſi ſunt. Inde igitur Phocas, vt ſe ſe habebat, quamcelerrime in Iberiam tranſijt, & ad Dauid Iberorum principem accedens, ab eo exercitum, qui ſibi auxilio eſſet, petebat. quo prompto animo ſibi ſubminiſtrante, cum Phoca enim conciliatus erat, ex quo fuerat in Chaldia dux, inde haud mediocri accepto exercitu: coactiſq;, quos ſecum habebat diſſipatos, ex fuga ad pancaleam ſe confert, vbi Sclerus caſtra poſuerat. eſt autem pancalæa aperta planities & ad equitatum idonea proxime halym fluuium ſita. rurſuſq; acre prælium committitur. hic ſuum exercitum conſpicatus Phocas paullatim cedere & in fugam verti, ſatius eſſe cenſens, glorioſam mortem oppetere, quam turpiter & ignominioſe viuere, interruptis aduerſariorum phalangibus, in ipſum Sclerum vehementi impetu fertur. quumque ille quoque ſtrenue impetum excepiſſet, nullis militibus opitulantibus, ſed volentibus ipſis ducibus ſuo prælio de rebus decerni. etenim pulcherrimum videbatur ſpectaculum, quodque ſpectatores obſtupefaceret, duorum virorum audacia & animi robore præſtantium ſingulare certamen, ſuſtinentes alter alterum comminus pugnabant; & Sclerus dextram Phocæ aurem cum freno, percuſſam gladio abſcindit. Phocas autem quũ ipſum claua percuſſiſſet, in capite ſuper equi ceruicem illum proijcit, plagæ vi depreſſum, ipſe equo ſtimulato, diſruptiſque aduerſariorum phalangibus egreditur, & in quemdam collem aſcendens eos ad ſe reuocabat, qui fuſi erant. at ij qui circum Sclerum propugnabant, illum ob plagam male affectum, conſpicati, iamq; animo ob vulnus deficientem, ad quendam fontem adducunt, cruorem abſterſuri. opinabantur enim ipſum quoque Phocam funditus interijſſe. quumque equus deſilijſſet, eum qui ſe detinebat, aufugiens, perque exercitus ſine equite incompoſito impetu curreret, ſanguine perfuſus, Ægyptium equũ vocabant, & quum didiciſſent, cuiuſnam equus eſſet, rati ſuum ducem occubuiſſe, indecore vertuntur in fugam, in loca prærupta & in fluuium halym ſeipſos proijcientes, ac turpiter pereuntes nemine perſequente. quod à colle conſpicatus Phocas, diuinumq; opus illud eſſe, vt par erat, ſuſpicatus, cum ijs quos habebat, deſcendit, fugientes perſequens, qui ſe ſe mutuo conculcabant, virtutis prorſus immemores, partim occidens, partim capiens. at Sclerus cum paucis ſeruatis incolumes ad Martyropolim ſe recepit: inde legatum mittit fratrẽ ſuum Conſtantinum ad Choſroen Babylonis principem, qui peteret & auxilium & ſocietatem. verum quum ille procraſtinaret, neque petitioni annueret, aut negaret, & Conſtantinus diutius moraretur, coactus eſt ipſe Sclerus cum omnibus ijs, qui ſecum erant, ad Choſroen ſe conferre. renunciata verò Imperatori per Phocæ litteras Scleri clade, & eius ad Babylonem profectione, ipſum

Phocam

Phocam Imperator excipiens ſummis affecit honoribus,& ad Choſroen Babylonis Amermumnem legatum mittit Nicephorum veſtem vranum, petens ne vllam vellet habere rationem rebellis,neue fieri poſteris exemplum peſſimum, neglecto Imperatore iniuria affecto, quum ipſe quoque Imperator eſſet, conſentiens Tyranno,& rebelli,& iniuſto. tradidit item litteras imperatoris ſigillo obſignatas quibus ſe veniam tribuere omnium iniuriarum rebelli, & ſectatoribus illius,miſeratum eorum calamitates pollicebatur, ſi reſipiſcentes & ſe ſuum dominum agnoſcerēt,& in patriam redirent; perducto autem incolumi Vrano ad Choſroem & Imperatoris litteris deprehenſis, Choſroes & legatum & Sclerum & omnes Romanos ſuſpectos habens in cuſtodiam tradit, & illi quidem vincti ſeruabantur:eorum verò qui ad Sclerum defecerant,Leo captiuus & ducis Andronici Lydij filij Chriſtophorus Epictes & Bardas Inongus,ille enim prius è vita deceſſerat, Armacurium & latam petram, & alia quædam munita oppida in Thracenſium regione ſita quæ occupauerant, vſque ad octauam indictionem retinuere, & inde excurſiones facientes Imperatoris regiones vexabant,neque prius agros depopulari deſtiterunt, quam impetrata malorum obliuione per Nicephorum patricium Parſacutenum ad Imperatorem conceſſere . tunc etiam Antonius patriarcha poſt Scleri rebellionem, quum ſacerdotio ſe abdicaſſet, exceſſit è vita, & patriarcha deligitur Nicolaus cognomento Chriſoberges, quum eccleſia paſtore vacaſſet annos quattuor cum dimidio. ſol item circiter meridiem defecit ita vt aſtra apparerent. quum autem Bulgari, ſimulatque mortuus eſt rex, rebellaſſent, quatuor eorum principes deliguntur, omnes fratres Dauid, Moyſes, Aaron, & Samuel, filij cuiuſdam comitis, qui apud Bulgaros plurimum poterat, & idcirco Comitopoli appellati. nam eorum qui genere Petro propinqui erant alij obierant, Boriſes autem & Romanus eius filij in vrbem ingreſſi,vt in ſuperioribus demonſtrauimus,ibi commorabantur,Boriſes ab Imperatore Ioanne magiſtri dignitate decoratus, Romanus autem à Ioſepho regij cubiculi præfecto prius virili membro priuatus, qui poſt obitum Imperatoris Ioannis inde fugientes in Bulgariam ire contendebant, & Boriſes arcu percuſſus à quodam Bulgaro, dum quendā ſaltum tranſiret,rato Romanum illum eſſe,quod Romano habitu eſſet indutus,interijt:Romanus autē ſeruatur incolumis & paulo poſt ad regiam vrbē reuerſus eſt, vt ſuo loco dicetur.ex his quattuor fratribus Dauid ſtatim deceſſit è vita.Moyſes autem quum ſeras obſideret, è muro lapide percuſſus mortuus eſt: Aaronem verò, qui Romanorum partes ſequebatur, vt fertur, interfecit Samuel frater. ex toto genere ſolo Badiſthlabo ſeruato & filio ipſius Ioanne à Romano, qui etiam Radomerus dictus eſt, filio Samuelis, & totius Bulgariæ Samuel monarcha conſtituitur. Hic quum bellicoſus vir eſſet, neque quieſcere vlla ratione ſciret, occupatis in prælijs contra Sclerum

rum exercitibus, ſecuritatem nactus omnem Occidentem excurrebat; non ſolum Thraciam & Macedoniam & Theſſalonicæ finitima loca, ſed etiam Theſſaliam & Græciam & Peloponneſum ac multa oppida in ſuam ditionem redegit, quorum caput erat Lariſſa, cuius incolas in interiores Bulgariæ partes cum totis domibus colonos deduxit, quibus in numero ſuorum militum conſcriptis contra Romanos ſocijs vtebatur, tranſtulit etiam ſancti Achilij relliquias, qui Lariſſæ Epiſcopus fuerat, & in ptespa vbi regiam habebat, repoſuit: hunc Imperator pro his facinoribus vlciſci cupiens, poſtquam de Sclero curas adiecit, coactis Romanis copijs ipſe per ſe ſtatuit in Bulgariam inuadere. neque cum Barda adhuc cohortium præfecto, neque cum reliquis orientis principibus communicata re. proficiſcens autem in Bulgariam per viam, quæ eſt ad Rhodopen & ad fluuium Hebrum, magiſtrum Leonem Meliſſinum poſt ſe reliquit, cui imperauerat ut loca difficilia cuſtodiret. Ipſe quum anguſtias quæ ſunt inter Triadirzem antiquitus ſardicen appellatam, & ſaltus pertranſiſſet: quumque ad quemdam locum, cui ſtenoponio nomen erat, perueniſſet, ibi vallum conſtruxit, ibique cogitabat, qua ratione ſardices oppugnationem aggrederetur. nuntiabatur item Samuel iuga montium vndique occupare, ſiquidem aperto marte & comminus congredi verebatur, & vndique ſtruens inſidias, ſi quomodo poſſet lædere aduerſarios, dum hæc gerebantur, & eiuſmodi eſſet Imperatoris conſilium, Stephanus præfectus cohortium Occidentis quem propter puſillam ſtaturam Contoſtephanum vocabant, infeſtiſſimus Leoni Meliſſeno, quum nox iam ſuperueniſſet, adit ad Imperatorem, eumque hortatur quam celerrime inde proficiſci, alijs omnibus poſthabitis, & ad regiam vrbem ſe conferre, quod Meliſſenus adiectis ad Imperium cupiditatis oculis, illuc omni feſtinatione contenderet. commouit hæc oratio Imperatorem, ſtatimque profectionem indixit. at Samuel incompoſitum diſceſſum, fugam, vt par erat, opinatus, cum conferto exercitu inuadens vlulatu, & clamore Romanos ita perculſit, ut fugere coegerit. caſtraque occupauit, & omnibus impedimentis potitus eſt, & ipſo Imperatoris tabernaculo & regijs inſignibus. Imperator autem vix ſuperatis anguſtijs in Philippopolim ſe recipit incolumis. quo quum perueniſſet, ibique Meliſſenum comperiſſet, qui nuſquam ſe inde mouens commiſſam ſibi cuſtodiam accurate diligenterque obſeruabat, Contoſtephanum conuitijs affecit, vt pote, qui mentitus tanti mali auctor fuiſſet: ille verò obiurgationem haud æquo animo ferens, immo multo magis exaſperans, ſeque iuſta conſuluiſſe affirmãs, coegit Imperatorẽ ſua impudenti temeritate de Throno deſilire, eũq; capillis & barba apprehenſum in terrã detrahere. Indictione autẽ decima
6474 quinta anno. 6474. Octobri mẽſe magnus fuit terrę motus, quo multę domus, & plura tẽpla corruerũt, nec nõ pars globi tẽpli magni Dei, qđ olim Imperator magnifice

Digitized by Google

magnifice inſtaurauerat, inſumptis in machinis illis dumtaxat, in quibus conſiſtentes artifices, adductaſque marerias excipientes ædificabant collapſa, centenarijs decem. proceres verò Romanorum Imperatori ſuccenſentes Phocas Bardas, & aliqui cum ipſo, quod ipſis neglectis ac ne procaribus quidem habitis in Bulgariam cum exercitu profectus eſſet, alij autem propter alias iniurias & contumelias, magiſter verò Euſtathius Maleinus quod ignominioſe, ab ea quam diximus profectione cum exercitu dimiſſus eſſet, coacti in Charſino in domo modo dicti Maleini, quinta decima Auguſti menſis Indictione quintadecima Bardam Phocam Imperatorem appellarunt impoſito ipſi diademate,& alijs Imperij inſignibus.

Hoc declarato Sclerus quoque aduentare nuntiabatur à Syria, qui in vinculis coniectus vt diximus à Choſroe cum ijs, qui cum ipſo erant in Babylone cuſtodiebatur in carcere omni cura deſtitutus, & vexatione carceris & cuſtodum inſania afflictus. Sed ſtatim ſplendida illi affulſit fortuna, qua e cuſtodia cum ſuis præter ſpem educitur, qua verò ratione è vinculis liberatus fuerit, mox dicemus; Perſarum genus à Saracenis principatu & Imperio priuatum, ſuper ipſis iraſcebatur, latenterque inquirebat, occaſionem, & artem, qua potentiam illorum opprimeret, ſibique parrium rurſus vindicaret Imperium. Erat autem quidam in ipſis nobili progenie oriundus vir Inarchus nomine, dicendi peritus, alioqui bellicoſus & ſtrenuus. Hic quũ animaduertiſſet regem Choſroem diſſolute & improbe regnantem: opinatusq; adeſſe tempus illud, quod Perſæ requirerẽt: concitato omni Achæmenidũ genere, rebellionẽ in Saracenos exuſcitar: conductisq; à Turcis orientis mercenarijs militibus; circiter viginti millibus cõburere,& percurſare Saracenorũ agros, funditus captos deſtruens, ac ne pueris quidẽ parcens; aduerſus hunc Choſroes & per ſuos duces,& ipſe per ſe inſtructa acie omnibus prǽlijs victus eſt. Igitur deſperatis in poſterũ rebus, quum ſciret non idoneum eſſe ſe, qui contra Perſas arma caperet ſuis exercitibus ſæpe cæſis ac ne nomen quidem Perſarum ſuſtinentibus audire, cogitare cœpit de Romanis qui in cuſtodia detinebantur; admodum prudenter cogitans, niſi foret admodum clarus & illuſtris, is qui vinctus erat, & animo & corpore fortis, nunquam in ſuum dominum conſpiraturum fuiſſe, & eò neceſſitatis compulſum & deinde exulem, infelicemq; vitam tranſigentem à tot ac tantis Imperatorem ſalutandum, communicata re cum ſenatu, e cuſtòdia hominem educit, omniq; cura eum dignum cenſet, atque ad extremum, ſuam de bello ei ſententiam declarat. Illudente autem initio Sclero & per diſſimulationem interrogante, qui poſſent arma mouere homines tandiu in carceribus detenti, & ad ſacietatem omnibus malis cuſtodiæ vexati, Choſroes rurſus inſtare & ſupplicare, vt acceptis innumerabilibus pecunijs atque exercitu & numero infinito, & apparatu ſplendido, belli dux eſſet, neque malorum carceris reminiſceretur, ſiquidem poſſet ſe-

Digitized by Google

quentibus bonis, ac muneribus ſuperiora mala delere, & eas moleſtias, quas è cuſtodia percepiſſet. par et ad extremum Sclerus imperata ſe facturum pollicitus, Arabum tamen exercitum vel Saracenorum, vel aliarum gentium, quæ Choſroe ſubiectæ eſſent, nullo pacto voluit accipere, ſed carceres ciuitatum Syriç inquirendos cenſuit, eoſque, qui ibi detinebantur Romanos educēdos & inſtruendos, quibus cum & non aliter poſſe ſe aſſerebat aduerſus Perſas bellum ſuſcipere. conſenſit Choſroes eius orationi, ſtatimq; apertis carceribus, qui in ipſis detinebantur, liberati ſunt, ex quibus coacti ſunt circiter tria millia virorum, quibus ad balnea miſſis, & ab ijs ſordibus, quas in carceribus contraxerant, expurgatis, veſtibuſque & indumentis indutis attributaque ſingulis decenti & idonea armatura, aſſumptis viæ ducibus, cum ipſis in Perſas proficiſcitur, conflatoque prælio, quum vehementi impetu, qui cum Sclero erant, Perſas adorti eſſent, illi nouo armaturæ genere, & inuſitata voce, atque incognita pugnandi ratione, ſed multo magis violento impetu Romanorum ac repentino perculſi ui profligantur, & cum omnibus copijs cæduntur, ita vt ne nuncius quidem, vt dici ſolet, tantæ cladis ſuperfuerit. Quum verò Inarchus in ipſo congreſſu occubuiſſet: ingentem adepti prædam & equos quamplurimos, non amplius ad Choſroem reuerti voluerunt, ſed ingreſſi viam quæ ad Romanos ducit continenti itinere in ſuas ſedes clam aufugientes ſe incolumes receperunt. altera fama eſt, poſt victoriam quam de Perſis reportarunt, reuerſos benigne à Choſroe acceptos fuiſſe. ſed quum paullopoſt ſibi vitę finem adeſſe ſenſiſſet: imperauit filio, qui illius & nominis & Imperij mox hæres fuit: vt inita cum Romanis ſocietate, eos domum dimitteret, & Sclerus unus ex ijs quem diximus modo in Romanorum regionem peruenit: quumque comperiſſet Bardam Phocam Imperatorem declaratum, ipſe itidem à ſuis declaratus Imperator, & res ita affectas, anceps erat & animi dubius, etenim ſeipſum maxime imbecillem iudicabat eſſe, qui ſolus poſſet reſiſtere, & rebellionem ſuſtinere: ad Phocam verò vel ad Imperatorem ſe conferre admodum ignominioſum ac turpe exiſtimabat. Igitur ſuis in conſilium adhibitis, quum plerique ſententiam dixiſſent, ad extremum ſolum Imperatorem declarari, fatuum & inutile, quod res nequiret ad exitum perduci. cēſuit. ad alterum verò principum altero contempto ſe applicare propter incertum rei euentum, noluit; decreuit igitur pro viribus vtrumque ſibi principem conciliare, vt ſi non voti compos foret, alterum haberet adiutorem, & opitulatorem. mittit igitur ipſe litteras ad Phocam, quibus fœdus petebat, & Imperij ſocietatem, ſi forte Imperatorem debellaſſent. clam verò Romanum filium ad Imperatorem mittit, quaſi transfugam, ſolerter admodū cogitans ac iudicans, vt ſi Phocas ſuperior eſſet, ipſe ſalutis auctor filio foret, ſi verò Imperator ſuperaret, ipſe per illum deprecatus periculum euaderet. & Romanus quidem ſpeciem fugæ præbens ad Imperatorem ſe recipit: quem ipſe benigne admodum excipiens, & libenter magiſtratus hono re ſtatim

re ſtatim

re ſtatim decorauit,& ſemper in bellis conſiliario vſus eſt: etenim poſt Scleri in Syriam profectionem,cuius Imperator liberatus: eggreſſuſque Reipublicæ ad miniſtrationem magis viriliter, vbi ſenſit regij cubiculi præfectum,ijs,quæ gererentur,haud contentum: verùm ſubmurmurantem, & grauia, ſi ei daretur occaſio,facturum ſperátem, eum illa poteſtate abdicat,ac domi manere iubet. ſed rurſus quum vidiſſet illum haud quieſcere,immo ſemper nouis rebus ſtudere, feſtinareq; vt priſtinam poteſtatem reciperet, in ſtrenum, ita appellatum locum,relegat,adempta ei maxima parte bonorum, ne haberet materiam ſibi occaſionem aliquam nouarum rerum ſubminiſtrantem: ipſe autem ob ipſum conſilio priuatus, amiciſque indigens & adiutoribus in periculis imminentibus tunc libenter excepit Romanum, quem nouerat hominem prudentem ac ſtrenuum & ad res bellicas maxime idoneum. Bardas autem Phocas,vt audiuit nuntiari Scleri reditum,litteras mittit eadem illa indicantes, quæ ei placerent, ac iureiurando pollicitationes confirmauit, ſi ſperata,inquit,conſequamur,tu imperabis Antiochiæ,& Phæniciæ,& toti Syriæ,& Paleſtinæ & Meſopotamię, ego autem dominabor ipſi regiæ vrbi & reliquis nationibus. Sclerus admodū gaudens,illius approbans verba ac iureiurando fretūs,ad Phocam in Cappadociam ſe confert,vt ſocietatis fœdus percuſſurus:ille autem ipſum intra ſagenam captum exuit Imperij inſignibus, & in arcem Tyropium appellatam mittit,cuſtodia illi haud ignobili impoſita,ipſe tradita exercitus parte Calocyro Delphino patricio eum mittit ad Chryſopolim in portu contra vrbem regiam ſitam: reliquum omnem exercitum ipſe ducens ad Abidum ſe confert,ſperans ita occupatis anguſtijs locorum oppreſſos inopia in ſuam poteſtatem ciues redacturum. Imperator autem quum multum hortatus eſſet Delphinum, vt à Chryſopoli diſcederet,neque contra regiam vrbem caſtra haberet,vbi id ei non perſuaſit, inſtructis noctu nauibus,atque in ipſas impoſitis Rhoxolanis(acceſſierat enim ab ipſis ſocia auxilia) præfectoque claſſi ipſorum principe Bladimero, ſibi cognatione coniuncto ob ſororem ſuam Annam, cum ipſis tranſmiſſo mari imprudentes hoſtes adortus nullo negotio profligat. Delphinum igitur in ligno ſuſpendit, in eodem loco, vbi ille ſuum poſuerat tabernaculum: fratrem autem Phocæ Nicephorum cæcum in cuſtodiam tradit, ac reliquis impoſitis ijs pœnis, quæ ſibi viderentur, in regiam vrbem reuerſus eſt. Phocas verò quum ad Abydum perueniſſet diligenter obſidebat, & oppugnabat. Fortiter etiam oppidanis oppugnationem ſuſtinentibus: quum claſsis præfectus Cyriacus ab Imperatore miſſus eos iuberet confidere. paullo poſt autem etiam Conſtantinus Imperatoris frater tranſmiſit,quē poſt inſequutus eſt ipſe Imperator. quum autem illi tranſmiſiſſent, Phocas exercitus partem ad Abydi oppugnationem relinquit,ipſe cum reliquo exercitu contra Imperatores inſtruitur. quumque iam inęundum eſſet prælium, Phocas turpi & ignominioſæ vitæ mortem anteponens Imperatorem procul conſpicatus huc & illuc adequitantem,

Digitized by Google

quitantem,& ſuorum ordinės inſtruentem ac confirmantem, ſecumque repu tans ſi illius compos fieret,nullo negotio ſe reliquos debellaturum, concitato equo vehementi impetu in ipſum ferebatur aduerſarias phaláges perrumpens & ſe talem omnibus oſtentans,qui ſuſtineri non poſſet,iamque ipſi Imperatori appropinquans conuertitur,& in quemdam tumulum conſcendit.vbi quũ de equo deſilijſſet, humi proſtratus vitam reliquit. ſiue ab aliquo milite dum incompoſite ferebatur,letali vulnere percuſſus, ſiue etiam alioqui à corporis perturbatione confectus, plagam tamen nullam habere in corpore deprehenſus eſt,& idcirco fama illa viguit,quæ ipſum veneno aſſerit interfectum. fertur enim Symeon vnus ex fideliſſimis illius miniſtris, muneribus ab Imperatore corruptus,veneno illum occidiſſe.conſueuerat enim Phocas in prælijs aquam frigidam ante congreſſum guſtare,quod in hoc quoque prælio quum feciſſet: imprudens cum ipſa aqua venenum bibit. Quum verò diu iaceret in colle Phocas, exiſtimabant omnes ob aliquam corporis ægritudinem quieti illum ſe tradidiſſe. ſed vbi diu iacuit, & accedens quidam mortuum ipſum repperit ac nihil loquentem, omnibuſque conſpicua fuit eius mors, rebelles ſtatim ſe in fugam coniecerunt. Imperatoris vero exercitus corroborati ſunt, & perſequebantur illos nunquam ſe retrouertentes: & viui capiuntur Leo & Theognoſtus Meliſſeni,& Theodoſius Miſanictes,alijque plurimi,quos Imperator ſecum in vrbem perductos per medium forum triumphans aſinis vectos traduxit, ſoli Meliſſeno Leoni parcens.dicitur enim hic in ipſa acie proprium fratrem Theognoſtum Imperatores irridentem, & indecora conuicia in ipſos conijcientem reprehendiſſe cum lachrymis, multumque hortatus eſſe, vt ab ipſa dicacitate ceſſaret, neque impudenter in ſuos dominos contumelioſa maledicta congereret,ſed vbi non perſuaſit, etiam intenta haſta multas plagas illi inflixiſſe, ita vt etiam Imperator. ſpectator eorum quæ fierent, præſentibus dixerit, videte ò vos ab vno ligno & crucem & ventilabrum, & hac de cauſſa dicitur conceſſus Leoni triumphus,nuperque Phoca mortuo Aprili menſe indictione ſecunda anno.6493, diſſolutaque erga ipſum rebellione, ſecuritatem adeptus Sclerus priſtinam rebellionem inſtaurabat. quo audito Imperator per litteras eum hortabatur, vt tandem ſatur fieret Chriſtiani ſanguinis effuſione, quippe quum ipſe quoque homo ſit, qui & mortem & iudicium expectet, & ſero tandem vtilitatem ſuam intelligat, & datum ſibi a Deo principem agnoſcat.

His litteris mollitus Sclerus,acceptaq; fide nihil ſe mali paſſurum, arma deponit,& Imperatori fœdere conciliatur, eo honore affectus, vt eſſet Curopalates,non tamen dignus fuit,qui oculis Imperatorem conſpiceret. nam in itinere ea cæcitate percuſſus, quam aoraſiam vocant,videndi ſenſum amiſit:cæcuſque ad Imperatorem perductus eſt,quem manu ductum ille conſpicatus,præſentibus ait, quem timebam & tremebam manu ductus accedit. liberatus ab

inteſtinis

Digitized by Google

inteſtinis bellis & curis Imperator, conſyderabat qua ratione adminiſtraret, ea quæ pertinerent ad Samuelem, & reliquos Toparchas, id eſt, locorum principes, qui eo in rebellionibus occupato ſecuritatem nacti haud mediocriter Romanorum Imperium offenderunt, proficiſcitur igitur ad loca Thraciæ ac Macedoniæ, & ad Theſſalonicam deſcendit, vt gratiarum actiones perſolueret Demetrio Martyri, ibique Gregorio magiſtro Taronite cum Imperio relicto, traditoque ei idoneo exercitu, vt coerceret & impediret Samuelis excurſiones, ipſe reuerſus in regiam vrbem etiam in Iberiam tranſit. Iam enim Curopalates mortuus erat Dauid, qui e ſuis propinquis Imperatorem ſcripſerat hæredem, dataque ſibi hæreditate conſtituta & Georgio fratre Dauidis Curopalati interioris Iberiæ principe ſuis contento eſſe iuſſo, quum perſuaſiſſet ne aliena inuaderet, percuſſo cum ipſo fœdere, acceptoque obſide eius filio, ſe in Phœnicem recipit, ſecum ducens eos qui in Iberia generis nobilitate præſtabant, quorum principes fuere Pacurianus, & Phebdatus, & Pherſes germani fratres, quos etiam ad Patriciorum ſedem perduxit. quumque eſſet in Phænicia, & Tripolis Ameram Damaſci & Tyri, & Beryti, iſti enim paullo ante facta conſpiratione, & ſumptis contra Antiochiam armis Imperatore in bello aduerſus Phocam occupato, & Damianum Patricium Antiochiæ præfectum bello cum ipſis congreſſum occidere. & haud mediocre periculum vrbi intentarunt, quantum potuit, confirmaſſet, vt in Romanorum ſeruitute permanerent, acceptis obſidibus Byzantium reuertitur, quem iter habentem per Cappadociam, Euſtathius magiſter Maleinus domi ſuæ cum omni excepit exercitu omnem tū ipſi tum exercitui copioſe ſuppeditans commeatum, quem quaſi approbatum & laudatum ſecum ducens in regiam vrbem tunc reuerti non permiſit, ſed omnia ei ad victum neceſſaria ſubminiſtrans, & veluti quandam feram nutriens in quodam ſtabulo euſque detinuit, quoad ipſum mors occupauit. quo mortuo eius omnia bona publicata ſunt. ſcripſit etiam legem Imperator quæ prohibebat proceres poſſeſſionum numero locupletari, quod ante ipſum quoque Conſtantinus Porphyrogennetus auus Imperatoris & Romanus illius ſocer effecerat. Quum autem Nicolaus Chryſoberges annos duodecim menſes octo eccleſiam gubernaſſet, ac vita functus eſſet, Siſinius magiſter deligitur, vir eloquens & medicinæ peritiſſimus anno. 6503. Indictione octaua, qui diſſidentes 6503
ob quartum matrimonium in concordiam redegit. Et hic triennium tantum quum pauiſſet eccleſiam exceſſit è vita. & creatus eſt Sergius præfectus monaſterij Manuelis, qui ſuum genus ad Patriarcham Photium referebat. Quum verò Samuel cum exercitu profectus eſſet ad Theſſalonicam, & aliam militum manum in inſidijs diſpoſuiſſet, paucis quibuſdam ad excurſionem vſque ad Theſſalonicam miſſis, dux Gregorius cognita eius incurſione ſuum filium Aſotium miſit viſum, exploratumq; numerum, iuſſitq; ſe ab eo certiorem fieri, ipſe autem è tergo ſequebatur, ſed filius egreſſus & cum anteſignanis congreſſus
fuſusq;
Digitized by Google

ſuſusq́; in medias inſidias imprudens incidit, & comprehenſus eſt.Id vbi Gregorius didicit,quamcelerrime opem ferre feſtinabat,cupiens captiuum filium redimere . ſed ipſe quoque à Bulgaris circumuentus ſtrenue ac fortiter præliatus occubuit.renunciato autem Imperatori ducis interitu, mittitur totius Occidentis dux magiſter Nicephorus vranus. hic enim ex Babylone fugiens ad regiam vrbem peruenerat,qui ad Theſſalonicam quum acceſſiſſet,vbi nouit Samuelem ducis Gregorij Taronitæ cæde, & filio eius capto elatum, & idcirco Theſſalica tempe tranſmiſiſſe, fluuiumq́; Penæum tranſiſſe, & Theſſaliam & Bæotiam & Atticam,inuaſiſſeq́; in Peloponneſum per Iſthmum Corinthi,omniaque hæc incendentem vaſtare atque prædari, profectus ipſe quoque cum ſuo exercitu, & ſuperatis Olympi radicibus, quum Lariſſam prope acceſſiſſet, & ibi relictis impedimentis aſſumpto expedito exercitu, continenti itinere in Theſſaliam tranſijt, & Pharſaliæ planitie fluuioque Apidano tranſmiſſo, ad Sperchij muros caſtra locat: ipſo item Samuele in vlteriore parte caſtra habente. quum enim immenſæ pluuiæ de cælo decidiſſent,& fluuius maris inſtar auctus loca inundaſſet,in præſenti pugnandi occaſio deſperata eſt,& Magiſter ſuperiorem inferioremque fluminis partem contemplatus,inuentoque loco,vbi exiſtimauit tranſiri poſſe coacto nocte exercitu fluuium tranſmittit,& eos qui cum Samuele ſine vlla cura dormiebant,adoritur.cædunturque infiniti numero,quum nemo auderet virtutis reminiſci, percuſſus etiam Samuel ipſe & eius filius Romanus grauibus plagis, captique fuiſſent, niſi inter cadauera ſeipſos proijciẽtes,vt mortui,iacuiſſent,ac nocte ſuperueniente clam per Ætoliç montes fugiſſent, atque inde per ipſorum montium iuga in Bulgariam incolumes perueniſſent. Magiſter autem liberatis captiuis Romanis, ſpoliatisq́; mortuis Bulgaris & direptis hoſtium caſtris opes quamplurimas adeptus cum exercitu profectus eſt ad Theſſalonicem; Samuel in patriam reuerſus incolumis, generum ſibi aſciſcit,collocata ei in matrimonium filia, Aſotium Taronitæ filium è vinculis liberatum, cuius amore capta puella ſe ipſam ei tradituram minabatur,niſi legitimo ipſi connubio copularetur. perfectis igitur nuptijs illum cum filia Dyrrachium mittit, ad regionis videlicet cuſtodiam,qui quum eo perueniſſet communicata re cum vxore,atque in ſententiam ſuam adducta in triremes Romanas,quæ ibi manebant ad loci cuſtodiam, cum ipſa fugit, quibus ad Imperatorem incolumis delatus magiſtratus honore affectus eſt. attulit etiam litteras hic cuiuſdam primatis Dyrrachij ciuitatis Imperatori, Chryſelius huic nomen erat,pollicentis Dyrrachij vrbem ſe traditurum Imperatori,ſi Patriciatus honore & ipſe & duo ſui filij afficerentur.quumque per litteras Imperator confirmaſſet ſe promiſſa omnino pręſtaturum, Dyrrachium Euſtathio Patricio Daphnomeli traditũ eſt, & Chryſelij filij Patriciatus honore decorati ſunt illo iam vita functo. Hoc tempore Paulus Magiſter Bobus vir qui inter Theſſalonicenſes principatum obtinebat,& Malacenus Protoſpatharius vir &

Digitized by Google

prudentia & eloquentia inſignis, accuſati, quod Bulgarorum partibus fauerēt, migrare iuſſi ſunt, Paulus in Thracenſem planitiem, Melacenus Byzantium. hoc ne ſibi eueniret itidem veriti quidam Adrianopolitæ illuſtres, & militaribus imperijs clari, propterea quod ſuſpecti haberentur ad Samuelem ſe contulere, Batarzes quidem cum tota domo, Baſilius autem Galabas ſolus, cuius filiū Imperator in carcerem incluſum tres integros annos detinuit, deinde liberauit. tunc etiam principi Venetiarum legitimam vxorem tradidit Imperator, Argyri filiam, Romani, qui poſtea Imperator fuit, ſororem, ita ſibi nationem illam concilians. Incurſionem item fecit Imperator per Philippopolim in Bulgariam, quam cuſtodiri iuſſit à Patricio Theodorocano, multiſq; in ſuam poteſtatem redactis arcibus in Triadizze ad Moſynopolim redijt, Anno verò. 6508. Indictione tertia decima, miſſis ingentibus copijs Imperator aduerſus caſtella Bulgarica vltra hęmum, ducibus Patricio Theodorocano, & Nicephoro xiphia Protoſpathario, & magnam occupauit peraſthlabam & paruam, & Pliſcobam, exercituſq; Romanus illæſus, trophæaq; referens domum reuerſus eſt. Inſequenti rurſus anno in Bulgariam per Theſſalonicam ſe confert Imperator, ad quem Berrææ præfectus Debromerus ſe ſe applicuit, dedita vrbe ipſi Imperatori, à quo ad conſulatus dignitatem eſt prouectus. Nicolaus verò qui Seruia cuſtodiebat, quem Nicolizzam diminutiuo nomine propter ſtaturæ breuitatem vocabant, alacri animo reſiſtebat, & oppugnationem lætus ſuſtinebat. qua quū Imperator enixius vſus eſſet, captum eſt & oppidum & ipſe Nicolizzas. & Imperator deductis inde Bulgaris, impoſitiſq; Romanis præſidijs, & his rebus geſtis ad regiam vrbem reuertitur, ſecum adducto Nicolizza. quē Patriciatus dignitate decorauit: ſed hic, quum eſſet inſtabili mente præditus inde aufugiens clam ſe incolumis recepit ad Samuelem, quo cum accedens Seruia obſidebat. ſed rurſus Imperator adhibita celeritate apparens, vrbis obſidionem ſoluit; quum Nicolizzas & Samuel vna ſe in fugam conieciſſent, verum perfidus haud potuit ad extremū effugere, incidens enim in quaſdā Romanorū inſidias cōprehēſus eſt, & vinctus ad Imperatorē perductus, miſſuſq; Conſtantinopolim in vincula coniectus fuit. Imperator verò quū in Theſſaliā veniſſet ipſius oppida à Samuele antea diruta inſtaurauit, & expugnatjs ijs, quæ tenebantur à Bulgaris; Bulgaros in locū, qui dr̄ Bolerus, traduxit, idoneiſq; p̄ſidijs oībus impoſitis ad ea quę Bodina dn̄r reuerſus eſt. ſunt autē Bodina arx in alta rupę ſita, vnde Oſtrobæ paludis aqua defluens ſub terra deorſum occulte fertur, & inde rurſus emergit. & quia nō voluntate oppidani ſeipſos dedidere, ſed obſidione expugnati ſunt, ēt hos in Bolerū migrare iuſſit, munitoq; loco idoneo præſidio: Theſſalonicā reuertitur. Draxanus autē arcis præfectus vir bellicoſus petijt vt ſibi liceret Theſſalonicæ habitare. quod quum annuiſſet Imperator, duxit vxorem filiam principis preſbyterorum templi Demetrij Athlophori, ex qua filios duos ſuſcepit, deinde fugiens captus eſt, & precibus ſoceri condonatus. quumq; iterum fugiſ

Nota.

6508

Digitized by Google

ſet,ſimiliter dimiſſus eſt,alijſq; duobus filijs procreatis tertio fugit,& comprehenſus in crucem actus eſt.Quum verò Numeritę,& Ataphitę Arabes grauiter Cęleſyriam excurrentes vexarent,& ipſam Antiochiã, magiſtrũ Nicephorum vranum Imperator Antiochiæ præfectũ mittit, ſucceſſorẽ ipſius Theſſalonicæ relinquens Dauid Patriciũ Arianitim,& in Philippopoli Protoſpathariũ Nicephorum xiphiam præeſſe exercitui iuſſit, quum Theodorocanus id munus ob ſenectutem recuſaſſet. Magiſter autem Nicephorus vranus quum perueniſſet Antiochiã,duobus,tribuſq; prælijs cum Trinete Arabũ præfecto cõgreſſus, eum fudit,victumq; quieſcere cogit,& res in ſummã pacem atq; tranquillitatẽ redegit:Imperator autẽ inſequẽti anno indictione* quintadecima,cũ exercitu ad Bidinam profectus octo menſes integros ad obſidionẽ cõmoratus per vim capit vrbem:Interea autẽ dum ipſe oppugnationi incumberet, Samuel expedito vſus itinere impetu facto Adrianopolim inuadit, ipſa die, qua ſanctiſſima Dei genitrix obdormiuit,& celebritate,quæ quotannis publice frequentari cõſueuit,& quod repente inuaſerat,ipſam capit:plurimumq; prædę adeptus in patriã reuerſus eſt. Imperator autẽ egregie cõmunita Bidina illæſus in regiã vrbẽ ſe recepit,in itinere oppida omnia Bulgarorum,in quęcumq; incideret, incendens,& euertens.quumq; appropinquaſſet Scopiorũ vrbi,repperit vltra axium fluuium quem nunc Bardarium vocant,Samuelẽ inconſiderate in tabernaculo cõmorantem;fretus enim fluuij inundatione,quem tranſiri in præſenti non poſſe ſperabat,negligenter ibi permanebat: ſed quum quidã miles vadum cõperiſſet,quo Imperatorem traiecit,Samuel repentina re perculſus, ita fugit, vt nunquã retro aſpiceret.atq; eius tabernaculum & tota caſtra capta ſunt: tradidit item Scopiorum vrbem Imperatori is,qui ei fuerat à Samuele præfectus,Romanus Petri Bulgarorum regis filius, Boriſæ autem frater, Simeon de nomine aui appellatus mutato nomine, quem Imperator exceptum ob deditionem & Patriciũ creat & præpoſitum;mittitq; exercitus ducẽ ad Abydum. Inde Imperator tranſmittens ad pernicum ſe recipit, cuius cuſtos erat Crabas vir bellicis rebus præſtantiſſimus, amiſſoq; haud mediocri exercitu in oppugnatione, vt nouit propugnaculum expugnari non poſſe;neque Crabas alijs obſequijs aut pollicitationibus molliri potuit;tranſijt ad Philippopolim,atq; inde profectus Conſtantinopolim redijt,eademq; indictione decretũ propoſuit,vt pauperum qui obijſſent tributa à potentioribus ſoluerentur. & huiuſcemodi penſio appellata eſt, ἀλληλέγγυον, id eſt, mutua fideiuſſio, quumque Sergius Patriarcha ac multi Archiepiſcopi & monachi viri non pauci ſupplicaſſent, vt hoc pondus iniuſtum auferretur, Imperator non obtemperauit. octaua autem indictione anno. 6518. Ægypti præfectus Azixius ob quaſdam offenſiones paruas ac nullius precij violatos erga Romanis fœderibus, & ſacrum templum Hieroſolymis ad ſaluatoris Chriſti ſepulcrum ſumptuoſe conditum euertit, & pia monaſteria vexauit. Inſequenti verò anno fuit hyems grauiſſima, ita

*Videtur error numeri.

vt

Digitized by Google

vt glacie concreta cernerentur omnia flumina & paludes, atque adeo ipſum ma re, & Ianuario menſe eadē indictione fuit maxime horribilis terræ motus, & cō cuſſa fuit terra vſq; ad nonam Martij menſis diē, qua circiter decimam diei horam fuit concuſſio, & motus adeo horrendus & in ipſa regia vrbe, & in agris, vt ceciderint Sphæræ templi Sanctorum quadraginta, & Sanctorum omniū, quas Imperator ſtatim inſtaurauit: hæc autem præſignificabant mox in Italia futurā ſeditionem: princeps enim quidam Incolarum Barij nomine Meles, concitato in Longobardia exercitu aduerſus Romanos arma ſumit, & Imperator Baſiliū Argyrum Sami prætorem mittit, & eum qui dicebatur Contoleon, Cephaleniç præfectū vt Romanorum res componerent, cōtra quos inſtructo exercitu Meles ſtrenue pugnans eos fundit, multis occiſis, haud paucis viuis captis, quū reli qui ignominioſa fuga vitam honeſtæ morti antetuliſſent. Imperator autē non deſtitit ſingulis annis in Bulgariam inuadere, & omnia quæ ante pedes erāt vaſtare atq; comburere. Samuel autem quū non poſſet ſub dio reſiſtere, neq; aper to marte cum Imperatore decertare, verum vndiq; fractus, amiſſisq; proprijs laribus ſtatuit foſſis & vallis communitis, ei aditum in Bulgariam intercludere. Quum igitur ſciret Imperatorem ſemper cōſueuiſſe per Cimbalongum, locus ita appellatur, & Clidium tranſire, has locorum difficultates munire decreuit, & Imperatori aditum prohibere. Itaq; latiſſima ſepe conſtructa impoſitisq; idoneis præſidijs Imperatorē expectabat. qui quū eo perueniſſet, aditūq; tentaſſet, quando cuſtodes ſtrenue reſiſtentes, è ſuperiore loco iacientes ac vulnerantes, eos qui impetum facerent, cædebant, iamq; tranſitum deſperaſſet Imperator, Nicephorus xiphies Philippopolis præfectus, cum Imperatore conſtituens etiā ipſe ſe manſurum, & frequentes oppugnationes corpore facturum pollicitus, quum dixiſſet abiturum ſe ſi quomodo poſſet aliquid vtile aut ſalutare percipere, aſſumpto ſecum quem habebat exercitu, reuertitur. quumq; circuiſſet altiſſimum clidij montem ad meridiem poſitum, quem Balaſirzā appellant, aſpero vſus itinere, acceſſuq; difficili, vigeſima nona Iulij menſis indictione duodecima à ſuperiore parte repente vlulatu ac ſtrepitu à tergo Bulgaros cōſequitur, qui nec opinata re perculſi vertuntur in fugam, & Imperator ſolum relicto ac deſerto muro diruto, perſequutus eſt. Occubuere igitur multi, & multo plures capti ſunt, quum vix Samuel euadere periculum ipſe potuiſſet, ope proprij filij, qui inuadentes fortiter ſuſtinuit, & illum in equum impoſuit, atque ad eam arcē, quæ prilapus dicitur, abduxit. Imperator autem captos Bulgaros circiter quindecim millia luminibus priuandos curauit, & ſingulas ſexagenas excæcatorū ab vno monoculo duci iuſſas ad Samuelē remittit. quos ille aduenientes numero & ordine conſpiciens, dolorēq; neq; fortiter, neq; aīo tolerans aīo deficitur, & vertigine percuſſus in terrā decidit. aqua āt & vnguentis, qui aderāt illius ſpiritū reuocantes, parum reſpirare fecerunt. recepto igitur animo, aquā frigidā bibere petijt. quā acceptā quū bibiſſet, ſtomachi dolore correptus eſt, ac diebus

poſt diebus moritur. Excipit autẽ Bulgarorũ impetũ filius ipſius Gabriel, qui etiam Romanus dicebatur, robore & vi patre ſuperior, ſed prudentia & mente longe inferior, ex quadam captiua lariſſęa à Samuele ſuſceptus: Imperauit autẽ quintadecima Septembris menſis, indictione tertia decima: & quum ne integrum quidẽ annum expleuiſſet, ad venationẽ profectus interimit, à Ioãne qui itẽ Bladiſthlabus dicebat Aaronis filio, quẽ moriturum ipſe à morte redemerat. ante verò quã hæc fierent, miſſo Theophilato Botoniate, qui poſt Arianitẽ Theſſalonicę pręeſſet, Dauid Neſtorizzes vnus ex ijs, qui apud Bulgaros plurimũ poterat, cũ frequẽti exercitu ad Theſſalonicam à Samuele mittitur, quibus occurrens Theophilactus cum ſuo filio Michaele & cõgreſſus eos vi fundit, & plurimũ prædæ captiuosq; frequẽtes adeptus affert ea Imperatori, qui obſidebat Dema in Clidio. quũ autẽ Dema, vt dictũ eſt, tranſijſſet Imperator, ad Strobizzã accedit, ſubegitq; oppidũ Mazzucim nomine. appropinquans autẽ Strõbizze cũ copijs mittit Botaniatẽ Theophylactũ Theſſalonicę ducẽ. cui imperauit, vt colles, qui erãt in Strobizza ſuperaret, et quę in ipſo itinere inueniret, ædificia combureret, ſibiq; facilẽ viã, quæ Theſſalonicã ducit, efficeret, qui profectu s ingredi permiſſus eſt à locorũ cuſtodibus Bulgaris, & abſq; vllo impedimento tranſire, ſed quũ reuerſus eſſet ad Imperatorẽ, poſtquam mandata ſibi executus fuerat, in inſidias incidit ad hoc ipſum ibi collocatas, & in quibuſdã longiſſimis loci anguſtijs, quo ingreſſus & vndique circumuentus ſuperne ſagittis ac lapidibus percuſſus, quum nemo defendere eum poſſet, propter denſitatem, & anguſtias exitu carentes & ipſe cadit, qui ne manibus quidem ſuis vti potuit, & multa cum ipſo exercitus manus perijt. quæ renunciata Imperatori, plurimum ei moleſtiæ attulere. quare non vlterius progrediendum ſtatuit. ſed rediens in Zagonia ſe recepit. vbi multo munitiſſimum oppidum ſitum eſt Melnices nomine in quadam petra poſitum, vndique rupibus ac vallibus cincta: quo omnes finitimæ regionis Bulgari, quum confugiſſent, parum Romanos curabant. ad quos Imperator Sergium quendam exectum vnum ex maxime domeſticis ſuis cubicularijs mittit: virum prudentẽ & dicendi peritũ, vt ipſorũ mentẽ tentaret. qui quũ eo perueniſſet multo vſus ad perſuadendũ artificio, tantũ valuit vt doceret homines quid faciendum eſſet, qui depoſitis armis ſeipſos & oppidũ Imperatori dediderunt. quibus Imperator exceptis, & pro dignitate benigne tractatis, impoſitisq; oppido idoneo præſidio, trãſijt ad Muſynopolim, vbi ipſi commorãti Samuelis mors renunciatur, vigeſima quarta Octobris mẽſis, ſtatimq; Imperator Muſynopoli profectus: ad Theſſalonicam deſcendit, & inde vſque in Pelagoniam ſe recipit: nihil vexans eorum quæ ante pedes eſſent, ſed ſola incenſa regia Gabrielis in Butele, miſſoque exercitu prilapi arcem capit, & ſtipij. Inde ad fluuium nomine Zernam peruenit, quem quum ratibus & ſacculis inflatis tranſmiſiſſet, redijt ad Bodina, atque inde nona Ianuarij mẽſis Theſſalonicam peruenit. Appetente autem vere rurſus in Bulgariam redijt.

& ad

& ad oppidum Bodinorum caſtra locat. qui violata erga Imperatorem fide contra Romanos arma ceperant. inſtituta igitur valida oppugnatione, coegit oppidanos accepta fide ſeipſos dedere. quos rurſus ad volerum traductos, duobuſque conſtructis oppidis in medijs locorum anguſtijs, altero nomine Cardia, altero ſancto Helia, Theſſalonicam reuerſus eſt. vbi Romanus & Gabriel per quendam Romanum, cui manus erat præciſa, ſeruitutem & imperata ſe facturum pollicebatur, ille verò litteras ſuſpectas habens, Nicephorum xiphiam Patricium, & Conſtantinum Diogenem, qui poſt Botaniotem præfectus fuerat Theſſalonicæ cum copijs mittit in regionem Moglenorum, quibus omnem illam terram deprædatis & vrbem obſidentibus, etiam Imperator deriuato in aliam partem flumine vrbem interfluente, effoſſiſq; murorum fundamentis, & lignis & materia ad comburendum facili, ſubiecta effoſſionibus, igneque coniecto, materia combuſta muros euertit. quod oppidani quum vidiſſent, ad preces cum eiulatu verſi ſunt, & ſeipſos vna cum oppidò dediderunt. Captus eſt igitur Domitianus Caucanus, vir potens, & Gabrielis aſſeſſor, & Etizzes Moglenorum princeps, & alij complures potentes, & haud mediocris populus bellicoſus. Eos igitur qui arma ferre poſſent, in Aſpracaniam mittit Imperator, reliquam verò vilem turbam diripiendam cenſuit, & oppidum comburendum. captum eſt item aliud oppidum Notia nomine finitimum Moglenis. quinta autem die venit Romanus ille, cui erat præciſa manus, ſecum adducens Ioannis famulum & Bladiſthlabi filium Aaronem cum litteris, quę ſignificabant ab ipſo Gabrielem interfectum, & ad ſe omnem poteſtatem redegiſſe, pollicebanturque eum imperata obedienter facturum, oſtenſurumque erga Imperatorem illi obſequendi & ſeruiendi cupiditatem. Quibus lectis Imperator & aureis diplomatis litteris, quæ ſibi viderentur confirmatis remiſit ad Ioannem, & paucis poſt diebus rurſus reuerſus eſt Romanus præciſam habens manum, litteras afferens & Ioannis & Bulgariæ principum, obedientes fore, & ſeruos Imperatoris. Contulit item ſe ad Imperatorem Caucanus frater Domitiani, qui in Moglenis captus fuerat, quem liberalibus muneribus proſequutus in honore habuit. Sed vbi agnouit Ioannem dolo & fraude, quæ ſcripſerat, ſcripſiſſe, & ijs, quæ pollicitus fuerat, contraria cogitantem, rurſus in Bulgariam reuerſus eſt, deprædatuſq; finitimam regionem oſtrobi & ſoſci, planitiemque Pelagoniæ, captos omnes Bulgaros luminibus priuauit. Igitur vſque ad vrbem Achrida ſe confert, vbi conſtructa erat regum Bulgariæ regia, captaque vrbe, & omnibus male tractatis erat vlterius progreſſurus, & iter Dyrrachium verſus ſuſcepturus, ſi quidem ea loca illius aduentum requirebant. Quam diu enim Triballiæ, & locis Seruiæ proximis Bladimerus imperauit Samuelis ob filiam ſocer, vir æquus & pacificus, ac virtute præditus, Dyrrachij res quieuere. ſed poſtquam Gabriel à Ioanne impeditus fuit, & ipſe violato fœdere deceptus fide habita iureiurando à Ioanne dato per Dauidem principem Bulgariæ Epiſcopum, ſe

pum, ſe

pum, ſe ipſum tradidit, & paulo poſt interfectus eſt, multum res illę perturbatæ ſunt; annitente Ioanne cotidie & per duces ſuos ſæpe, & per ſe vrbem capere, & idcirco Imperator erat eo profecturus auxilio, ſed quadam probabili de cauſa impeditus eſt. quum enim ad Achrida proficiſcerentur, poſt ſe cum militum manu reliquit Georgium ducem Gonirziatem, & Oreſtem Protoſpatharium captiuum iuſſos planitiem Pelagoniæ excurrere: quos inſidijs captos Bulgari, Duce Ibarze Illuſtriſſimo & probatiſſimo viro, omnes interficiunt, quorum dolore correptus Imperator, redijt in Pelagoniam, & excurſione facta perſecutus Iberzem, profectus eſt Theſſalonicam, & inde ad Muſinopolim trãſijt miſſo exercitu ad Strubirzem, duce Dauid Patricio Arianite; qui quum repente apparuiſſet, oppidum Therbirza nomine expugnauit. alium itidem exercitum ad oppida Triadirzæ duce Xiphia mittit, qui omnia quæcumque in apertis lo-
6524 cis eſſent, euerſis oppugnatione cepit arcem, quæ Bion vocabatur. Imperator autem Conſtãtinopolim profectus menſe Ianuario anno. 6524. claſſem ad Chazariam mittit, duce Illongo Andronici ducis Lydi filio, & opera Sphangi fratris Bladimeri Imperatoris generi, ſubegit regionem principe ipſius Georgio Zulo primo impetu capto. Tunc etiam ſuperior Sennacherim ſuperioris Mediæ, quam hodie Aſpracaniam vocant princeps, cum omni natione ad Imperatorem ſe contulit, tradita ei omni ſibi ſubiecta regione à quo Patricius creatus eſt, & Cappadociæ prætor, acceptis poſſidendis his vrbibus, Sebaſtia, *Lariſſa*, Abara, & alijs multis poſſeſſionibus. hic enim oppreſſus à propinquis Agarenis, quum reſiſtere nequiret, ad Imperatorem confugit, tradita ei regione; ad quam miſſus Baſilius Patricius Argyrus, vt ei præeſſet, quum in omnibus grauiſſime offendiſſet, Imperio priuatur, eiuſque ſucceſſor Nicephorus Protoſpatharius Comnenus mittitur. qui quum eo perueniſſet partim perſuaſione; partim vi ſubegit Imperatori regionem, anno. 6524. indictione quarta. profectus à regia vrbe Imperator ſe confert Triadirzem, & circumſeſſum oppidum pernicum oppugnabat. ſed quum oppidani fortiter ac ſtrenue propugnarent, multiq; Romanorum caderent, octoginta octo integris diebus continuata obſidione, vbi nouit ſe tentare ea, quæ ad exitum perduci non poſſent, infecta re reuerſus Muſinopolim ſe recipit. vbi refecit exercitum, & vere appetente ex Muſinopoli profectus in Bulgariam inuadit, circumſeſſumque oppidum nomine Longas oppugnando cepit, miſſisq; Dauid Arianite, & Conſtantino Diogene in planitiem Pelagoniæ, multorum animantium & captiuorum potitus eſt; capto autem oppido incenſo Imperator, trifariamque captiuis diuiſis, vnaque parte ſocijs Rhoxolanis attributa, altera Romanis, tertia ſibi reſeruata vlterius progrediebatur. & quum vſque ad Caſtoriam perueniſſet, vrbemq; tentaſſet, vbi ſenſit ipſam inexpugnabilem, reuerſus eſt, litteraſq; à præfecto Rhodoſtoli Zincio Theudati Iberi Patricij filio, accepit, in quibus ſcriptum erat, Cracram quamplurimo coacto exercitu, cum Ioanne coniunctum, aſſumptiſque

que

que Pazzinacis cum eis eſſe in Romanos inuaſurum, quibus quidem litteris perturbatus, quam celerrime redibat, & in itinere oppidum Boſſograda captũ incendit, Beræamque adeptus, incenſiſque & in cinerem redactis locis Oſtrobi, & Moliſci finitimis deſtitit vlterius progredi. renunciatum enim ei fuit, impeditos fuiſſe Cracram & Ioannem, quo minus in Romanos inuaderent, renuentibus eis Pazzinacis ſocietatem. Quare reuerſus aliud oppidum nomine ſetenam oppugnat, vbi Samuelis erat regia, vbique multum repoſitum erat frumentum, quod quum diripere milites iuſſiſſet, alia omnia combuſſit, miſitque aduerſus Ioannem, haud procul abſentem legionem cohortium occidentis, itemque Theſſalonicæ legionem duce Conſtantino Diogene. His abeuntibus inſidias collocauit Ioannes. quo cognito Imperator, & ne quid detrimenti ab exercitu acciperet veritus, quum equum conſcendiſſet, nihilque aliud dixiſſet, quàm ſi quis bellator eſt, me ſequatur, ſtudioſe feſtinabat. Id quum cognouiſſent Ioannis exploratores terrore affecti ad Ioannis caſtra veniunt, eaque timiditatis & perturbationis impleuere, nihil aliud exclamantes, quam vicit te Cæſar. omnibus igitur cum Ioanne indecore fugientibus, qui cum Diogene erãt, audaciores effecti, à tergo inſequebantur, & multis interfectis ducentos grauis armaturæ milites capiunt, equoſque & impedimenta Ioannis, eiuſque fratris filium. His geſtis ad Bodina redit, omnibuſque ibi rebus conſtitutis Byzantium reuertitur, nona Ianuarij menſis indictione quinta anno. 6526. ſecuritatẽ autem nactus Ioannes abit Dyrrachium oppugnaturus ſuperbia, & faſtu barbarico, vbi inſtituta oppugnatione, commiſſoque prælio occumbit, quum nemo perſpicuus factus eſſet, qui ipſum vulneraſſet, ipſeque Bulgaris annos duos menſes quinque imperaſſet. renunciata autem morte Ioannis Imperatori per Nicetam Dyrrachij præfectum, patricium Pigonitem, ſtatim egreditur Imperator, cui quum Adrianopolim perueniſſet, occurrunt frater clariſſimi Cracæ, & filius hoc bonum nuntium afferentes concedere in eius poteſtatem & celeberrimum oppidum pernicum, & alia triginta quinq;, quibus honoratus pro dignitate, & Croca ad patriciorum ſedem perducto, Moſinopolim venit. quo etiam legati venere ex Pelagonia & Morobiſdo, & Lipenio tradentes vrbes Imperatori. inde profectus ad Serras venit, quo ſe contulit Cracas cum principibus triginta quinque oppidorum, qui ad eum confluxerunt, & benigne exceptus eſt; acceſſit item Drago muzus traditis ijs, quæ in Strobirze erant, & Patriciatus dignitate decoratus, adducto ſecum Ioanne Chaldo patricio, tunc à diutino carcere liberato: fuerat enim captus à Samuele, & viginti duobus annis in cuſtodia detentus, nuper autem Strumbizze appropinquauerat Imperator, & venit Archiepiſcopus Bulgariæ Dauid cum Maria Ioannis vxore, quæ pollicebatur ſe è Bulgaria receſſurum, ſi Cataſcopia conſequerentur. occurrit item Bogdanus interiorum oppidorum Toparcha, qui itidem patriciatus dignitate decoratur, vt pote qui iam pridem Imperatori ſtuderet, ſuoq; ſocero aſſumpto,

inde

inde ad Scopia profectus eſt, relictoq; in vrbe cum ſummo Imperio Dauid Patricio Arianite reuerſus eſt per oppida Stipij,& Proſalci, cum ſupplicationibus & hymnis celebratus,& cultus, rurſusq; in dexteram partem inclinans ſe conſert ad Achrida,vbi caſtra poſuit omni populo cum pæanis & plauſibus,laudibusq; ſibi obuiam procedēte.eſt autem Achris vrbs in excelſo tumulo ſita proxime maximam paludem,vnde erumpit drinus fluuius ad ſeptentrionem pro grediens,deinde vergens ad occaſum, & in Ionium mare ad ſiliſſum oppidum influens,totius Bulgariæ Metropolis:vbi condita eſt regum Bulgariæ regia,vbi que pecuniæ repoſitæ erant,qua aperta Imperator,multas inuenit pecunias, & ſtemmata marmorea, auroq; contextas veſtes, & auri centenaria cētum,quæ omnia in ſtipendia ſuorum militum exhauſit.pręfecto igitur ciuitati Euſtathio Patricio Daphnomile,idoneoq; ei tradito præſidio,in caſtra exijt, adductamq; ad ſe excepit vxorem Ioannis,qui item Bladiſthlabus dicebatur, cum tribus filijs, & filiabus ſex, adducentem etiam nothum filium Samuelis, & duas filias Radomeri Samuelis nepotis, & quinque filios, quorum vnus luminibus orbatus fuit à Ioanne læſus, quando Radomerum filium Samuelis cum eius vxore, & Bladomerum eius generum interfecit. erant item tres alij filij Mariæ e Ioanne procreati,ſed hi montem Imorum prius effugerāt, qui quidem mons eſt Cerauniorum montium vertex. eam igitur ipſe clementer & liberaliter exceptam vna cum alijs ſeruari iuſſit. acceſſerunt ad Imperatorem alij quoque Bulgarorum proceres Heſterizzes,Azarizes, iuuenis Debromerus vnuſquiſq; cum ſuis legionibus, & benigne excepti pro regia dignitate honore ſunt affecti.tunc item Cruſianus eiuſque duo fratres Bladiſthlabi filij, qui in Imorum ſe fuga receperant,vt ante dictum eſt,diuturna obſidione vexati, milites enim ab Imperatore diſpoſiti obſidentes obſeruabant montis loca vnde deſcendi po terat,legatis ad Imperatorem miſſis fidem ſibi dari petunt, ſeipſos dedituros, pollicentes.quibus benignum reddidit Imperator reſponſum, profectusq; ex Achride ad Paludem preſpam nomine ſe recipit: dumq; tranſiret interiectum montem,oppidum in ſuperiore eius parte conſtruxit, quod regiam vrbem nū cupauit, alterumque in palude, quam modo diximus, a preſpa proficiſcitur Diſpolim,ita vrbs illa vocatur, vbi elato in ſuggeſto excelſo ingredientes excepit Pauſiani fratres,quos verbis mitibus atque humanis conſolatus,ipſum qui dem Magiſtrum creauit, reliquos verò Patriciatus dignitate curauit honeſtandos. perductus quoque ad ipſum fuit Ibarzes luminibus orbatus, ſed operæ pretium eſt modum, quo excæcatus fuit enarrare, habet enim neſcio quid iucundi & admirabilis hæc ipſa narratio.nam poſt obitum Ioannis,qui item Bladiſthlabus dicebatur, & vxoris ipſius Mariæ & filiorum eius ad ſe aduentum, aliorumq; dynaſtarū totius Bulgariæ obedientiam, iſte Ibarzes quum fugiſſet in quemdam montem acceſſu difficilem, Brochotus eſt ei nomen, regiamq; pulcherrimam habentem,alij peomiſtam vocant,& paradiſos, & haud indeco

ras deli-

tas delitias diuinæ nolebat cedere voluntati, ſed copias cogere, & ad ſeditionem finitima loca ſollicitare, & defectionem Imperiumque Bulgaricum ſomniare. ea res haud mediocriter offendit Imperatorem, & iccirco omiſſo ſuſcepto recto itinere ad Meſembriam, & ad Diabolim, de qua modo diximus, peruenit: vt vel prorſus coacturus rebellem arma deponere, vel eum bello profligaturus. & Imperator vbi diximus commorans, litteris hortabatur Ibarzem ne ſubiecta tota Bulgaria ſolus reſiſteret, neuè ſomniaret ea, quæ perfici non poſſent, quum optime noſſet conatum illum ſuum nihil ſibi profuturum. at ille acceptis litteris reſpondens, & omnis generis cauſas addens protrahere & procraſtinare, ita vt coactus fuerit Imperator quinquaginta dies ibidem conterere pollicitationibus ineſcatus; cognita res fuit ab Euſtathio Daphnomile Achridis præfecto, curæ eſſe Imperatori Ibarzi demolitionem, nactusq; idoneum tempus, & cum duobus fideliſſimis famulis communicata re, indicatoq; conſilio opus aggreditur; publica erat celebritas Ibarze ſanctiſſimæ Dei parentis dormitio, qua die conſueuerat ad conuiuium conuocare eos dumtaxat, qui haberent agros vicinos & conterminos, quin etiam ex ijs, qui procul maxime abeſſent. igitur Euſtathius ipſe per ſe vocatus ad celebritatem acceſſit, & ijs qui cuſtodiebant aditus, renunciare iuſſit quiſnam eſſet, ſeque adeſſe vt cum principe conuiuans lætaretur. Quum autem illi renunciaſſent, admirabatur Ibarzes, quod inimicus vir, vltro ad ſe accederet, ſeq; hoſtilibus manibus committeret, attamen venire iubet, & ingreſſum hilariter excepit, & amplexatus eſt, nuper verò perfecto hymno matutino omnibusq; in ſua hoſpitia diſſipatis, Euſtathius ad Ibarzem accedit: petitq; alios paulum ſecedere tamquam ſecreto de aliqua re maxime neceſſaria, atque ipſi vtilia cum eo collocuturus: at ille non cognito dolo, nec fraude, ſed reuera ſuſpicatus, vnum illum eſſe ex ijs, qui eius defectioni ſtudens ſecum conſpirare vellet, famulis parumper ſecedere iuſſis, illum manu apprehenſum, in quemdam hortum ducit, denſis arboribus conſitum, ita vt præ eorum denſitate ne vox quidem exaudiri poſſet, vbi Euſtathius ſolitarium nactus Ibarzem in terram eum ſtatim deijcit, genuq; pectori innixus, erat enim manu ſtrenuus, ipſum ſuffocabat, duobusq; famulis iuſſit quamcelerrime vt ſibi opem ferrent, illi ex compoſito ſtantes expectantes rei exitum, vbi domini vocem audiuerunt, ſtatim accurrentes, & Ibarzem detinentes, tunica obturbato eius ore, ne forte clamans contra ipſos turbam concitaret, & opus irritum faceret, eum excæcant, luminibusq; orbatum ex horto in aulam adducunt, ipſiq; in conclaue domus quum ſe recepiſſent eductis gladijs excipiebant eos, qui accederent. cognito autem facinore confluxit multitudo numero infinita, alij enim gladios geſtantes, alij haſtas, alij arcus, alij lapides, alij ligna, alij faces accenſas, alij materiam ad comburendũ ido-

neam occurrere & vociferari, occidantur, comburantur, in fruſta ſecentur, lapidibus obruantur, facinoroſi & impij. nemo parcat nefarijs. Euſtathius autem concurſum conſpicatus ſuaque deſperata ſalute interim hortabatur ſuos, vt fortes eſſent, neúe animo mollirentur, aut ſe ipſos proderent, & in poteſtatem eorum peruenirent, qui ipſorum perniciem cuperent, & à quibus expectarent ſalutem, vel mortem & interitum, ad turbam autem à quadam feneſtra proſpiciens, manuque ſilentio facto talia exorſus eſt verba. O viri in vnum coacti nulla mihi ante cum veſtro domino inimicitias interceſſiſſe vos quoque fatebimini, omnino, quum optime noritis, Bulgarum ipſum fuiſſe, me verò Romanum, & Romanum non ex ijs, qui Thraciam aut Macedoniam incolunt, ſed minorem Aſiam, quæ quantum à vobis abſit, norunt periti: non temere verò, neque fruſtra me hoc facinus aggreſſum, ſed neceſſitate impulſum, vos qui prudentiores eſtis, cogitate. neque enim ita furioſe me in apertum periculum proieciſſem, meamque vitam prorſus contempſiſſem, niſi quædam alia vis ad hoc faciendum coegiſſet. ſcitote igitur patratum facinus Imperatoris Imperium fuiſſe, cui obediens ego veluti miniſter operam meam nauaui, & nunc ſi me vultis interficere, ecce ego à vobis circumuentus ſum, verùm non facile, neque ignaue moriar, neque depoſitis armis me vobis pro libidine vtendum tradam, ſed de propria vita dimicabo, & vſque ad mortem inuadentes cum meis propulſabo. quod ſi etiam occumbamus, quod quidem neceſſe eſt accidat ijs, qui à pluribus circumuenti ſint, fœlicem & beatam mortem reputabimus, quum non deſit nobis, qui noſtrum ſit ſanguinem vlturus, aduerſus quem conſultate, an diutiùs reſiſtere poſſitis. His auditis verbis qui coacti ſimul fuerant, & Imperatoris metu perculſi paulatim diffluentes alius alio diſſipati ſunt, maiores verò natu & prudentiores celebrato Imperatore, ei ſe ſubiecere, & Euſtathius multa ſecuritate Ibarzem comprehenſum adduxit Imperatori, quem ille exceptum & ob ſtrenuitatem collaudatum, & prætorem ſtatim Dyrrachij declarauit, & omnem ei largitus eſt Ibarzæ ſuppellectilem. Iſtum verò in cuſtodiam tradidit, Tunc Nicolizzas is, qui ſæpe captus & toties dimiſſus fuerat, in quibuſdam montibus occultatus, vt contra eum miſſus fuit exercitus, & qui cum ipſo erant partim ſe ſponte dediderunt, partim capti ſunt, vltro nocte deſcendit in caſtra, manuque pulſatis foribus, quum ſe ipſum indicaſſet, nuntiauit ſe libenter ſuum corpus Imperatori tradere, quem Imperator ne videre quidem ſuſtinuit; verùm Theſſalonicam cuſtodiendum miſit, ipſe Dyrrachij & Coloniæ, & Dryine vrbis rebus optime, vt ſibi videbatur conſtitutis, præſidijſque regionibus impoſitis, & præfectis, & Romanis captiuis, quicumque vellent in regioné manere iuſſis, alijs autem ſequi, ad Caſtoriam venit, vbi adductæ ipſi fuere duçæ Samuelis filiæ, quæ

conſpicatæ

Digitized by Google

conſpicatæ Mariam Ioannis vxorem Imperatori aſtantem, impetum in ipſam fecere, vt eam interfecturæ, ſed eorum iram ſedauit Imperator pollicitus ſe honoribus & opibus eas proſequuturum. Mariam autem quum patriciæ Zonæ dignitate decoraſſet, in regiam vrbem cum filijs miſit, omniaque oppida, quæ in Seruijs & in Suſco erant, per Xiphiam diruenda, & ſolo æquanda curat, & ad oppidum Stegos accedit, quo peruenerat Belegradum princeps cum ſeruili habitu Elemagus, vna cum ſuis collegis. Inde Athenas proficiſcitur, quumque iter per Zitunium haberet, oſſa eorum Bulgarorum, qui ibi occubuerant, quádo Magiſter Nicephorus Samuelem fudit, conſpicatus admiratus eſt, nec minus obſtupuit, quum murum Thermopylis vidit, quod Salos recens appellatur, ad deterrendos Bulgaros à Rupenio conſtructum. & quum Athenas perueniſſet, celebrato ſacrificio quo ob victoriam Dei genitricis gratias egit, ornatoq; templo muneribus plurimis ſplendidis ac ſumptuoſis, reuerſus eſt Conſtantinopolim, & per magnas ianuas aureæ portæ aurea corona criſtam in ſuperiore parte habente coronatus triumphauit, præeuntibus Bladiſthlabi vxore & Samuelis filiabus & reliquis Bulgaris. Indictio erat ſecunda, annus 6527. & ita cum Trophæis, & victoria in magnum templum ingreſſus, quum Deo hymnos ceciniſſet, quibus ei gratias agebat, in regiam ſe contulit. quem Patriarcha Sergius cum victoria ingreſſum, multum deprecabatur, vt extingueret tributum illud, de quo diximus. id enim pollicitus fuerat, ſe facturum, ſi Bulgaros viciſſet, verum ille non impetrauit. Sed quum viginti integros annos Dei rexiſſet Eccleſiam Iulio menſe indictione ſecunda anno. 6527. ad Dominum migrauit, & Euſtathius declaratus eſt Patriarcha princeps eorum præſbiterorum, qui erant in Templi regia. ad Imperatorem autem redacta in ſeruitutem Bulgaria confluxere etiam finitimæ Coruatorum gentes, quibus erant duces duo fratres. qui quū ad Imperatorem acceſſiſſent, ab eoque honores & poſſeſſiones idoneas accepiſſent, obedierunt etiam gentes, ſolus autem Sermij princeps Heſtongi frater Sermon obtemperare recuſauit, erga quem Conſtantinus Diogenes illarum partium princeps, ſimulata amicitia legatum mittit, qui iureiurando aſſereret, cupere ſe cum eo coniungi, & de rebus neceſſarijs colloqui: quod ſi quis metus ipſum inceſſat, tribus tantum aſſumptis miniſtris ad medium prætereuntis fluminis ſecum congrediatur, qui cum tribus itidem miniſtris eo ſit venturus. Igitur ille fide habita ad fluuium accedit, & cum Diogene colloquitur, verum inter colloquendum Diogenes extracto è ſinu, quem geſtauerat gladium, repente ipſum in laterem percuſſum occidit. quumque ij, qui cum ipſo erant fugiſſent, propinquo exercitu coacto Diogenes cum idonea manu ad Sirmium accedit, & vxorem mortui terrore perculſam magniſque pollicitationibus delinitam, perſuaſit, ſe dedere, tradito Imperatori Sirmio, quæ Byzantium miſſa vni ex proceribus Regię vrbis in matrimonio eſt collocata; & Diogenes iuſſus eſt imperare Regioni, quam nuper adep-

tus fuerat. Renouauit item Imperator Valentiniani Imperatoris aquæ ductum, vt ciues aquæ copiam haberent. Quum verò Georgius Abaſgiæ princeps erga Romanos fœdera violaſſet, & in finitimam regionem excurſiones faceret, aduerſus ipſum cum toto exercitu proficiſcitur Imperator, poſt ſe relicto Nicephoro Patricio xiphia, & Nicephoto patricio filio Bardæ Phocæ. qui iniquo animo ferentes quod relicti, nō ducti fuiſſent cum exercitu, coacto ipſi vt licuit exercitu Cappadociæ & Rhodanto, & vicinis locis rebellionem concitant, qua re Imperatori renunciata, caſtra completa ſunt perturbatione, atque triſtitia. ſi quidem metuebāt milites ne inter Abaſgos, & rebelles intercepti, diuulgata enim fama fuerat, Xiphiam de hac re ad Abaſgiæ principem legatos miſiſſe, aliquid detrimenti, cui nullum poſſet adhiberi remedium, acciperent. Imperator autem ſcriptas litteras ad Xiphiam, & Phocam miſit, quum præcepiſſet ei, cui tradiderat, vt omnino latere ſtuderet, & vtrique ita litteras redderet, vt non cognoſceretur. qui quū exequutus fuiſſet quod iuſſus erat, latēterq; epiſtolas reddidiſſet, Phocas confeſtim ſuam Xiphiæ recitauit. ille autem ſua occultata, & litteras ſe prorſus accepiſſe inficiatus, quadam die eum ad colloquium vocauit, venientemq;, collocatis antea paratis inſidijs, & interficit, & ita rebellium conſpiratio diſſipata eſt. Cognito autem ab Imperatore Phocæ interitu, mittitur Theophilactus Dalaſſeni filius, qui Xiphiam comprehenſum vinctum in regiam vrbem mittit ad Ioannem protonotarium, quem ille in inſula Antigoni monachum detondendum curat. Imperator autem rebellium metu liberatus cum Abaſgis confligit, multiq; ex Romanis cadunt, attamen diſſolutus eſt vterque exercitus ambigua victoria; poſtea verò altera pugna commiſſa, vndecima Septembris mēſis indictione ſexta anno. 6531. occumbit Liparites. Hic erat dux totius exercitus Georgio, & cum ipſo omnes Abaſgorum Principes. fugit item Georgius in interiores Iberiæ montes, ac paulò poſt miſſis ad Imperatorem legatis, quum ei ceſſiſſet quacumque voluit regione, fœdus percutit, tradito obſide filio ſuo Pancratio, quo decorato Magiſtratus dignitate, reuerſus eſt, & alios quidem, qui cum Xiphia & Phoca conſpirauerant, bonis priuatos detinuit, ſolum autem Patricium Pherſem interemit, qui omnium princeps ad rebelles ſe ſe contulerat, & quadraginta proximos principes curatores occiderat, & execto cuidam regio amputauerat propria manu caput. traditus eſt etiam Leonibus eſca, regius quidam cubicularius conuictus veneno inſidias Imperatori per Xiphiam ſtruxiſſe. Quum autem ſoror Imperatoris Anna in Rhoſia vita functa eſſet, & ante ipſam vir eius Blademerus, quidam Chryſochir mortui cognatus aſcitis ſibi octingentis viris, & in naues impoſitis Conſtantinopolim venit, vt mercede videlicet, militaturus. ſed quum Imperator deponere arma iuberet, & ita ſecum congredi, quum noluiſſet ille, propontidem tranſmiſit: quumque perueniſſet Abydum, cum eius præfecto congreſſus in littore propugnanti, nulloque negotio illo profligato, ad Lemnum ſe recepit. Ibi autem à

tem à Cyberræotarum claſſe, & Dauid ab Achridibus Sami prætore & Nicephoro Cabaſila duce Theſſalonicæ violato fœdere, omnes interfecti ſunt. Quũ verò inſtitueret Imperator cum exercitu in Siciliam proficiſci, Oreſtem cum frequentibus copijs præmiſit: vnum ex ſuis fideliſſimis Eunuchis, verum ipſe prohibitus eſt, ſiquidem eum mors occupauit. Decembri enim menſe indictione nona, anno. 6534. repentino morbo correptus exceſſit è vita, quum aliquot diebus, ante eius obitum, etiam Euſtathius Patriarcha deceſſiſſet: cuius ſucceſſorem inſtituit Imperator Alexium monachum & monaſterij præfectum, qui ad eum inuiſendum venerat cum precioſo præcurſoris capite, quemq; per miſſum Protonotarium Ioannem in ſede collocandum curat: quo adiutore in Republica adminiſtranda vtebatur, & veſpere mortuus eſt, quum vixiſſet annos ſeptuaginta, & omnes imperaſſet, ad quinquaginta autem annos imperium ſolus adminiſtraſſet. præcepit autem fratri, quem ſucceſſorem Imperij reliquit, vt ſe in Templo Euangeliſtæ & Theologi ad Hebdomum ſepeliret. quod factum eſt. omne autem adeptus Imperium Conſtantinus, & faciendi quæ vellet poteſtatem nactus, & intemperatis actionibus deditus, malorum multorum auctor Reipublicæ fuit: ipſe nihil aut faciens aut conſulens eorum quæ opus eſſent, ſed equorum curſibus gaudens, & hiſtrionibus, & ſcurris, & in compotationibus totas noctes conſumens, Magiſtratibus & præturis non eos decorans, qui rebus & eloquentia ſe ipſos probaſſent, ſed vino dedita execta mancipia, omniſq; nequitiæ & execrationis plena perducens ad ſupremos honores, eos verò, qui genere & virtute, & rerum vſu præſtarent omittens. Nicolaum enim ſuum primum cubicularium ſcholarum domeſticum, id eſt, cohortium præfectum & regij cubiculi primum cuſtodem creauit: Nicephorum autem, qui poſt illum ſecundas partes ferebat, Protoueſtiarium, Symeonem ordine tertium Drungarium Viglæ, id eſt, vigiliarum præfectum, quos omnes eo honore affecit, vt præſides eſſent, Euſtathiumq; vnum è multis poſt illos, magnum Æteriarcham, id eſt, ſodalium principem. creauit item Antiochiæ ducem Eunuchum quemdam Spondilem nomine, & Iberiæ, Nicetam ex Piſſidia, ambos homines infames, & improbos. qui quum omnia perturbationis & confuſionis impleſſent, parum abfuit, quin Imperium ipſum euerterent, quod iam rectè adminiſtrabatur ab Imperio Romani Imperatorum parentis, & Nicephori, & Ioannis & Baſilij, qui ſuccedentes deinceps ſceptra exceperãt, & erat finitimis nationibus terrori, neque ſolum rationem nullam habebat in creandis magiſtratibus, temere ipſos cuicumque committens, ſed etiam digniores & probatiores, perſequebatur, ſemper probris inſidias comparans, excæcauit Conſtantinum patricium Magiſtri Michaelis Burze filium, ſibi ante Imperium infeſtum, & laſciuas illius Baſilio Imperatori actiones indicantẽ, aliosq; haud paucos homines e medio ſuſtulit, vt in ſequentibus dicemus; & hæc fuere illius Imperij exordia. quæ verò conſequuta ſunt, quænam poterit hiſtoria

recenſere

recenſere pro dignitate? ſolis enim addictus ſcurris & hiſtrionibus, & equorum curſibus, vt ſi quis alius vnquam, inhians, id ſolum neceſſarium opus cēſebat, alijs omnibus poſt habitis, & neglectis: ſiquidem alia omnia poſteriora ducebat ſuis immoderatis, & laſciuis actionibus: Nicephorum enim Comnenum, virum prudentem, & virtute ac robore præſtantem, Mediæ præfectum, quæ item Aſpracania dicitur, quique finitimas nationes ſubegerat, nulla probabili de cauſa, ſed ob inuidiam tantum luminibus priuandum curauit: maieſtatis reum factum. hic enim ſæpe in Media cum propinquis Saracenis congreſſus, ſuosq; milites ignauos effectos conſpiciens, & terga indecore vertentes fugientesq; partim exprobrans, partim adhortans, ne ita turpiter fugerent, ſed ſtrenue aduerſarijs reſiſterent, perſuaſit vt ſibi conſentirent. vbi verò eorum iureiurando confirmari conſenſum petijt, fore vt ſecum pugnantes aduerſus hoſtes occumberent, ſcriptum ædiderunt libellū, quo ſe maxime terribilibus execrationibus, & horribili iure iurando obſtrinxerant, fortiter ſe in acie cōſiſtentes pugnaturos, & cum ſuo duce morituros, id vbi ad aures Conſtantini peruenit, ſtatim Magiſtratu abdicatur Nicephorus, & Conſtantinopolim perducitur, vbi in iudiciū vocatus pro tribunali cōtra ſe ſnīa lata, quaſi cōtra Imperiū cōſpiraſſet, luminibus priuatur. ſuccēſens itē Bardæ patricio Magiſtri Bardæ Phocæ nepoti, & quibuſdā alijs per quendā ex ijs delatoribus, qui in Tyrannide nutriti fuerāt, dolū aduerſus eū conſuit, ſtatimq; orbat lumine. ſeditione autem concitata in Naupacto contra Georgium, qui ei præfectus erat, quem etiam Morogeorgium vocabant ob mentis inconſtantiam, ipſe quidem præfectus occiditur, omnia autem eius bona diripiuntur, quippe quum erga ipſum indigenæ male animati eſſent, ob frequentia, quibus eos vexabat, tributa; Imperator autem nō ſolum cædis reos puniuit, ſed etiam ipſum Naupacti Archiepiſcopum luminibus orbandum curauit. Scleri autem Romani filius Baſilius patricius, Magiſtro Pruſiano Bulgaro infeſtus præfecto Bucellariorum, eo audaciæ proceſſit, vt etiam cum eo pugna contenderet, quorum diſſenſionem Conſtantinus Imperator, impudentiam contra Imperium iudicans, ambos religat, alterum in Acutam inſulam alterum in Platem, ac paulo poſt Baſilium accuſatū, quod fugam meditatus eſſet, excæcauit, & Pruſianum, qui parum abfuit, quin hoc idem pateretur, liberauit. oculis item priuandum curauit Romanum Curcuam, Pruſiani generum ob ſororem, & Bogdanum, & Glabam, & Gudelium, & Monacho Zachariæ linguam præcidit, Beſtæ Theudati affini, quos conſpiraſſe commentus eſt. Hoc anno quoque Pazzinaci in Bulgariam incurſionem fecere, & plurimum exercitum ac duces & legionum præfectos occiderunt, aut viuos cepere. Idcirco Imperator Conſtantinus Diogenem Sirmij præfectum, etiam Bulgariæ ducem creauit, qui cum ipſis diſſipatis congreſſus eos fudit, fugauitq;, & tranſmiſſo Iſtro coegit quieſcere. fuit quoque Imperij ipſius temporibus maxima ſiccitas, ita vt perennes fontes exiccarentur, & flumina.

Quum

Quum autem Imperator Baſilius, quoad pauperibus parceret, haud libenter pubiica exigeret tributa, ſed quietem populo, & temporis dilationem exactionibus concederet, accidit vt eo mortuo duorum annorum tributa adhuc ſoluenda eſſent, quæ Conſtantinus illico exegit. exegit item triennij, tantũ enim temporis imperauit, tributa, & exhauſti ſunt non modo pauperes, & inopes, ſed etiam qui facultatibus abundarẽt, quum tribus annis quinque tributa pependerint. Egreſſa eſt igitur claſſis quoque eorum Agarenorum, qui erant ad inſulas Cycladas, quibuſcum congreſſus Sami prætor Georgius Theodorocanus vna cum Rereboe prætore Chij, eos profligauit, & duodecim naues cum hominibus cepit, reliquas diſſipauit: nona autem Nouembris menſis indictione duodecima anno. 6537. repentino morbo correptus Conſtantinus & à medicis deſperata eius ſalute, conſyderabat quemnam Imperij ſucceſſorem relinqueret. viſum eſt igitur ipſi hoc faciendum, vt accerſiretur Conſtantinus patricius Dalaſſenus, qui ad Armenium domi ſuæ otioſus degebat, quem ſibi generum tradita ei in matrimonium vna ex filiabus aſcitum Imperatorem declararet. & mittitur, qui eum adduceret Eunuchus quidã ex fideliſſimis nomine Ergodotes. verùm ſtudio ac diligentia Symeonis, qui erat ſtudioſiſſimus & amantiſſimus Patricij Romani Argyri, hæc ſententia neglecta eſt, & quidam mittitur Imperatoris nomine videlicet ad Dalaſſenum, qui iuſſit eum ibi manere, vbi litteras acciperet, & Romanus in regiam perducitur, perductoque duæ proponuntur ſententiæ, vt vel repudiata legitima vxore, ductaq; Imperatoris filia Imperator declaretur, vel orbetur luminibus. quo ambiguo, & reſponſum differente, verita illius vxor, ne quid viro ſuo detrimẽti accideret, ſponte capillos depoſuit, & coniugi in eius conſpectu gratificata eſt Imperium. quumque eſſent, Conſtantino filiæ tres ex filia patricij Alypij, quam adhuc viuente Imperatore ei collocarat, maior natu Eudocia detonſa fuerat monacha, tertia Theodora noluit Romano copulari, vel propter cognationem vt aiunt, vel propterea quod adhuc illius vxor viueret. quæ autem ſecunda erat ætate nomine Zoe, facta mẽtione de coniugio ſtatim libenter conſenſit, quumque de cognatione ſermo habitus eſſet, & Eccleſia cum Patriarcha ambiguitatem diſſoluiſſet, Romanus cum Zoe benedicitur, & ſummus Imperator declaratur, ac tribus poſt diebus Conſtantinus, quum omne vitæ tempus vixiſſet annos ſeptuaginta; tres, menſe vno minus regnaſſet vita functus eſt. ſic autem præter omnem ſpem atq; expectationem quum Romanus periculum effugiſſet, qui parum abfuit, quin ei oculi effoderentur, imperij potentiam adipiſcitur, & ſummus Imperator cum Zoe Conſtantini filia declaratur. & ſimul in regia ſede cõſedit, ſimul optimis exordijs, & laudabilibus progreſſionibus benigne ſibi ſubiectos tractauit, à pietate prius exorſus benefacere. quum enim noſſet non idoneum eſſe annuum redditum magni Templi, quippe cuius fuiſſet ſuperiore tempore œconomus, & aliorum quibus ab eiuſdem clero mos fuiſſet miniſtrari, octoginta

Nota.

auri

auri libras excudendas curauit, quæ adderentur ad ea, quæ cotannis ſuppeditari conſueuiſſent, ab Imperatoris penu, & radicitus ſuſtulit allilegyum, id eſt, tributum illud, de quo mentionem fecimus, quod Conſtantinus facere cogitauerat, ſed non fecit. carceres item euacuauit ijs, qui ob aliquas cauſas, aut æs alienum, vbi detinerentur publicum remittens, priuatum perſoluens, redemit item eos, qui in Pazzinacia captiui detinebantur, & tres metropolitanos, eo honore affecit, vt ſyncelli crearentur, Cyriacum Epheſi, vt conſanguineum Patriarchæ, Demetrium. Cizici vt ſibi ante Imperium quoque cariſſimum, & Michaelem Euchaitarum, ipſi cognatione coniunctum, eo quòd genus ſuum referret, ad eos qui Radeni dicebantur, Ioannem autem Baſilij Imperatoris proto notarium, qui iam capillos totonderat accerſitum, & ſyncellum creatum coniugis ſuæ ſorori Theodoræ cuſtodem impoſuit, & multos ex ijs, qui diuino cultui inſeruiebant, propter tributa ad extremam inopiam redactos vindicauit, & alios calamitatibus, & inopia oppreſſos conſolatus eſt adhibito remedio. præ-

Nota. buit item pecunias infinitas pro ſalute animæ ſoceri ſui, eos quoque, qui ab ipſo detrimenti aliquid paſſi fuiſſent, cóſolandos curauit, alios ad honores perducens, alios poſſeſſionibus locupletans, alijs pecunias elargiens. perduxit item ad ſplendidam Magiſtrorum dignitatem generum ſuum Romanum ſclerum ob ſororem, quem Conſtantinus, vt diximus, excæcandum curauit. reuocauit etiá à diuturno exilio Nicephorum Xiphiam, qui voluntarius in Monaſterij ſtudio monachorum induit habitum. Hoc tempore pluit Deus moderatam pluuiam, qua fertilitas frugum fuit, ſed præcipue oliuarum. fuit etiam die pentecoſtes per-

Nota. turbatio quædam in celebrandis ſacris, quod non conſenſiſſent Metropolitani ſedere ante ſe ſyncellos in conſeſſu. Hoc item tempore accuſatus Magiſter Pruſianus Bulgarus, quod cum Theodóta reginæ ſorore rem haberet, & cum ea affectaret Imperium, in Manuelis monaſterium traditur cuſtodiẽdus, quúque accuſatores ſuperiores in iudicio fuiſſent, luminibus orbatus, mater autẽ ipſius Zoſte ex vrbe eijcitur, & Conſtantinus Diogenes gener Imperatoris ob filiam fratris Baſilij, à Sirmio tranſlatus in Theſſalonicam dux mittitur, & accuſatus ab Oreſte famulo Baſilij Imperatoris, quòd de defectione cogitaſſet, dux exercitus ad Thracenſes mittitur, ſed quum crimen manifeſtum eſſet factum, vinctus in regiam vrbem perducitur, & in turrim conijcitur. Eius autem ſocij, qui ſimul coniurauerant, Ioannes protonotarius & Syncellus Patricius Euſtathius & prætor Daphnomiles, Michael Theognoſtus & Samuel Magiſtri Michaelis Burzæ nepotes, & Georgius & Baraſbatze, qui in Atho monte Iberorum monaſterium conſtituerat, patricij Theudati fratris filij grauiter cæſi, & per mediam publicam viam traducti, in exilium relegati ſunt, Theodora quoque de palatio adducta eſt, & in locum petrium nomine relegata. Octobri autem menſe trigeſima menſis die fuit effuſio ſtellæ ob Occidente ad Orientem progredientis, eademque facta eſt haud mediocris ſtrages Romani exercitus.

præ tore

prætore Antiochiæ magnæ Michaele Spondyle. Imbrium item diluuies vſque ad Martium menſem continua fuit, effuſis fluminibus & concauis locis maris inſtar æſtuantibus, ita vt ferè omnia animantia ſuffocarentur, & fruges in terra ſatæ, ex quo grauis fames in ſequenti tempore conſequuta ſit. volensq; Imperator cladem in Syria acceptam reſarcire, aduerſus Berræam cum exercitu proficiſci contendit. mittit igitur cum expeditis copijs Conſtantinum patricium Carantinum ob ſororem ipſius affinem, iubens abire, & aditus explorare, atque pro viribus hoſtes offendere, ſed tamen ab vniuerſa dimicatione abſtinere vſque ad ſuum aduentum. dum verò exercitus ipſi cogebatur, Abaſgiæ princeps Georgius morbo moritur, eius autem vxor miſſis ad Imperatorem legatis petijt pacis fœdera, ſuoq; filio Pancratio vxorem, cuius legatione accepta Imperator, & fœdera confirmauit, & Helenam ſuam neptem fratris Baſilij filiam, ſponſam in Abaſgiam miſit ſponſo Pancratio ad Curopalatorum dignitatem euecto. Hoc tempore incredibile prodigium accidit in Thracenſium regione, ad radices montis Curæ, vbi fons eſt pulcherrimæ, & limpidiſſimæ aquæ. vox quædam exaudiebatur miſerabilis, cum lamentis, & vęh, & ploratu, & mulieris eiulatui ſimilis, idque non ſemel aut iterum, ſed à Martio menſe vſque ad ipſum Iunium, dies, noctesq;. quumque abijſſent quidam locum exploratum, vbi vox illa emittebatur, eiulatus alio euaſit. Id, vt videbatur præſignificabat, quam ſuperius diximus Romanorum calamitatem in Cœle Syria acceptam; nam quum Nicephorus Imperator plurimas Syriæ & Phœniciæ ciuitates ſubegiſſet, & vſque ad Damaſcum protuliſſet Imperium, quando qui ipſi ſucceſſit Baſilius prius inteſtinis bellis occupatus, deinde aduerſus Samuelem negocijs implicitus non potuit opportuno tempore, & vt debebat, res Orientis confirmare, ſed tantum fere cogitatione illuc peruenit, & prout tempus requirebat conſtituit. deinde reuerſus & continenter occupatus in ſubijcienda Bulgarorum natione, data eſt occaſio potentioribus ciuitatibus iugum proijciendi, & ſe in libertatem vindicandi; verùm quoad ille ſuperfuit, ad rebellionem ſpectabant, ſed clam non aperte. vbi verò ipſe naturæ conceſſit, & eius frater Conſtantinus negligenter & ſegniter imperabat, illiſque tantum rebus addictus erat, quas oratio ſuperior perſequuta eſt, alijs omnibus neglectis, ſecuritatem adepti Saraceni, & arces vrbibus impoſitas euerterunt occiſis cuſtodibus, & præcipue Berrææ princeps, quem Chalep vocant, crebras excurſiones facere, & Antiochiam vexare, & finitimas gentes, & propinquas & Romanis ſubiectas. aduerſus quē Spõdyles Antiochię vt diximus, pfectus, cũ exercitu proficiſcitur, quũ adhuc ſuperſtes eſſet Cõſtantinus, cupiens videlicet ſtrenuũ & generoſum aliquod facinus pficere, congreſſusq; cũ Berręę duce ſuperatur, multaq; eorũ, qui cũ ipſo erãt, fit cædes, ipſe turpiſſimè fugiẽs Antiochiam ſe recipit incolumis, quẽ ſtratagemate quidã Arabs

BB Muſa-

Muſaraph cognomẽto decepit ad hũc modũ. hic.n. Muſaraph bello Argyri captus Antiochiæ, detinebat ſiquidẽ deſiderio Argyri, poſtquã Imperij habenæ ad Spondilẽ deciderant, quũ cognouiſſet hominẽ inconſtantẽ pollicitus eſt ſe Romanis plurimo vſui fore, ſi vinculis ſolueret, & omnia quæ cogitaret ad exitum poſſe perducere. nam & nationem ſuam vexaturam pollicebatur, & locũ oſtendens, ſi arx ibi conſtructa ſibi traderetur, haud mediocriter Romanis id profuturum, cuius fraudes non intelligens Spondiles, & ipſum à carceribus dimiſit, & arcem conſtruxit, vt iuſſerat, ipſique eius cuſtodiam commiſit, mille Romanis cuſtodibus ibi impoſitis. Muſaraph autem, nactus quam optauerat occaſionem, clàm cum Tripolis Amera, & Tiſber primo Ægypti prætore collocutus accepto ab ipſo miſſo exercitu & mille illos interficit, & arcem ei tradit. atque ex eo tempore non deſtiterunt Saraceni, ex ſuperiore parte irruentes vexare loca Romanis ſubiecta, atque vaſtare. verùm hunc Romanus magiſtratu abdicat, miſſo ipſi ſucceſſore Conſtantino ſibi ob ſororem affine Carantino, comparauit etiam ſe vt à tergo inſequẽs ipſe quoque aduerſus Saracenos proficiſceretur. quumque iam ad Philomilium perueniſſet, acceſſerunt ad eum legati ex Berræa, cum plurimis donis, petentes veniam, & vt priſtinam ſuam ſeruitutem ne reijceret, pollicentes annua ſe æquo animo tributa ſoluturos: quũ autem multi ſtrenui milites ipſum hortarentur vt eorum petitioni conſentiret, quorum vnus erat Ioannes Chaldus patricius, & ne in Syriam cum exercitu proficiſceretur æſtiuo tempore quo Regio illa aquarum penuria maxime laborat, & Arabum natio eiuſmodi eſt, cui reſiſti nequit, quippe quum aſſueta ſit fortiter ferre ſolitos æſtus, & calores maximos regionis, Romani autem toti armati haud facilè ferre poſſint æſtum, nulla ille huius conſilij habita ratione, verùm proxima ſuperiorum Imperatorum exempla, qui præclare ſe geſſerant, conſiderant, ac ſtudens ipſe quoque glorioſum aliquod facinus edere, in Syriam proficiſcitur, & poſitis ad quoddam oppidum caſtris, rei euentum ſpeculabatur. Ibique in tabernaculo ſuo commorans excubitorum præfectum Patricium Leonem Chiroſphacten cum ſua legione ſpeculatum miſit, an aliqui Arabes inuaderent, & vbinam expediret caſtra ponere. Sed illum ij, qui collocati in inſidijs erant, & interiecta loca obſeruabant Arabes nacti opportunitatem temporis, repente adorti detinuerunt, & exercitum, qui cum eo erat, diſſiparunt, eò autem audaciæ progreſſi ſunt & impudentiæ, vt palam Romanos impedirent, quo minus pabulatum irent, & alia neceſſaria collectum, ſed multo magis ipſos aquarum penuria vexabat, oppreſſi enim Romani & eorum equitatus, atque iumenta præ ſitis neceſſitate in aperta ſe conijciebant pericula, & capti inſuper peribant. Tunc etiam Conſtantinus Patricius Dalaſſenus, qui miſſus fuerat, vt Arabes impediret, & ſtrenuum, ac generoſum aliquod facinus ederet, cum ipſis congreſ-

Digitized by Google

congreſſus turpiter fugiens, magna perturbatione, & confuſione Romanorum caſtra compleuit, & Imperatorem ipſum: quum enim perturbatus rediiſſet, & omnem exercitum perturbatione compleſſet, & dedecore; non amplius de pugna ſermo habebatur. ſed vnus quiſque prout poterat, ſibi ſalutem quærere ſtudebat. igitur propoſita re in conſultationem viſum eſt mane, diſſoluto vallo Antiochiam reuerti, & decima Auguſti menſis indictione.13.anno. 6538. ſecundum captum conſilium, apertis caſtrorum portis vndique iter Antiochiam verſus ſuſceperant; plures quidem alui fluxu laborantes, reliqui verò præ ſiti quaſi putrefacti, in quos e caſtris egreſſos impetu quodam inuadunt Arabes. quumque nullo modo ſuſtinuiſſent eorum impetum, maxime horribilis ſtrages editur, & alij ſe ſe mutuo conculcantes peribant, alij viui capiebantur. Tunc non iniucundum quid auditu accidit. quum enim ex ducibus illis, qui ob virtutem nominabantur atque militibus nemo periculum ſuſtinere auderet, verum turpiter fugerent ſinguli, quidam ex regijs cubicularijs Eunuchus ſua videns auferri impedimenta ſuoſque famulos, iniquo animo id ferens, equo huc atque illuc concitato, vehementi impetu in Saracenos inuadit, & intento arcu vnum percutit, alios autem fugat, ſuiſque rebus receptis lætus reuerſus eſt. Imperator autem, qui parum abfuit, quin caperetur, Antiochiam incolumis peruenit, ſtrenue decertantibus regijs ſodalitatibus, ſeque & ſuum Imperatorem ſeruantibus. Tunc Georgium Maniaci prætorem Regionis Teluchi, Arabes octingenti ſuperbia elati ob cladem illatam reuerſi, quum ad eum perueniſſent, quàm celerrimè cedere hortabantur, & vrbem relinquere Imperatore capto, & omni Romano exercitu funditus deleto, neúe ſe in apertum periculum committeret; nam ſtatim vbi dies illuxerit, & ipſum & omnes ſuos circumuentos miſerabiliter perituros. ille verò quum ſimulaſſet ſe illud conſilium capturum, & imperata facturum, miſſis ad ipſos cibarijs & poculis, quantum ſatis videretur, reficere & recreare ſe eos iuſſit, quod diluculo ipſe cum ſuis diſceſſurus eſſet, & eos vrbis Teluchi dominos conſtituturus, omniumque Romanorum rerum: illi autem & verbis & rebus decepti, opinatique cras omnia recepturos: comeſſationibus & compotationibus dediti omni ſecuritate, omnique ſemota cura pernoctabant, ipſe verò ad mediam noctem in eos vino ebrios, & inconſiderate ſomno oppreſſos inuadit. omneſque ad vnum occidit. cepit autem ducentos octoginta Camelos onuſtas plenas omnis generis bonis Romanorum, nareſque & aures eorum qui occiderant amputatas attulit in Cappadociam Imperatori, qui iam à fuga ſeruatus incolumis ad Phocæ domum peruenerat, ibique commorabatur, quem Imperator ob id facinus collaudatum inferioris Mediæ Præfectum iuſſit eſſe. profectuſque ex Syria domeſticum ſcholarum, id eſt, præfectum cohortium creat Symeonem ſoceri Conſtantini famulum, ducem autem Antiochiæ Nicetam ex Miſthia. his præcepit pro viribus vt

Digitized by Google

tentarent oppidum à Muſaraph conditum, cui Menicus nomen, num forte poſſent Syriam ab excurſionibus Muſaraph liberare. qui quum inepte ac ſtulte aggreſſi fuiſſent oppugnationem, noctu Muſaraph ex oppido erumpens, & elepolis incendit, & ipſos inde turpiter reiecit. quod audiens Imperator neq; æquo animo cõtumeliam ferens, Theoctiſtum Protoſpatharium vnum ex ſuis fideliſſimis miniſtris, & magnum ſodalitatis præfectum, cum frequentibus copijs tum Romanorum, tum aliarum gentium in Syriam mittit, ducem ipſum cum ſummo Imperio conſtituens, iubensq; vt cum Pinzarach tripolis Amera cõiunctus regionem Arabum vexaret. hic enim Pinzarach, de quo loquimur, ob quamdam offenſionem paulo ante ab Ægyptiorum Amermũne deficiens, contra ipſum arma ceperat. quumque Ægyptiorum Turcorum ſummus dux Tuſper præfectum ſuarum legionum cum idonea manu ad ipſius Pinzarach euerſionem miſiſſet, vt ipſe ſenſit nõ idoneum eſſe ſe, qui per ſe ipſe cum Ægyptiorum copijs congrederetur, ad Imperatorem Romanorum confugiens fœdus & ſocietatem petit, cuius petitionem haud aſpernatus Imperator, Theoctiſtum cum idonea manu miſit, iuſſum ſocietatem cum Pinzarach inire, & ſtatim oppidum aggredi. qui profectus & cum Pinzarach coniunctus, opus aggreſſus eſt, & Ægyptiorum ſummus dux Tuſper repentino aduentu, & copiarum numero perculſus domum redijt, ac ne Muſaraph quidem hoſtium impetum ſuſtinuit, ſed omiſſo Menico fugit, & ad fines Tripolis comprehenſus interemptus eſt. & qui cum Theoctiſto erant acceperunt oppidum ipſum Menicum ſibi traditum à fratris Muſaraph filio, & alterum oppidum quidẽ in quadam rupe ſitum, Argyrocaſtrum nomine. His ita cõpoſitis rebus Theoctiſtus Conſtantinopolim ingreſſus eſt ſecum adducens Alach, ipſius Pinzarach filiũ, quem Patriciatus dignitate honeſtandum curauit Imperator. poſtea venit etiã Pinzarach deductus, & à ſatellitibus præfecti Antiochiæ Nicetæ Ecmiſtæ ſtipatus, quem Imperator benigne acceptum doniſq; & beneficijs haud mediocribus liberaliter tractatum domum lætum remiſit. redemit item Chiroſpactem captiuum, ſuiſq; eam reddidit. quũ autem Protoſpatharius Oreſtes, quem à Baſilio Imperatore in Siciliam miſſum ſuperius diximus, in bellicis rebus non ſatis perite, ſe gereret, & incaute res aggrederetur, Saraceni ex Sicilia obſeruato idoneo tempore, & repente adorti Romanos, qui iam præ delitijs alui profluuio laborabant, haud mediocrem ſtragem edidere. acceptam autem cladem reſarcire ſtudens Imperator, coactas idoneas copias, ex Græcia, & Macedonia, in Italiam miſit; tametſi nihil præclari perficere potuit ſimplicitate, & inertia ducis exercitus. hoc anno. 6539. Indictione quarta decima, etiã Pruſianus libẽs monachus detondetur. & mater eius ex Mantaneo monaſterij in Bucellario, ad Thracenſes transfertur, & Conſtantinus Patricius Diogenes è turri eiectus in Monaſterio ſtudij, monachus factus, tondetur. Romanus autem Imperator emptam domum Triacontaphillo in Monaſterium redegit Dominæ Noſtræ

Dei Ge-

Digitized by Google

Dei Genitrici dicatum, nullo ſumptui parcens, hac tamen ſpecie non mediocriter ſubiectum ſibi populum exhauriens & vexans, in comportandis lapidibus, & alijs rebus, exornanda etiam columnarum capita magni templi, & ſanctiſſimæ Dei Genitricis Blachernarum auro & argento curat. quumq; eſſet conditurus altare Blachernarum, repperit ſuſpenſam antiquam imaginem, quam reuocari præcepit, conſpicatusq; combuſtum muri linimentum, deſtrui & nouũ fieri iuſſit, deſtructoq; linimento inuenta eſt imago ſubtus picta tabella Dei Genitricis in ſinu continentis dominum & Deum noſtrum, quæ immaculata permanſerat à diebus Copronymi vſque ad præſentem diem, elapſis annis trecentis; anno autem. 6540. indictione quinta decima, menſe Septembri, ad Imperatorem Romanũ, multis cum muneribus acceſſit, Chalepiti filius Amer; petens renouari pacem, pollicensq;, ſe ſe ſuperiora tributa ſoluturum. mittitur igitur Theophilactus protoſpatharius Athenienſis, qui fœdera confirmauit, & ſocietatis fœdus cum Chalepitis percuſſit: Zoe autem regina poſt exultationẽ ſacroſanctę crucis repente profecta ad Petrium, ſororem ſuam Theodoram monacham totondit. aſſerens fieri non poſſe aliter, vt ceſſarent inſidiæ, & ſcandala: ſuam quoque neptem Imperator Romanus multa cum dote in matrimonium magnæ Armeniæ Principi collocauit. quumque iterum in Syriam cum ęxercitu inuaſurus eſſet Imperator, profectus eſt ad Meſanacta: vbi quum commoraretur, Reginæ Zoe per Theophanem Theſſalonicenſem indicatur, Conſtantinum Diogenem, conſpiratione facta cum eius ſorore Theodora, ad Illiricum fugam meditari, conſcio Metropolitano Dyrrachij, & Epiſcopo Peritheorio. ſtatimq; corripiuntur, & Epiſcopi & ipſe Diogenes; & Conſtantinus examinatus in Palatio Blachernarum per Ioannem præpoſitum, qui poſtea fuit pupillorum curator, & Michaelis Imperatoris frater, ſe ipſum de muro præcipitans fracta ceruice mortuus eſt. & cum ijs, qui ſibi mortem conſciſcunt proiectus. Epiſcopi vero ad Imperatorem in Meſanacta miſſi liberati ſunt, vigeſima autem octaua Iulij menſis, ſexta die, hora ſecunda noctis, effuſa eſt ſtella à meridie ad Septentrionem, quæ omnem terram illuſtrauit, ac paulo poſt nuntiãtur infortunia, quæ Romanos inualerant, Arabes Meſopotamiam vſque ad Melitenem, deprædati Pazzinacæ Iſtrum tranſgreſſi Myſiam male vexaſſe, Saraceniq; excurſionem feciſſe in maritima Illyrici vſque ad Corcyram, ipſámq; incendiſſe; verum alij illæſi domum reuerterunt, Saraceni verò à Rhauſæis, & prætore Naupliorum Nicephoro Patricio Caranteni filio detrimenti nonnihil accepere, debellati pluribus amiſſis nauigijs, quique ſeruati fuerant, occiſis Romanis, quos captiuos habebant, dum domum redeunt, in naufragrium incidentes circum mare ſiculum periere. Hoc autem anno & fames & peſtis Cappadociam peruaſit, Paphlagoniam, Armeniam, & Honoridem, ita vt etiam ipſarum regionum incolæ patria relicta, alio migrare contenderent. quibus Imperator à Meſanactis ad Regiã vrbem reuertens, obuiam factus, cauſam commigra-

migrationis haud ignorans, reuerti domum eos coegit, auro & alijs ad victum neceſſarijs adiuuans. Michael quoque eo tempore Ancyræ Eccleſiæ gubernaculum tenens, virtute digna edidit facinora, nulli rei parcens eorum, quæ ad remedium peſtis ac famis pertinerent. tertiadecima autem Auguſti menſis die Dominica hora prima noctis anno. 6541. fuit terræ magnus motus, & ingreſſus eſt regiam vrbem Imperator, defunctaque vita ſua priſtina vxore Helena
Nota. pro ea ingentes pecunias diſtribuit. Hoc autem anno vigeſima octaua Februarij menſis, ſtella pertranſijt à Borea ad meridiem cum ſonitu ac ſtrepitu, apparuitque vſque ad quintam decimam Martij arcum ſuperne habens, & Martij ſexta die hora tertia fuit motus terræ. & hoc tempore Afri Saraceni egreſſi ſunt cum mille nauibus, & decem millibus bellicoſorum hominum, qui plurimum inſulas & loca maritima vexarunt: quorum cum quadam parte congreſſus Nicephorus Carantinus eos profligauit, & quingentos Saracenos vinctos Imperatori miſit. Hoc anno etiam Georgius Protoſpatharius Maniaces Gudelij Maniacę filius prætor earum vrbium, quæ ſunt ad Euphratem, & in Samoſato degens, vrbem Edeſſam ad Oſroenem tentauit. hanc enim ſibi commiſſam, quũ Salamanes Turcus teneret, ab Amera Martyropolis, muneribus & pollicitationibus honoribuſque corruptus, eam intempeſta nocte Maniacę tradit, qui tribus turribus longe munitiſſimis occupatis alacriter oppugnãtes propulſabat, extrinſecus auxilium inuocans. Apomerbanes autem Miephercim Ameras captam vrbem quum didiciſſet, repente cum exercitu haud mediocri aduenìens aggreſſus eſt turres oppugnare. Sed quum fortiter Georgius ſuſtineret, & reſiſteret, neſciens ille quidnam factu opus eſſet, vaſtatis pulcherrimis ædificijs, & corrupto vrbis ornatu, & ipſius magni Templi, camelisq; pulcherrimis quibusq; rebus impoſitis, reliquis igne ſuccenſis in Martyropolim ſe recepit: ſecuritatemque adeptus Maniaces arcem in media vrbe ſitam, in petra excelſa poſitam occupauit. accerſitoque extrinſecus exercitu tuto vrbem tenuit, quumque inueniſſet propria Domini Noſtri Ieſu Chriſti manu
Nota. ſcriptam epiſtolam ad Abagarum miſſam, Imperatori Byzantium miſit. Quũ autem Axius Ægyptius furore correptus multa detrimenta Chriſtianis intuliſſet, euertiſſetque Templum Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti in Hieroſolymis, deinde ipſe quoque turpiſſime vitam finiſſet, ipſius filius è Romana quadam muliere captiua natus conceſſit ijs, qui vellent, templum ædificare. quod Imperator ſtudioſe conſtruere feſtinabat, ſed mors, quæ illum occupauit, quo minus id faceret, prohibuit, & ſucceſſor illius Michael opus ad exitum perduxit, & Magiſter Baſilius ob ſororem affinis Imperatoris, Sclerus à Conſtantino luminibus orbatus, quòd eſſet inconſtanti, & varia mente præditus, quamuis eo honore affectus eſſet, vt magiſter eſſet, & plurima à Romano beneficia accepiſſet, attamen ipſi molitur inſidias, verùm deprehenſus eijcitur è ciuitate cum vxore. Miſit autem ab Edeſſa Maniaces Imperatori annuum tributum, libras

quinqua-

quinquaginta.Et Tripolis Ameras Pinzarach detentus ab Ægyptijs,quum fu-
giſſet,ad regiam vrbem peruenit, quem Imperator rurſus cum plurimis copijs
cum ſodalium præfecto Theoctiſto in Syriam miſit.miſit item cum claſſe Pro-
toſpatharium Tecneam ex Abydo in Ægyptum, vt Oſtia Nili vbicumque poſ
ſet vexaret,ipſamque Alexandriam;qui recto curſu nauigans, quum vſque ad
ipſam Alexandriam claſſem appuliſſet, & nauigia plurima ſubegit, & præ-
dam ingentem adeptus illæſus reuerſus eſt.tradidit item oppidum nomine Per
crin, qui ipſum tenebat Saracenus Alim, proxime Babylona ſitum Romano-
rum Imperatori,in ſpem adductus fore vt Patricius creatus,alia quam plurima
præmia conſequeretur,miſſo filio qui ea de re cum Imperatore colloqueretur,
& oppidum quidem acceperat Patricius Nicolaus Bulgarus cognomēto Chry-
ſelius.Saraceni autem filius Byzantium ingreſſus,& propterea quod morbo la
boraret Imperator,neglectus,iracundia percitus reuerſus eſt, perſuaſitq; paren
ti vt proprium oppidum recuperaret,qui clam cum finitimis Perſis inita ſocie-
tate,& noctu oppidum furatus eſt, & ſex millia hominum bellicoſorum occi-
dit,ſegnitie & negligentia Chryſelij,qui oppidum ipſum tenebat. verùm pau-
lo poſt Patricius Nicetas Pigonites, miſſus eo præfectus continua adhibita op-
pugnatione cum Rhoxolanis, & alio reliquo Romano exercitu, & oppidum
per vim cepit, & Alim cum filio occidit. Tunc etiā Alda Georgij Abaſgi vxor
ab Alanis oriunda ad Imperatorem ſe contulit, tradito munitiſſimo oppido
Anacuphia, cuius filium Demetrium Imperator magiſtrorum dignitate exor-
nandum cenſuit. Erexit trophæum rurſus de Saracenis, qui prædatum egreſſi
fuerant, Carantinus,& vinctos ſexcentos Saracenos Imperatori miſit: hoc an-
no.1642. decima ſeptima Februarij menſis, quum motus terræ fuiſſet, Syriæ
vrbes male vexatę ſunt,& Oreſte Magiſtratu abdicato,Leo cognomento Opos
mittitur in Italiam, vt pedeſtris exercitus dux eſſet:Ioannes autem maritimi, v-
nus ex cubicularijs Baſilij Imperatoris. quum autem locuſta diutius Orientis
regiones vaſtaret,coacti ſunt incolæ venditis etiā filijs in Thraciā migrare,qui Nota.
bus ſingulis tribus numis traditis Imperator parauit reditū domū,quoad locu
ſta vento vehementi ſublata in Helleſponti pelagus decidēs perēpta eſt,& ad li-
tus eiecta maritimā arenā cooperuit. Imperator āt aquarū ductus condidit,per
quos vbi aquā adduceret, & caſtella quæ ipſum exciperent, & hoſpitū vbi mu
tilati alerētur, itidem hoſpitium pupillorum & omnia hoſpitum receptacula,
quæ terræmotus labefactarat,inſtaurauit. & prorſus omnium laudabilium re-
rum rationem habuit. Sed diutino morbo percuſſus eſt, quo & barba & capil
li ei defluxere: veneno confectus,vt aiunt à Ioanne, qui poſtea pupillorum cu-
rator fuit.hic enim Ioannes quum ante Imperium Romano miniſtraſſet,& Ro
manus ipſe recens adeptus eſſet Imperium, magnam potentiam conſequutus
eſt.erant alij fratres Michael Nicetas,& Conſtantinus,& Georgius,ſed ipſe Ioā-
nes & Conſtantinus & Georgius erant Eunuchi, qui præſtigia exercebant, ve-
rùm

Digitized by Google

rùm Nicetas virilibus membris prædìtus erat, iamq; primam pubem edebat. Michael verò quum iam ad virilem ætatem perueniſſet, maxime decorus erat ore, & ambo mummularij erant, & argentum adulterinum cudebant. hos omnes Imperatori per Ioannem conciliatos fortuna indicans ipſorum futuram potentiam, ſemper ad maiora extollebat: nam & alij inter eos aſcribebantur, qui diuerſos magiſtratus gererēt, & Michael ab Imperatore creatus fuerat, princeps, Panthei. huius amore inſano & execrabili capta Regina, occulte cum ipſo in tenebris commiſcebatur, & idcirco aiunt diuturno veneno confectum Imperatorem morbo ſanè moleſto paulatim conſumptum idoneum tempus inquirente Regina, quo & regem ſine ſuſpicione è medio tolleret, & Michaelem ad regiam ſedem perduceret. quare veneno, vt dictum eſt, non eiuſmodi, quod celerem mortem afferret, ſed ſenſim ac tarde interficeret, confectus, miſerabilem & cruciatus plenam exhauriebat vitam, in lecto decumbens, & toto animo mortem inuocans, peruenit ad vndecimam diem Menſis Aprilis indictione ſecunda anno. 6542. tunc die illa ſancta magna, quinta hebdomadæ, quum ſtipendia ſenatoribus perſoluiſſet, cuperetque in balneo magni palatij lauari, in ipſum ingreſſus miſerabiliter ſtrangulatur ab ijs, qui cum Michaele erant, in piſcina balnei, quum regnaſſet annos quinque menſes ſex. Hac nocte quum ſancta Chriſti tormenta canerentur, accerſitur Alexius Patriarcha ab Imperatore, vt cito ſe ad palatium conferat. qui quum præſto fuiſſet, repperit mortuum Imperatorem Romanum. illato autem triclinio in ſuggeſto ſedens Zoe educit Michaelem, & Patriarcham coegit ipſum ſecum conſecrare. qui verbis illius obſtupefactus obmutuit, & benedictionem anceps differebat. verùm Ioannes cum Zoe, quinquaginta auri libris Patriarchæ, & quinquaginta Clero traditis, effecit vt dignos eos putaret, quos conſecraret. Romanus autem Imperator, vt diximus, interemptus, in monaſterio à ſe recens condito illuſtri ſepelitur, ipſo magno paraſceues die. Zoe autem Michaelem in regio Throno à ſe collocatum exiſtimauit ſe pro viro & Imperatore ſeruum ac miniſtrum habiturum: & iam patrijs Eunuchis in palatium introductis: ſtrenue aggrediebatur publica munera. verùm omnia ei aperte præter ſpem ſucceſſere, & contra ſententiam: nam Imperatoris frater Ioannes vir ſtrenuus, & rerum peritus, ſimulatque in regiam ingreſſus eſt, fratri metuens, Reginæ Eunuchos à palatio amouendos curat, & fideliſſimas illius ancillas eijcit, & mulieres ſibi cognatione propinquas cuſtodes imponit Reginæ, & nulla res aut parua aut magna gerebatur, niſi eo volente. & prorſus ab omnibus illa prohibebatur, ac ne balneum quidem attingebat, niſi ipſe permiſiſſet: & omnis prorſus animi oblectatio ei adempta fuerat. omnibus autem rebus domi compoſitis, litteras in omnem orbem terrarum mittit, quæ omnibus indicarent Romanum Imperatorem naturæ conceſſiſſe. & Imperatorem declaratum eſſe Michaelem adhuc eo viuēte & iubente. & cū Regina matrimonio copulatum eſſe, quibus omnes

alij

Digitized by Google

alij conſenſere, & bonis ominibus ac laudibus nouum Imperatorem extolle bant. ſolus autem Conſtantinus Patricius Dalaſſenus domi degens haud æqu animo famá tulit: immo ei moleſtiá exhibebant, quæ diuulgabantur, & admira batur, qũo plurimis probris hominibus nobili loco natis & illuſtri genere, vilis & triobolaris ante latus eſſet omnibus. quo audito Ioannes, vehementer, vt par erat perturbatus eſt, & non mediocri ſolicitudine affectus. meditabatur autẽ & cogitabat, qũo hunc quoq; virum intra ſuam ſagenam includeret. mittitur igi tur ad ipſum Eunuchorum vnus Ergodotes nomine, idoneus ad huiuſcemodi munera abeunda, vt dato acceptoq; iureiurãdo hominẽ ad Imperatorẽ adduce ret, & ille quidem ad Dalaſſenum proficiſcitur: Ioannes autem & ſenatum ſibi conciliabat & populum, & omnium beneuolentiam ſibi ſtudebat comparare; honorum gradibus ſenatus principes extollẽs, donis ac beneficijs populum de liniens atq; ſibi deuinciens, & omnino fratri ſubiectum populum amicum red dens. non placuiſſe autem Deo, quæ fierent, ſtatim ex ipſis exordijs perſpicue demonſtratum eſt. vndecima enim hora ſanctæ & magnæ Dominicæ, decidit intolerabilis & violenta grando, adeo vt confringerentur nõ ſolum arbores fru ctuoſæ & infructuoſæ, ſed etiam domus corruerent & templa vſque ad ſolũ, & ſegetes & vites: quare hoc ipſo tempore magna fuit oĩum frugum & fructuum inopia: ſtella item effuſa eſt dñica die poſt paſcha hora circiter tertia noctis, quę ſplendore ſuo alias omnes ſtellas ita occultauit, vt multis videretur ſol exortus eſſe. Captus eſt etiam Imperator dæmoniaco morbo, quem ij; qui apud ipſum erant, furioſum morbum vocabant, quo vſq; ad vitæ finem laborauit, neque à diuina virtute neq; à medicis illo impetrato remedio, ſed miſerabiliter diſtẽtus & tortus. quum autem nuper Ergodotes ad Dalaſſenum perueniſſet, credere ipſe iureiurando, & cum ipſo abire Byzãtium noluit, ſed miſſo quodam è ſuis fideliſſimis, & arctius iuſiurandum petijt, nihil ſe detrimenti accepturũ, & itu rum pollicitus eſt. mittitur igitur Conſtantinus Phagizzes, Eunuchus vir Pa phlago, & familiaris Imperatoris, ſecum adducens ſancta ligna, & ſanctá effigiẽ, & epiſtolam propria manu dñi & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ad Abagarũ ſcri ptá, & imaginẽ ſanctiſſimæ Dei genitricis. & ille profectus dato Conſtantino iu reiurando, & ab eo accepto, cum ipſo Byzantium peruenit. quẽ venientẽ beni gne excepit Imperator, & Cõſulẽ creatũ donis maximis proſequutus ſine metu & quiete domi ſuæ ad Tacyrũ ſitæ iuſſit degere. Hoc itẽ tpe accidit alia res quę dã memoria digna, †Frãcorũ, qui in hybernis diſtributi erant, in regione Thra cenſiũ, mulierẽ quidã quum in ſolicitudine comperiſſet, eã de ſturpo cõpella uit. ſed vbi nõ potuit adducere vt ſibi obſequeretur, vim intulit. at illa diſtricto viri Acinace Barbarũ in corde pcuſſum ſtatim occidit. req; in omni propinqua regione diuulgata, coacti Barangi, & mulierẽ corona donant, traditis ei oĩbus illius à quo violata fuerat bonis, & illum inſepultum proijciunt ſecundũ eorũ, legem, qui ſibi violentas manus afferunt. exercitus autem locuſtarum, vt iam

† al. Barangorum.

ante diximus quū in Maritima Helleſponti arena periȷſſet, ſtatim ſponte iterū exortus, maritimā item Helleſpontum vaſtabat, & totū trienniū perſeuerauit Thracenſiū regionē vexare. quumq; ad Pergamū perueniſſet, ibi interijt, quum prius quidā ex ijs, qui miniſtrabant Epiſcopo cōſpexiſſet viſum non in ſomnis ſed vigilās, exiſtimabat. n. videre ſe Eunuchū quemdā alba veſte indutū, forma ſplēdentē, qui tribus apud ſe ſaccis appoſitis iuſſus fuerat vnū euacuare deinde alterū, poſtremo tertiū, qui quū feciſſet, quod iuſſus fuerat, primus ſerpentes, & ſcorpiones eiecit, alter rubetas, & aſpides, & baſiliſcos, & ceraſtas & alia id gene ris venenata animalia. Tertius aūt Scarabęos & culices, & veſpes, & quędā alia, q̄ in poſteriore parte geſtāt aculeū, & ille quidem pp id quod viderat, mutus erat, ac ſplendidus ille vir, quū ad ſe ipſum accerſiret, hæc inquit aduenere, & aduenient in vos, pp violata Dei iuſſa & nefariū facinus cōmiſſum in Imperatorēm Romanū, & in eius cubile. & hæc ita euenēre. Michael aūt Imperator dęmoniaco morbo vexatus, & alioqui ad res adminiſtrandas ſegnis & hebes habitu & noīe Imperator erat, ſed oēs tū ciuiles tū militares res in poteſtate Ioānis erant. ſtatim igitur declarat Nicetā fratrē ſuū Antiochiæ ducē, qui quū eo abijſſet, nō permiſerunt Antiochenſes eū ingredi vrbē, nam paulo ante quidā tributorum exactor Salibas cognomento, cui res illorū cōmiſſæ fuerant, quū acerbū ſe hominibus præbuiſſet, ab Antiochenſi populo interficitur. Igitur propter illius cædē veriti, ne quid eiuſmodi ſuſtinerent, cui remediū adhiberi nō poſſet, Antiochenſes Nicetæ aditū interclusēre. verū quū iureiurando ipſe affirmaſſet malorū obliuionē fore, & nihil quempiā detrimenti accepturū ob Salibæ cędē, aditū concedunt, qui occupata vrbe & rerū potitus parū vel nihil potius iuſiurandū curant, circiter centū hoīes interficit, amputatis capitibus vel in crucē ipſis actis. vndecim āt principes ditiſſimos viros, & gñe claros vinctos, quorū principes erat patricius Elpidus, Byzantiū mittit, ſcriptis ad Ioannē fratrē litteris, nō pp Salibæ cædē prohibitū ſe fuiſſe ingredi vrbē, ſed pp beneuolentiā erga Dalaſſenū, Hoc ſuſpicionis illius, in quā ante venerat Ioāni Dalaſſenus, ſcintilla fuit, quæ in flammā accenſa eſt, ſtatimq; in regiā adducitur. Et tertia Auguſti menſis ſecunda indictione in latā Inſulā relegatur, & in quadā Turri includitur, ēt gener ipſius Conſtantinus ducas, quia conquerebatur iniuriā, & iuſiurandū violatū redarguebat Deū obteſtatus. ob ipſum quoq; detrimenio affecti ſunt tres viri ex Aſia minore nobiles ac diuites, Gudeles, Baianus, & is qui Probatas dicebatur, publicatis ipſorū bonis, & Cōſtātino Imperatoris fratri attributis. Tunc ēt Symeon protoueſtiarius vnus ex famulis Cōſtantini Imperatoris, qđ improbaret ea, q̄ fierent, & iniuriā Dalaſſeni, & iuſiurandum violatum redargueret, è regia atque adeo ex vrbe eijcitur, qui quum ad Olympum perueniſſet, capillos abiecit detōſus in monaſterio à ſe recens conſtructo. Hoc eodem anno præ terræ motu Hyeroſolyma male affecta ſunt, pluresque homines & in ſuis domibus, & in Templorum ruinis perierunt, quum terra ad quadraginta vſque dies

Digitized by Google

dies concuteretur, menſe autem Septembri anno. 6543. indictione tertia, ignis columna apparuit ad Orientem ferens caput inclinatum ad meridiem, quibus diebus Saraceni, Myra ceperunt: expulerunt etiam Berriǫi & Chalepitæ miſſum ſibi ab Imperatore Romano præſidem: & Pancratius Abaſgius Romanum Imperatorem videlicet vlciſcens vt ſuæ vxoris patruum, & pacem erga Romanos recuſauit, & paulo ante träditas arces, & oppida omnia recuperauit: & Pazzinacæ transmiſſo Iſtro oẽm Myſiá vſq; ad Theſſalonicá deprædati ſunt, & Aphrorum naues Cycladas haud mediocriter vexarunt, quarum rerũ nulla cura erat, vt dicitur, Ioanni, ſed in eo dum taxat occupatus erat, quemadmodum Dalaſſenus tuto ſeruaretur, neq; clam ſua retia effugeret, & à lata inſula tranſlatum in Turri munita ipſum concludit impoſitis ipſi haud ignobilibus cuſtodibus. Accerſit autẽ ex Edeſſa Georgium Patricium Maniacem, mittitq; vt ſuperiori Mediæ, vt Aſpracaniẹ dñetur. In Edeſſam verò Leonem Leprendenum mittit. quũ aũt vlcus os pupillorũ curatoris depaſceretur, omni arte medica iá defatigata, in ſomnis ſibi apparens magnus ob miracula Nicolaus, ad Myrá primo quoq; tpe eum iuſſit accedere, quia ibi remedium conſequuturus eſſet. qui quum dicto citius eo ſe contuliſſet, & vnguentis, alijsq; ſumptuoſis rebus magnum Dei templũ ornaſſet, & munitiſſimo muro Myræorum vrbem cinxiſſet, remedium conſequutus redijt ſanus. Quum aũt Nicetas prætor Antiochiæ Syriæ vita functus eſſet, alter fratrũ Conſtantinus ei ſuccedit, Georgius reliquus fit protoueſtiarius, quũ Symeon vt diximus monaſticũ habitũ indutus eſſet, & Imperator Antiochenſes à diuturnis vinculis, in quibus detinebant̃ liberat, euecto ad Cæſaris dignitatẽ Michaele ſuæ ſororis Mariẹ filio, deflere aũt peccatũ in Romanum Imperatorẽ vſq; ad vitæ exitũ perſeuerauit, Deũ bonis operibus placans, & pauperibus bona diſtribuens, & noua monaſteria conſtruens, ibiq; monachos collocans, & alia laudabilia pficiens, quæ non irrita fuiſſent, ſi ſe Imperio abdicaſſet, cuius cauſa tot mala acciderant, & adultera repudiata ſecũ ſuum peccatũ defleuiſſet. ſed quũ horũ nihil feciſſet, verũ & cũ adultera habitaret, & imperiũ prorſus retineret, & ex cõmunibus & publicis bonis ea faceret q̃ benefacta videbantur, tum veniá cõſequi ratus, exiſtimabat Deũ fatuũ & iniuſtũ, alienis pecunijs pœnitentiam vendentem: anno autem. 6543. indictione tertia, Maio menſe, Afri & Siculi excurſione facta in Cycladas inſulas & maritima loca, Thracenſis regionis, ad extremum debellati ſunt à cuſtodibus locorum: & quingẽti viui ad Imperatorẽ adducti, reliqui omnes in crucẽ acti ſunt, ab Atramytio vſque ad Strobilum. mittit etiam legatũ in Syciliam Ioannes Georgium Probatá acturum de pace cum eiuſdem Inſulæ Amera. qui profectus & cũ Amera benigne collocutus acceptum eius filium in regiá vrbem perduxit; hoc tẽpore quũ fuiſſet terræ motus, hiatus in Bucellarijs aperti ſunt, & abſorpta quinq; integra oppida, parũq; abfuit, quin Nicephorus præſes Conſtantini Imperatoris Eunuchus ibi cõmorans periclitaretur. qui quũ periculũ effugiſſet, præter ſpẽ mona

Digitized by Google

chus in monaſterio ſtudij detonſus eſt, Apolaphar aũt Muhumet, Siciliæ princeps ſocietate cum Imperatore inita, etiam Magiſter creatus eſt. quum autem Apochaps contra ipſum arma ſumpſiſſet, oppreſſus ad Imperatoris auxilium confugit, mitliturq; cum exercitu in Longobardiam Symeon & Patricius Maniaces dux cum ſummo Imperio, atque cum ipſo claſſis præfectus Stephanus Patricius Imperatoris ob ſororem affinis. quum autem Saraceni Afri & Siculi cum nauigijs haud paucis excurſionem facerent in inſulas & maritima loca Cyberræotarum dux Conſtantinus Ochage, cum ipſis congreſſus cum ea claſſe, quam è ſuis locis contraxerat, eos vi profligauit, & quingentis captiuis Imperatori miſſis reliquos demerſit. Quum verò glacies intolerabilis fuiſſet, & concretus Iſter, Pazzinacæ eo tranſmiſſo haud mediocriter Myſiam, & Thraciam, vſque ad Macedoniam vexarunt. locuſtæ rurſus inuaſere Thracenſes, & fructus vaſtarunt. Anno autem. 6544. indictione quarta verno tempore quum in Romanos ter irruptionem feciſſet, funditus omnes in quos inciderant, delerunt, interficientes, quos ceperant, cuiuſcumque ætatis, & ſupplicijs eiuſmodi afficientes, quæ verbis exprimi non poſſunt, & quinque duces viuos cepere, Ioannem Dermocaitem, Bardam Pizzem, Leonem Chalcotubim, Conſtantinum Plerotum, & Michaelem Strabotricarim, obierunt diem ſuum Principes Rhos Neſiſthlabus, & Ieroſthlabus, & delectus fuit, qui ipſis Rhos imperaret, Angemes mortuorum Ziniſthlabus, & Seruia, quæ Romanorum Imperium detrectauerat, poſt mortem Romani Imperatoris, rurſus fœdus percuſſit. Amer autem Ægypti Amermumne vita functo vxor illius quę Chriſtiana erat ſimul cum filio ad Imperatorem de pace legatos mittit, cuius conſilium approbans Imperator fœdus cum ea triginta annorum perſuaſit. Decembri autem menſe indictione quinta, anno. 6545. octaua decima menſis hora circiter quarta noctis tres fuere Terrę motus, duo parui, vnus ingens. quũ autem Georgius Patricius Maniaces ex Edeſſa, vt diximus, accerſitus fuiſſet, & Leprendinus qui ibi præeſſet relictus, incolentes Meſopotamiam Arabes conſpiratione facta inuaſerunt Edeſſam, vrbemque oppugnabant, parumque abfuit quin caperetur, niſi Conſtantinus Imperatoris frater miſſo idoneo ex Antiochia auxilio ipſam præter ſpem liberaſſet. quum Imperator ob facinus illud collaudatum ſcholarum Orientis domeſticum, id eſt, præfectum cohortium creat. Eligitur quoque Nicomediæ Epiſcopus Antonius Paches Eunuchus genere Imperatoris propinquus, ſed nulla Epiſcopo digna virtute præditus, verum bouem taciturnitatis in lingua ferens. quumq; fuiſſet eiuſmodi ſiccitas, vt ne totis quidem ſex menſibus pluerit, ſupplicationes indixere Imperatoris fratres, & ſupplicantes ita procedebant, vt Ioannes ſanctum Mandylium ferret, magnus Domeſticus epiſtolam ad Abagarum, protoueſtiarius Georgius ſanctas faſcias: & pedites incedentes à magno palatio, ad templum Sanctiſſimæ Dei Genitricis Blachernarum ex altera item parte Patriarcha cum clero ſupplicauit:

Vel Rhoxolanorum.

Vel Rhoxolanis.

cauit: non ſolum non pluit, ſed immenſa grando de cœlo delapſa contriuit & arbores & tecta vrbis. Quumque frumenti inopia ciuitas laboraret, Ioannes emptam miſit à Peloponneſo & Græcia centum millia tritici, quibus ciuium penuriæ ſubuenit. Quum autem in Sicilia duo fratres diſſiderent, & Apoaphar ſuperaret, alter Aphricæ principem Vmer ſibi auxilio vocat, qui ſocietatem pollicetur, ſi modo locum aliquem in Sicilia occupare poſſit. quumque Siculus prompto animo hac in re annuiſſet, accedit, & congreſſus cum Apoaphar adhuc cunctante exercitu cum Georgio Patricio Maniace ad ſocietatem miſſo, eum vi ſuperatum profligat, qui ad Principem Longobardiæ confugiens Leonem Opum, ab eo petijt auxilium. & ille coacto ex finitimis locis exercitu in Siciliam tranſmittit: & ſæpe cum Aphrorum Principe congreſſus ac ſuperior eius intolerabiles conatus repreſſit. deinde quum cognouiſſet fratres percuſſo fœdere ſimul coniunctos in Romanos inuaſuros, rurſus in Italiam tranſit, captiuorum Romanorum circiter quindecim milibus in naues impoſitis, & in Italiam incolumibus delatis, & rurſus domum reuerſis. Igitur ſecuritatem nactus Chartaginenſis inuaſit Siciliam, & multa licentia ipſam vaſtabat, & Siciliæ res in hoc ſtatu erant. quum verò Ioannes ſupramodum Conſtantinopolis ſedem amaret, inita ſocietate Demetrius Ciziti, Antonius Nicomediæ, Sidę & Ancyræ germani fratres cum alijs Metropolitanis, conſilium cepere de abdicando Alexio, & pro ipſo Ioanne conſtituendo, ad quos Patriarcha Alexius cũ parte Eccleſiæ litteras in hanc ſententiam mittit: Quando, vt aſſeritis non ſuffragio Archiepiſcoporum, ſed Imperatoris iuſſu ad ſedem aſcendi, contra canonas, abdicentur ij quos ego Metropolitanos elegi, dum vndecim annis cum dimidio inſuper Eccleſiam gubernaui: anathemate etiam percutiantur Imperatores tres, quos ipſe coronaui, & ita cuilibet volenti ſede cedam: hoc nuntio accepto, qui cum Demetrio erant, & pudore ac metu perfuſi, plures enim ab ipſo delecti fuerant, quieſcere decreuerunt ac ſilere. & in reliquum Ioannes continuit obtinendæ ſedis appetitum. Anno autem. 6546. indictione ſexta, ſecunda die Nouembris hora circiter diei decima, & moueri terra perſeuerauit vſque ad totum Ianuarium menſem: fame item laboratum eſt in Thracia & Macedonia & Strimone & Theſſalonice, & vſq; in Theſſaliam: quumque clerici Theſſalonicenſes accuſaſſent Theophanem metropolitanum, vt qui detineret conſueta ipſorum cibaria, Imperator, qui Theſſalonicæ commorabatur, verbis ipſum blandis hortabatur, ne Eccleſiæ populum cibarijs à lege conceſſis priuaret. qui quum acerbe & aſpere ſe gerens non obediret, decreuit Imperator ipſum fraude circumuenire, eiuſque auaritiam punire. mittit igitur quemdam ex ſuis miniſtris ab eo petens mutuari ſibi centenarium vnum, quoad à Byzantio ſibi aurum affertur. at ille adhibito iureiurando inficiatus eſt ſe habere niſi triginta libras, & hũc quidem faceſſere iuſſit Imperator, miſſiſq; qui penu eius perſcrutarẽtur, repperit auri centenaria triginta tria, ex quibus clericis dat, quęcumq;

cumq; ipſis debebâtur, à primo anno ſacerdotij Theophanis vſque ad præſens tempus: reliqua diſtribuit pauperibus: & Metropolitanum ex Eccleſia expellit, & in quodam agro relegat. præficitq; Metropoli Prometheum, a quo etiam ipſi præſcriptum fuit, vt commeatus acciperet, ac per ſe degeret: quumq; Pancratius Abaſgiæ princeps vehementer Iberiæ præfectum Iaſitum offenderet: Ioannes cum omni Orientis exercitu Conſtantinum fratrem ſuum domeſticum ſcholarum, id eſt, cohortium præfectum mittit, pollicitus cum ipſo ſimul miſſurum etiam Dalaſſenum, vt ipſum haberet & conſiliarium, & qui ei in bellis auxilio eſſet; hoc autem non fecit, & deinde re infecta Domeſticus reuerſus eſt. & quum Ioannes potionem ad ſe expurgandum ſumpturus eſſet, Zoe Regina ea re cognita per quemdam ex ſuis fideliſſimis Eunuchis nomine Sgurizzem haud paucis muneribus medicum corrumpit, pollicita ad vitæ illuſtris dignitatem eum ſe perductum ire, & diuitijs eximijs ditaturam, ſi modo cum poculo venenum commiſceret: verùm quum puer quidam medici miniſter hoc facinus Ioanni indicaſſet, patefactis inſidijs, & qui venenum parauerat Conſtantinus Protoueſtiarius Mucupules, è ciuitate eijcitur, & Medicus in Antiochiam patriam ſuam relegatur, & Regina in maiorem ſuſpicionem venit: & quum nuper Georgius Patricius Maniaces in Siciliam perueniſſet: ipſius Principes Germani fratres fœdere inter ſe percuſſo ſtudebât eum ab inſula repellere: & iccirco ſociorũ auxilia ex Africa acceſſierunt quinquaginta millia, quæ quum aduenìſſent prælium committitur ad ea loca, quæ Rhemata dicuntur. & vi profligat hoſtes Georgius Maniaces, tanta facta cæde, vt præterfluens fluuius ſanguine compleretur. ac deinde cepit Siciliæ vrbes treſdecim, & paulatim progreſſus omnem ſibi inſulam ſubegit. Anno autem. 6546. indictione ſexta, factæ ſunt inſidiæ vrbi Edeſſæ, & parum abſuit quin caperetur, niſi Deus ipſam ſeruaſſet. nam quum ibi Prætor eſſet Prothoſpatharius Baraſbazæ Iberus, principes Arabum duodecim, quibus erant equites quingenti, & Cameli quingentæ ferentes arcas mille, in quibus erant duo millia Scutatorũ, ad Edeſſam peruenere aſſerentes ad Imperatorem ſe ire ei dona allaturos. erat autem eorum conatus & conſilium arcas intra vrbem introducendi, & noctu eductis Scutatis vrbem occupandi. Prætor autem principes benigne excepit, & cum ipſis conuiuatus eſt. equites autem & impedimenta extra vrbem manere iuſſit. Et quidam pauper homo Armenius, qui erat cum ipſis, vbi Saraceni pernoctabant, audiuit quemdam eorum qui erant in arca, callebat enim etiam Saracenorum linguam, alium interrogantem vbi nam eſſent, & accurrens prętori renunciauit: qui permiſſis principibus conuiuari, cum ſuis Scutatis erupit: & fractis arcis Scutatos omnes, quos intus repperit, funditus interficit cum equitibus, & camelorum magiſtris: deinde ad vrbem reuerſus, qui in ipſa erant, cum principibus occidit, vnum tantum præſtantiorem, videlicet nuntium eorum, quæ acciderant amputatis manibus, & auribus ac naribus domum remiſit. Anno

autem

Digitized by Google

autem. 6547. indictione ſeptima augens erga Dalaſſenum odium Ioannes, Theophilactum quoque relegat, patricium ipſius fratrem, & alterũ item eius fratrem Romanum,& Adrianum patruelẽ ipſorum, & reliquos ei generi propinquos,ſtudebat enim funditus ipſius genus delere. quumque eſſet prõptiſſimus ad omnem,dixeris,malitiam,omnes iniuſtitiæ vias adinuenit: addens ad publica tributa,vt ſingula loca pro aerico conferrent, habita ratione qualitatis & facultatem,alius numos quattuor, alius ſex, & vſque ad viginti. & alia turpia vectigalia lucri cauſa,quæ etiam recenſere turpe eſt: Imperator autem à dæmone cruciatus,quum non reperiret qua ratione ſe liberaret,miſit in omnes regiones & inſulas præſbyteris ſingulis numos duos monachis vnũ, baptizauitq; recens natos pueros traditis ſingulis numo vno & milliarijs quattuor,& tamen nihil horum profuit ipſi:immo verò malum augebatur opitulante quoque hydropiſis morbo. Hoc tempore etiam frequentes terræmotus facti ſunt, & imbrium magna vis decidit,graſſatusq; eſt in quadam regione morbus, qui ſinanche.i.angina dicitur,ità vt non poſſent viui mortuos efferre. Februario autem menſe,ſecunda die,indictione octaua,anno.6548.extitit terræ horribilis motus, & cum alia loca & vrbes detrimento affectæ ſunt, tum verò Smyrna fuit miſerabile ſpectaculum,propterea quod pulcherrima ipſius ędificia corruentia plures quoque eorum qui in ipſis habitarent occiderunt; & in Sicilia rurſus Charraginenſis ſe ipſum colligens coacto exercitu multo maiore priſtino,accedit vt Maniacem inde expulſurus, caſtriſq; locatis in quadam planitie ſupina & aperta, Draginæ ei nomen erat; tempus ad pugnandum idoneum obſeruabat: quo cognito Maniaces quoque inſtructis ſuis copijs ei occurrit, quum prius imperaſſet Stephano Patricio Imperatoris genero, claſſis, vt diximus, præfecto, vt diligenter maritima loca obſeruaret, ne aliquo pacto conflato bello fuſus Carthaginenſis clam aufugiſſet, domumque rurſus rediret: Itaque cum eo congreſſus eum vi ſuperat, & Aphrorum multitudo amplius quinquaginta millia occubuere, princeps verò ipſorum quum euaſiſſet periculum ad littus ſe confert,& in nauiculam conſcendens,quæ celotium vocatur, clam Stephani cuſtodibus in propriam regionem aufugit. quod quum cognouiſſet Maniaces grauiter tulit,& Stephanum hoc commiſiſſe,reprehendit, & indecoris contumelijs onerauit.nam extenſo loro in capite,ei haud paucas inflixit plagas,ſegnem vocans & imbellem,& Imperatoris rerum proditorem. quod conuitium & contumeliam haud æquo animo ferens ille litteras ſtatim ad pupillorum curatorem mittit, quibus indicabat Maniacem contra Imperatorem rebellionem meditari, qui ſtatim vinctus in regiam vrbem perducitur, & cum Baſilio Patricio Theodorocano in carcere concluditur: omnis autem Imperij adminiſtrandi poteſtas ad Stephanum transfertur, miſſo etiam cum ipſo quodam Eunucho Baſilio pediaditi præpoſito,qui breui interiecto tempore res diſtraxere,auaritia & timiditate & ignauia prodentes Siciliam.Maniaces enim ca

ptis

ptis inſulæ vrbibus arces in ipſas conſtruebat,idoneaque imponebat præſidia, ne indigenæ poſſent ex inſidijs vrbes recuperare,ſed ipſo vincto,vt dictum eſt, ad Byzantium perducto, negligentia & ſegnitia principum excurrentes indigenæ,& inſuper aſſumptis Chartaginenſium copijs,vrbes inuadunt: & arces ſuperatis cuſtodibus ſolo æquarunt,omneſq; vrbes recuperatas conſeruarunt excepta Meſſana, cuius cuſtodia ſorte commiſſa erat Protoſpathario legionis Armeniacæ præfecto Catacalo cognomento Combuſto. cui erant trecenti equites,& quingenti pedites. ſtudentes igitur Inſulani ne ſcintillam quidem Romani exercitus relinquere, qui in Inſula commoraretur,coactis omnibus quicumque arma ferre poſſent,& Chartaginenſium haud mediocribus auxilijs ad Meſſanam profecti vrbem circumdederunt. ſed quum ille portas clauſiſſet triduo, neque quemquam vallum tranſilire permitteret, ſed timiditatem præ ſe ferret,negligentes Saraceni ſine metu diſſipabantur,& noctes dieſque compotationibus,& tibijs,ac cymbalis indulgebant; quaſi videlicet vrbs poſtridie capiēnda eſſet: quarta autem die,qua conſueuimus mediam Pentecoſten celebrare,Combuſtus animaduerſa negligentia & ſocordia Saracenorum,& vt illi ſine vlla cura ac ſollicitudine degunt, nihil curantes eorum, quæ intra muros fierent: ſuo exercitu confirmato,quum iuſſiſſet ſacrificium incruentum perfici, ſimulq; cum omnibus particeps fuiſſet diuini ſacramenti, circiter prandij horam: apertis vrbis portis maximo impetu in aduerſarios erumpit: ebrios & crapula onuſtos,ipſe primum cum ſuis ad tabernaculū Apolaphar Inſulę principis adequitans: & ille quidem ſtatim interficitur, mollis & facilis captu præ ebrietate, eiuſque tabernaculum perrumpitur. Cadebant etiam alij Saraceni aceruatim præ ebrietate labentes, & inopinato impetu nihil prorſus virtutis memores. fit igitur ſtrages totius exercitus,quum Saraceni ſe mutuo obterentes occiderent: ità vt cadaueribus complerentur planities,& proximæ conualles,& flumina,captaq; ſunt omnia caſtra,auro & argento & margaritis precioſiſq; lapillis referta: quos,vt fertur, medimnis milites diuiſere: & ita omnis Sicilia,quæ breui tempore à Maniace ſubacta fuerat, breui quoque negligentia & vitio ducum rurſus in poteſtatem Saracenorum peruenit,quum ſola Meſſana eo modo quo diximus relicta fuiſſet, & Stephanus ac Pediadites in Longobardiam aufugiſſent,& Siciliæ res in hoc ſtatu erant. Imperator autem Michael vt plurimum Theſſalonicæ morabatur glorioſi Martyris Demetrij ſepulcro præſens & ſupplicans,cupienſq; à morbo liberari,& nullum omnino negotiū, qualecumq; illud eſſet,capeſſebat niſi, quod prorſus cogeretur:ſed Ioannes omnia moderans res adminiſtrabat; neque vllum ab eo prætermiſſum eſt nefarium, & iniquum facinus, quin ipſe excogitarit ad conterendos & vexandos ſibi ſubiectos: quæ ſingula recenſere herculeus labor eſſet, & ita affecti erant omnes homines ab huiuſce Tyrannidis grauitate, vt plurimum Deum inuocarent,& peterēt liberari. Et Deus ipſe crebro terram mouit, & terrores ac metus

orbem

orbē terrarū inceſſerunt;In cœlo crinitarum ſtellarū exortus, in aere uēti & im bres violēti,in terra ebullitiones & motus.hæc autem præſignificabant, vt arbitror,iam iā futurum Tyrānorum interitum.Maio autē menſe anno.6548.indictione octaua, ſoror Imperatoris Maria, mater autē Cæſaris Epheſum profecta eſt,ad adorandum dilectum, & in itinere cognoſcens multa eorum quæ ſine ratione fierent reuerſa Byzantium omnia renunciauit fratri Ioanni. & hortabatur vt improbitatem comprimeret. qui eam irridēs dimiſit aſſerens eam, quæ mulierum eſſent,cogitare,atque ignorare,quot & quātis indigeret Romanorū Reſpub.Imperatori autē Theſſalonicæ cōmorāti,vt diximus, Ioānes auri miſit centenaria decē,ſed a tranſuerſis ventis correptū nauigiū,ad Illyrica littora fractū eſt,& cōtritū;aurū verò abſtulit Stephanus qui itē Boiſtlabus dicebat̃, Seruiorū princeps, q̃ quidē paulo ante ex vrbe aufugiēs occupato Seruiorū loco, inde Theophilū Eroticū eiecerat.Ioannes āt propoſitis magiſtratibus venalibus,& oībus laxatis iniquitatis frenis,infinitis calamitatibus orbē terrarū cōpleuit:ſi quidē iudices ſine vllo metu indigenas cōpilabant:nulla prorſus habita eorū,q̃ fierēt,rōne:& Imperator Theſſalonicæ quū cognouiſſet aurū perijſſe, ad Stephanū ſcribit,vt ſuū mittat,neq; velit ſpontaneū ſuſcipere bellū.ſed quū ille hoc neglexiſſet,exercitū aduerſus ipsū mittit Imperator,duce electo Georgio Probata.qui quū ad locū peruenisset,& in anguſtias, & valles & difficiles aditus incōſiderate ĩcidiſſet,& oēm exercitū amiſit:& ipſe nō ſine ſumma difficultate ſeruatus eſt;Hoc anno ēt Bulgaria rebellauit ad hunc modū. Petrus quidā Bulgarus cognomento Deleanus,ſeruus Byzātini cuiuſdā viri, quū ex vrbe aufugiſſet:in Bulgaria vagabat̃,& peruenit vſq; ad Morabū,& Bellegradū. ſunt aūt hęc oppida Pannonię ad vlteriorē Iſtri regionē ſita,& finitima Crale Turciæ,& ſe ipſum filiū aſſerebat Romani filij Samuelis:& genus Bulgarorū cōcitabat, q̃ paulo ante ceruices ſeruituti ſubiecerant,valde cupiēs libertatē: & idcirco fide habita illius verbis,& ipſum Regē Bulgariæ declarant: & inde profecti p̄ Naiſſum & Scupa Metropolim Bulgariæ ibant,declarātes & celebrantes ipſum omneq; ſibi occurrētē Romanū ſine vlla miſericordia crudeliter interficiētes;quo cognito Baſilius Synadenus Dyrrachij p̄tor,coacto indigenarū exercitu, adhibita celeritate ſtudebat,occurrere Deleano,priuſquā malū latius ſerperet,& incēdiū accenderet:& quū peruenisset ad locū noīe Debrim, & neſcio q̃d offendiſſet,quēdā ex ijs ducibus,q̃ ſub Michaele Dermochiate erant, ad Imperatorē accuſat̃,q̃d affectaret Tyrannidē,& ille ſtatim magiſtratu abdicat̃,& Theſſalonicā perductus in carcerē cōijcit̃,& Dermochaites in eius locū dux exercitus mittit̃, qui imperite ac perperā imperiū adminiſtrans breui tp̄e oīa peruertit. nam qui eius curæ cōmiſſi fuerāt male tractati,& iniuria affecti, ſpoliati eq̃s & curribus & oībus,q̄cunq; ipſis cara erant:in ducē conſpirāt. ſed ille vt perſenſit inſidias, clā noctu fugit, & ipſi Imperatoris metu p̄culſi rebellionē moliūtur, & quēdā ex militibus,qui cū ipſis erant,Tichomirū noīe virtute & prudētia probatiſſi-

mũ Bulgariæ deligunt Regẽ,& deinde fuere duę Bulgarorũ ſeditiones,altera,q̃ Deleanũ declarauerãt,altera,q̃ Tichomerũ.ſed Deleanus ſcriptis amicis litteris ad Tichomerũ,q̄bus inuitabat,vt ſecũ de ſocietate ineunda cõmunicaret, ei p̄ſuaſit;& poſtquã ſimul cõiuncti ſunt duo exercitus Bulgarorũ,cõuocatos oẽs Deleanus hortabatur ſi certiores facti eſſent à Samuele ſe originẽ ducere , & ab ipſo delectũ regnare,è medio tollerent Tichomerũ. quod ſi hoc eis diſpliceat, ſe repudiato, Tichomeri ſubijcerẽtur imperio, duos.n.inq̄t Erithacos.i.genus auis ſolitariæ,Sylua vna nõ nutrit, neq; vna regio proſpere gubernarı̃ à duobus principibus.hæc ipſo locuto,magnus tumultus concitatus eſt,& ſolũ ipſum dixerunt velle ſe habere ſummũ regẽ,& ſimul exclamãtes,ſublatis lapidibus,miſerũ Tichomerũ obruerunt,qui veluti in ſomnis ſibi viſus imperaſſe,cũ imperio vitã ſimul finit,& oĩs poteſtas ad Deleanũ transfertur.Hic aũt coactis oĩbus copijs Theſſalonicam aduerſus Imperatorem cõtendebat. quo ille cognito incompoſite Byzantium ſe contulit relictis omnibus impedimentis, & tabernaculis,& quicquid ibi auri & argenti erat,aut ſtragulę veſtis, quæ Manuel Ibarzes amicus Imperatoris factus iuſſus auferre,& conſequi,quum ſumpſiſſet, ad Deleanum ſe contulit cum quodam cætonite vnus ex cubicularijs Eunuchis. Hoc etiam tempore extitit ſiccitas eiuſmodi, vt fere exiccarentur copioſi fontes, & perennia flumina, & in æſtuario incendium exortum ſexta Auguſti menſis,eſt eiuſmodi, quo combuſtæ ſunt omnes triremes, quæ ibi in ſtatione manebant,cum ſuo omni apparatu: Deleanus autem,vt diximus,ſublato è medio Tichomero,& rerum omnium potitus, ſtrenue Rempublicã aggreſſus eſt. ac prius miſſo exercitu duce Caucano cepit Dyrrachium, miſitq; alterũ in Græciam duce Anthimio. cui quum occurriſſet Alacaſſenus,cum eo congreſſus ad Thebas profligatur, & Thebanorum ingens multitudo occiditur. Tunc item regio Nicopolitarum excepto Naupacto, ad Bulgaros confluxit: ea de cauſa, quam dicemus.Byzantinus enim vir quidam Ioannes nomine Curzomites cognomento, miſſus vt ibi publica vectigalia exigeret: & indigenis acerbum ſe præbens,& ſibi perniciem conciliauit,& Nicopolitis defectionis auctor fuit.neque enim ferentes illius inſolentiam rebellant,& ipſum in partes,& fruſta conciderunt, & execrati Romanorum regem ad Bulgaros ſe ſe applicuerunt. non tam autem propter beneuolentiam erga Deleanum, Bulgari Imperium detrectarunt,& Romanorum iugum abiecerunt,quàm propter pupillorum curatoris auaritiam, & nimiam in exigendis tributis acerbitatem. quum enim Baſilius Imperator ſubacta Bulgaria noluiſſet quidpiam omnino renouare, neque res commutare,ſed in eodem ſtatu permanere, & ita degere, quemadmodum Samuel præſcripſerat:& iugum Boum habentem in cõe Bulgarorum tritici modium vnum conferre,& milij tantumdẽ,& vini ſtamnum vnũ,pupillorũ curator,pro cibis numos dare p̄cepit.q̄d iniquo animo indigenæ ferentes,& opportunã nacti occaſionẽ Deleani videlicet aduentũ, Romanorũ imperio excuſſo,

ad

Digitized by Google

ad priſtinā conſuetudinem redierunt. Hoc tpe facta eſt item conſpiratio in Imperatorem auctoribus Michaele cognomento Cerulario, qui Tyrannidem affectabat, & Ioanne macrẽbolite & alijs haud paucis ciuibus. qui publicatis bonis in exiliū miſſi ſunt: & alia quoq; cōſpiratio facta eſt in Conſtantinū magnū domeſticum, in Maſamactis, qua patefacta Michael & Gabras, & Theodoſius Meſanyctes, & alij plures legionū & ordinū præfecti luminibus priuãtur. Gregoriū aūt Patricium Taronitem auctorem, vt ferebatur, & principem conſpirationis cruda Byrſa bouis ex omni corporis parte contectū, relicto tantumodo reſpirandi exitu, & videndi, ad pupillorum curatorem miſit. Septembri autem menſe indictione nona anno. 6549. Aluſianus patricius & prætor vrbis Theodoſij alter Aaronis filius repente ex vrbe fugiens ad Deleanum accedit hac de cauſa; in Theodoſij vrbe vbi prætor erat, accuſatus ipſe vt iniuſtus, priuſquam examinarentur, quæ ei obijciebantur, à Ioanne libris auri quinquaginta multatus fuit, ſpoliatuſq; vxorio agro, quẽ in Charſiano pulcherrimum habebat, quumq; hac de re ſæpe Imperatori ſupplicaſſet, neq; vlla ipſius habita ratio fuiſſet, prorſus deſperata re, Armeniorū ſumpta veſte quaſi famulis Theodorocani Baſilij ad Imperatorẽ Theſſalonicā profectus clā omnibus fugit. & in Oſtrobo ſeruatur incolumis. quum ibi cū omni exercitu caſtra Deleanus locaſſet; Hunc libenter admodū Deleanus excepit, veritus ne quo modo ad ipſum magis ſe ſe Bulgari applicarent, vt qui ad regium ſanguinem ſuam referret originẽ, & ſocio Imperij vt videbatur aſcito: cōmittit militū milia quadraginta, iuſſitq; profectum Theſſalonicem expugnare. præerat vrbi Theſſalonicæ tunc Cōſtantinus patricius Imperatoris patruelis, qui profectus quum vallū circumdediſſet, accurate aggreſſus eſt oppugnationem elepolibus ac machinis; & vndiq; repulſus, omnibus iam exhauſtis rebus, obſidione cenſuit inceptum perficiẽdū. quadam autem die accedẽtes indigenæ ad magni martyris Demetrij ſepulcrū, per totam noctem ei preces adhibuere, & vnguento ex diuino ſepulchro manāte perfuſi, quaſi vno impetu apertis portis in Bulgaros erumpunt. erat autem cum Theſſalonicenſibus legio magnanimorum. egreſſi autẽ inopinato impetu perculſos Bulgaros fundunt, qui nulla ratione conſiſtere ad ſe defendendos aut fortiter tuendos poterant, præeunte Romano exercitui martyre, & viam explanante, quemadmodum iureiurando adhibito, aſſeuerabant Bulgari captiui, quum dicerent iuuenem equitantem vidiſſe ſe Romano exercitu præeuntem, à quo ignis exiliens hoſtes comburebat. ceciderunt igitur amplius quindecim millia, neq; his pauciores capti ſunt. reliqui turpiſſime cum Aluſiano ad Deleanum incolumes fuga ſe recipiunt. Hoc anno indictione nona Iunio menſe, decima die, circiter horam diei decimam, factus eſt terræ motus. poſt cladem autem acceptam coniuncti Deleanus & Aluſianus alter alterum ſuſpectum habebat. Hic cladis pudore perfuſus ille proditionem ſuſpicans, & inter ſe moliebantur inſidias obſeruato idoneo tempore. ex compoſito igitur Aluſianus cū

quibuſdam ſuis domeſticis: parato prandio ad conuiuium inuitatum Deleanũ crapula & vino ebrium detinuit, luminibusq; priuauit, ita vt ne eius quidẽ rei ſentiendæ locum Bulgaris conceſſerit, & fugiens in Moſynopolim ad Imperatorem ſe recepit, quem Imperator Byzãtium ad pupillorum curatorem mittit: ad magiſtrorũ dignitatem euectum: ipſeq; ex Moſynopoli profectus abit Theſſalonicam, inde in Bulgariam contendit, & Deleanum detentum Theſſalonicã miſit, ipſe quum in interiores partes perueniſſet: adhuc enim Manuel Ibarzes muro ligneo conſtructo obſidebat Prilapum & exiſtimabat prohibendum eſſe regium exercitum vlterius progredi. verùm Imperator, vt dicebam, quũ eo perueniſſet dicto citius, & murum perrupit, & Bulgarorum agmen diſſipauit: Ibarzemq; detinuit. omnibusq; Bulgariæ rebus compoſitis, & pręfectis regionibus conſtitutis, in regiam vrbem ingreditur, ſecum adducens Deleanum & Ibarzem. morbo autem, quo detinebatur vexatus, & omnino propria deſperata ſalute monachus tondetur à monacho Coſma Zinzilucio, qui ſemper cum eo erat, & quæ facto opus erant, eum admonebat. Decẽbri autem menſe, decima die, anno. 6550. indictione decima moritur, confeſſus pęnitere ſe commiſſi facinoris in Romanum Imperatorem, & deflens, quum annos ſeptem regnaſſet, menſes octo, vir alioqui æquus, quique pie vixiſſe exiſtimabatur, excepto hoc vno crimine in Imperatorem Romanum patrato, quod tamen multi pupillorum curatori aſcribunt: Quum talem Michael ſortitus eſſet vitę finem, omnis potentia ad Zoem reginam hæredem peruenit. igitur alacrius Rempublicã capeſſiuit, adiutoribus & opitulatoribus patrijs Eunuchis, quos in ſuperioribus recenſuimus: verumtamen non in eodem propoſito permanſit, ſed ad Imperij molem reſpiciens, intelligensq; haud poſſe per ſe recte communia adminiſtrare, atque inutile rata ſine Imperatore ac rege tale Imperiũ permanere, ſtatuẽsq; eiuſmodi deligendum Imperatorem, qui poſſet rebus ſuccurrere, ſi quid aduerſi accideret, & triduo toto de hac re cogitans Imperatoris patruelem & cognominem Stephani filium, illius, qui in Sicilia Rempublicã male geſſerat, Cæſarem & rerum agendarum vt videbatur peritum, & ad negocia idoneum: prius obſtrictum horribili & ſacroſancto iureiurando habiturum ſe eam in omni vita dominam & matrem; facientem tamen quæ imperaret, filium ſibi adoptiuũ aſciſcit, & Romanorum Imperatorem declarat regio diademate coronatum. prius è medio ſublato pupillorum curatore, & in monaſterium monabatarum relegato, itidemq; ſcholarum domeſtico, magiſtratu abdicato, & in opſicij agris Apſidis ipſius relegato, nec non Protoueſtiario in agros, quos in Paphlagonia poſſidebant, miſſo. Eadem autẽ hora qua diademate Michael coronatur, vertigine quadam captus parum abſuit, quin occumberet, & vix ipſum vnguentis aromatibus & alijs id generis rebus, reuocarũt. mota etiam terra eſt totos quatuor ipſius Imperij menſes. Interea coronatus à Patriarcha, & Imperator conſtitutus, honoribus ac dignitate ſenatum, donorumq; largitione, proſequebatur, &

tur,& precibus reginæ etiam Conſtantinum domeſticum ab exilio reuocatum eo honore affecit,vt nobiliſſimus eſſet,ſecumque habuit. quumque ſibi videretur ſtabilitus,repente cecidit, litteris enim pupillorum curatoris,& conſilijs domeſtici corruptus,qui aſſerebant nō ſæpe credendum eſſe Reginæ,ſed ab ea cauendum ne idem ei eueniret,quod patruo ſuo,& Imperatori Michaeli,& ante ipſum Romano dolis,vt aiebant confecto:conſulebantque,ſi fieri poſſet, eā quam primum,è medio tollēdam: ſtuderetque ne anteueniretur, crebroq; de hac eadem re agentes tandem perſuaſerunt vt contra ipſam machinaretur inſidias. viſum eſt igitur id ei faciendum,vt ciues prius tentaret, quo animo erga ſe eſſent,& ſi bene erga ſe affecti viderentur, debitamque beneuolentiam præſtantes,tunc facinus aggrederetur,ſi autem contra,quieſceret. dominica igitur die poſt ſanctum paſcha ſupplicationibus publicis indictis ad ſanctorum Apoſtolorum templum,per ipſas tentare quum decreuiſſet ciuium mentem, coronatus proceſſit cum ſenatu,omni ciuitate ad ſpectaculum congregata: quum ij,qui incolebant publicam & militarem viam ſuſpendiſſent vaſa aurea & argentea,& veſtes & alia tapetia auro contexta, & in laudibus, quibus eum celebrabant,cupere aiebant etiam ſi fieri poſſet,pro ipſo vitam profundere.quibus ineſcatus miſer, quod hæc à beneuolentia ipſorum proficiſci arbitrabatur, in magnum palatium reuerſus Patriarchæ imperat,vt ad monaſterium ſuum profectus ſibi ſe poſtridie expectet: traditis ei auri libris quatuor ad ſe excipiendū, ac nocte reginam,è ſede detractam in† Pricipum relegat. iuſſis ijs, qui eam ducebant,detondere,detonſoſq; capillos ſibi deferre,qui quidem, vt iuſſi fuerāt, fecere. mane autem ſcriptam ſchedulam, qua ſe purgaret, traditamq; Prætori vrbis, eam legere ciuibus iuſſit in magni Conſtantini foro.cuius ſententia hæc erat. Quod Zoe erga Imperium meum malo animo comperta eſt,idcirco à me in exilium eiecta eſt, & Alexius cum ea conſentiens ab Eccleſia expulſus. vos autem Popule meus ſi eamdem ſeruabitis erga me beneuolentiam,magnos honores,ac bona conſequemini, & vitam ſine moleſtia liberam degetis: Quum igitur ſchedulam audiente populo Prætor recitaſſet: exaudita fuit vox, nemine comperto,qui exclamaſſet,nos crucem conculcantem Calaphatem Imperatorem nolumus: ſed à principe oriundam & hæredem noſtram Zoen,ſtatimque quaſi vna voce omnis populus exclamare,ſepeliantur oſſa Calaphatæ.Et ſinguli ſumptis lapidibus,& ſubſellijs,& lignis,in quæcumque inciderant,prætorē, hic erat Anaſtaſius patricius,qui parentis Zoes miniſter fuerat, parum abfuit, quin occiderent,niſi fuga ſibi ſalutem quęſiuiſſet.ipſi verò,quum ad magnum templum confugiſſent,etenim Patriarcha quoque reditum ſuum emerat, Imperatorem execrabatur, & Reginæ reditum quærebat. accurrerunt igitur omnes patris ipſius Eunuchi,& Conſtantinus patricius Cabaſilas,& deinde omnis ſenatus,qui de communi ſententia miſerunt,qui adducerent Theodoram à Petro in magnum templum, ipſamq; indutam regiam veſtem purpuream Reginam

†Loci nomē.

nam declarant, cum Zoe ipſius ſororem, & ad palatium irruentes ex palatijs deducere Michaelem feſtinabát, qui iracundiam & motum populi veritus, ſtatim Zoen in palatium adduxit, exutamq́; monaſtica veſte, rurſus regiam induit. Igitur quum à ſede quæ eſt in hippodromo inclinatus proſpiceret, conareturq́; ad populum concionari, ac dicere adductam eſſe reginam, & omnia recte ſe habere ſecundum eorum ſententiam, non permiſſus eſt, ſed conuitijs vndique laceratus & lapidibus ex inferiore parte ſagittisq́; percuſſus, & ita deinde deſperata re, ſtatuit in monaſterium ſtudij ſe recipere, ibique tonderi. verũ domeſticus id eum facere non permiſit: aſſerens non ita facile relinquere debere Imperium, & cedere, ſed fortiter reſiſtendum, & vel prorſus ſuperiorẽ euadere, vel magno & forti animo, & regie, vt Imperatorem decet, mortem oppetere: quæ ſententia quum viciſſet, ipſe inſtructis omnibus, quos in palatio habebat, prout tempus concedebat, & Nobeliſſimus quoque omni ſuo populo accerſito à ſua domo armatoq́;, & nuper enim è Sicilia aduenerat, prætor Catacalo Combuſtus, allatis è Meſſana bonis nuntijs, fortiter negotia aggreſſus eſt, populo autem trifariam̃ diuiſo, & parte progrediente, altera ad excubias, tertia ad Zycaniſterium, etiam qui cum Imperatore erant, in tres partes diuiſis ſuis copijs, ſtrenue propugnabant, fitq́; multa ciuium cædes, veluti nudorum atque inermium, & contra armatos decertantium lignis, lapidibus, & quæcumque tela ſors offerebat: aiunt autem quum perijſſent eadem die, erat autem tertia antipaſchatis, circiter tria hominum millia ad extremum ſuperiores fuere ciues, quippe quum numero ſuperarent Imperatoris exercitum, & ruptis palatij portis, atque introgreſſi, repoſitum in ſecretis aurum corripiunt, & alia quæcumque inuenere, diſcinduntq́; publicas inſcriptiones, & comprehendere Imperatorem feſtinant. ipſe autem vbi agnouit ſe ſuperatum, in regium dromonẽ conſcendens, cum Nobeliſſimo, & quibuſdam familiariſſimis relicta Zoe in palatio. Fugit in monaſterium ſtudij, quarta die mane, ſtatimq́; induit monachorum habitum ſimul cum patruo ſuo, & bellum incœptum ſecunda die ſecunda hora antipaſchatis, deſijt nocte tertiæ diei. Et Zoe rurſus Imperij potita, voluit ſuam ſororem Theodoram repellere. Sed prohibita fuit à populo, qui petijt vt ipſa quoque ſimul imperaret. igitur etiam Theodora à magno templo egreſſa in palatium ingreditur: & coacto ſenatu, concione habita Zoe prius ad ipſum ſenatum, deinde etiã è quadam ſpecula ad Populum, ipſis gratias, vt par erat, egit, pro eorum in ſe beneuolentia, ſed ſententiam eorum de Imperatore quæſiuit, quid nam de eo faciendum cenſerent, qui omnes vno ore exclamarunt, aufer ſceleratum, tolle de medio impium, palo ſuſpendatur, in crucem agatur, luminibus priuetur. verùm illa ad ſupplicium cunctabatur, & miſericordia in infelicem commouebatur. verùm Theodora libertatis plena, & iracundia percita recens creato prætori: erat autem Campanares, iubet adhibita celeritate abire, & ipſi eiusq́; patruo oculos effodere, qui egreſſus comitante

ipſum

Digitized by Google

ipſum omni populo acceſſit ad loca ſtudij. Michael autē & eius patruus, vt ſenſere populi aduentum in adyta Templi præcurſoris confugerunt, ſed adhuc flagrans iracundia populus ob interfectos, vi in ſacrum templum ingreditur, & correptos ipſos inde per forum pedibus eos traxere. quumque eos adduxiſſent ſupra conſpicuum monaſterium, in locum, qui Sigma vocabatur, ibi ambos luminibus priuant, quum Michael multum ſupplicaſſet, vt prius patruus excęcaretur, quippe qui omnium malorum, auctor & cauſa fuiſſet; quod factum fuit. priuati igitur luminibus, relegantur Michael in monaſterium Elegmorum vigeſima prima menſis Aprilis indictione decima, anno. 6550. quum imperaſſet menſes quatuor dies quinque, eiusq; cognati omnes alio diſſipati ſunt: Rursusq; imperio ad Zoen reuerſo, quacum inuita tamen, vt diximus, imperabat Theodora ſoror, honorum gradibus ſenatus prouehebatur, munerumq; largitione populus conciliabatur, & res idonea prouidentia procurabantur, litteris vbique, & edictis miſſis, quæ pollicebantur non amplius magiſtratus vt prius venales fore. omnemq; iniuriam è medio tollendam definiebant. His autem conſtitutis, quemadmodum imperantibus viſum fuerat, ductus fuit Nobiliſſimus Cōſtantinus ab exilio, & de publicis pecunijs interrogatus, minas veritus, oſtendit domi ſuæ ad ſanctos apoſtolos occultata in quadam ciſterna, auri centenaria tria, & quinquaginta. quibus reginæ allatis, ille rurſus in exilium mittitur. creat autem regina domeſticum ſcholarum Orientis Nicolaum præſidem ſui patris Eunuchum, & Occidentis ducem Conſtantinum Patricium Cabaſilam, patriciumq; Georgium Maniacem à Michaele iam prius cuſtodia abdicatum, quum eo honore affeciſſet, vt eſſet Magiſter, ducem cum ſummo Imperio legionum in Italiam mittit; & hæc ita geſta. propoſita autem conſultatione de Imperatore, quum viſum eſſet omnibus Imperatorem deligendum, qui legitimo matrimonio cum Regina copularetur, ſtudebat ipſa accerſire Conſtantinū capitaneū. quē ab arte quā exercuerat Artoclinē cognomēto vocabant. erat enim vir decenti forma, qui dicebať ēt furtim cū Zoe rē habere, ſed hunc uxor ueneno uita priuat, nō qđ inſenſo animo erga ipſum eſſet, ſed qđ eo viuens priuanda foret, & in reliquum impos voti regina, ab exilio Cōſtantinū Monomachum accerſit, qui à pupillorum curatore in Inſulā Mitylenē exulatum miſſus fuerat, eo quod ab omnibus ferebatur imperio potiturus. hunc enim quando alterum Conſtantinum uoluit ad regium thronum perducere, iudicem delegerat Gręcorum, & poſtquam ille, vt diximus, fuit ueneno confectus, Monomachus, de quo loquimur mortuo cognominis, iudicatus eſt reginę moribus conuenire. Adductus eſt igitur ad templum proxime Athyrum ſitum principis militiæ, in Damocrania, & miſſus Stephanus unus è cubicularijs Eunuchis Reginæ pergamenus: exuit ipſum priuatam ueſtem: & induit purpuram regiam, & impoſitum in Dromonem adducit in regiam, quocum adducto in matrimoniū Regina copulatur. facta conſecratione à primo Eccleſiæ preſbytero, cui

Stypes

Stypes nomen erat, vndecima tunc erat Iunij menſis, anno. 6550. poſtridie autē à Patriarcha coronatur. iáq; ſceptris potitus, oẽs ſenatorij ordinis viros, honorum gradibus, pro ſua quemq; dignitate extulit, & auri largitione populum ſibi conciliauit, miſitq; litteras in omnem regionem, quæ indicarent ſe Imperatorem declaratum, & pollicerentur fore, vt omnes boni ſoluti libertatem conſequerentur, omnes autem mali exciderentur: tranſtulit etiam Ioannem pupillorum curatorem cum omnibus quæ habebat à monaſterio monobatum in Inſulam Leſbum, & Michaelem, qui antea Imperator fuerat, in Chium, & Cōſtantem Nouelefimum in Samum, & hęc geſta ſunt à Monomacho initio ſui Imperij indictione decima anno. 6551. ſexta autem Octobris menſis indictione vndecima apparuit crinita ſtella ab Oriente ad Occidētem progrediēs, & lucere conſpecta eſt per totum hunc menſem: præmonſtrabat enim hæc imminentes orbi terrarum calamitates. Quum enim Stephanus: qui item Boiſthlabus dicebatur, vt in ſuperioribus demonſtratum eſt, à Byzantio aufugiſſet, & occupatis Illyricis montibus Triballos, & Seruios, & finitimas nationes Romanis ſubiectas percurreret, populareturq;, non ferens Monomachus illius excurſiones, ei qui tunc Dyrrachio pręerat, erat is Michael patricius Anaſtaſij Logothetæ filius, ſcriptis litteris iubet, vt coacto ſuo exercitu, quem Dyrrachij haberet, itemq; copijs finitimarum regionum ſibi ſubiectarum, ſimul cum alijs, qui ei parebant, ducibus, in Triballos profectus Stephanum debellaret, Ille autem rei militaris omnino imperitus: vt pote qui in vmbra & delitijs educatus eſſet, munus aggreſſus neque ingenioſe, neque callide, magni infortunij Reipublicę Romanorum auctor fuit: coactis enim imperatis copijs circiter ſexaginta vt aiunt, millia, ad Triballos accedit, arduis, atque aſperis perfectis itineribus, per prærupta & adeo anguſta loca; vt ne duo equites quidem ſimul ire poſſent, permittentibus id de induſtria Seruis, & aditum concedentibus. & ipſe nulla habita reditus ratione, neque idoneis præſidijs anguſtijs locorum impoſitis ingreſſus planitiem populari, atque incendere. Seruij autem occupatis anguſtijs, & locis præruptis, eorum reditum obſeruare, atque expectare. ſed vbi Michaeli uiſum eſt ſatis eſſe prædę, nam & prædę plurimum, & captiuos complures ceperat, cenſuitq; iam redeundum eſſe, & iam iter habentes ad anguſtias peruenerant: Tunc à ſuperiore parte hoſtes ſaxa & lapides iacientes, & ſagittas, omniſq; generis tela, ac lapides eximios deuoluentos eos occidere, quum ij, qui cum Michaele erant, neque virtutis prorſus opus vllum oſtendere, neque manibus, neque armis vti poſſent: & ipſi illic percuſſi alij occumbere, alij præcipites deferri, & miſerabiliter interire, ita vt complerentur cadaueribus & propinquæ valles, & torrentes. peruijq; fierent, perſequentibus. Occubuere igitur circiter quadraginta millia, ſeptem ducibus interfectis, reliqui in Syluis, ac ſaltibus & conuallibus montium occultati, quum oculos hoſtium effugiſſent: & per uertices aſcenderent, noctu pedites, & nudi ſeruati ſunt incolumes, miſerabile uidentibus

bus

bus ſpectaculum, & lamentatione dignum & cum ipſis ſeruatus eſt etiam Michael idem ſubiens infortunium. Georgius autem Magiſter Maniaces, in Italiam, vt ſuperius diximus, à Regina Zoe miſſus ad res componendas, omnia enim laborabant, & fluctuabantur imperitia & ignauia principum, ad rebellionem ſpectare cœpit. operæ autem præcium eſt percurrentes cauſas recenſere, vt accurate nouerint hunc librum legentes: quando enim primum miſſus eſt hic in Italiam ab Imperatore Michaele, opem laturus Apolaphar Mahumet Siciliæ principi, quocum proprius frater, & Aphri bellum gerebant; ſibi forte adiunxerat Francos quingentos accerſitos à Gallijs vltra Alpes ducem habentes, cui Arduino nomen erat, principem cuiuſdam regionis nemini ſubiectum, quibuſcum Saracenorum trophæa erexit: ſed poſtquam iſte falſo delatus magiſtratu abdicatus fuit, & in vrbem introductus in carcerem detruſus eſt, & in eius locum miſſus in Italiam Michael protoſpatharius Doceianus, qui rebus præeſſet, vir minime idoneus, & ad munera obeunda non ſatis aptus, haud longo tempore opus fuit ad confundendas res & corrumpendas, non enim præbens Francis ipſis ſolitum ſingulis menſibus ſtipendium, quin potius, vt aiunt, ducem ipſorum, qui ea de cauſa ad ipſum acceſſerat, vt hortaretur, ſe benignum præberet militibus, neque eos laborum ſuorum mercede defraudaret, contumelijs affectum ac loris ignominioſe cæſum coegit auctorem eſſe, ut ſui deficerent, qui cum arma mouiſſent, quumque opus eſſet, vt Romanæ omnes copiæ coactæ cum ipſis pugnarent, ille hoc minime fecit, ſed aſſumpta vna legione opſicij, & parte Thracenſium, atque cum ipſis congreſſus ad Cannas apud Aufidum fluuium, vbi olim, antiquis temporibus Annibal multas Romanorum myriadas concidit, victus eſt, & maxima exercitus parte amiſſa, ipſe turpiſſime ad Cannas incolumis fuga euaſit, & ita percuſſus ne poſt ictum quidem piſcatoris mentem, vt eſt in prouerbijs, habuit, neque ſe ipſum muniens cum omni exercitu, adortus eſt hoſtes, verùm ab audacia, vt par eſt credere, victus, ſuperatos rurſus aſſumens, & Piſſidas & Lycarnas, qui explent legionem fœderatorum, ad ea loca quæ appellantur horæ, cum aduerſarijs congreſſus rurſus, vi profligatur, quum Franci ſibi aliam haud paruam Italorum manum aſciuiſſent, eorum qui circum Padum fluuium, & radices alpium habitabant. quo cognito Michael Imperator ipſum magiſtratu abdicat, miſitque Boiannem, qui exiſtimabatur peritus rerum agendarum, & in bellis ſtrenuus ac probatus, quique ſuam originem ad illum Boioannem referebat, qui imperante Baſilio Imperatore miſſus fuerat in Italiam, qui quidem omnem Italiam tunc vſque ad Romam in Imperatoris ditionem redegerat: verùm iſte quoque in eam regionem profectus, non adductis nouis, & florentibus copijs, ſed coactus cum ijs, qui ante victi fuerant, aduerſus inimicos congredi, qui iam Monopoli potiti regio-

nem vt propriam tuebantur, victus captus eſt. & exercitus, qui cum ipſo erat, qui ferro minime periere, ij alius alio diſſipati, tandem incolumes ſeruati ſunt in oppidis illis, quæ Romanorum partes tuebantur: & deinde Franci Italia vt propria poſſeſſione bello parta potiebantur, indigenis partim voluntate, partim vi ac neceſſitate ipſis cedētibus, excepto Brunduſio, & Idrunte, & Tarento, & Bari, quæ quatuor ciuitates in officio, & fide erga Romanos permanſere. ſed Michaele mortuo, & ſucceſſore illius ex Imperio eiecto, Maniaces vt ſupra demonſtratum eſt, à Zoe in Italiam miſſus, quamuis ei idoneæ copiæ deeſſent, attamen cum exercitu, quem habebat, militaribus machinis adhibitis Frãcos ex Italia expulit, circum Capuã, & Beneuentum, atq; Neapolim, & moderatum ſtatũ, trãquillitatẽq; rebus comparauit: Hic Maniaces, de quo loquimur, ad orientis partes habitans, finitimusq; Romano Sclero, erga ipſum diſſidẽs, ſæpe aggreſſus eſt eum occidere, niſi fuga ſibi ſalutem quęſijſſet, poſtquam Romanorum ſceptrum ad Conſtantinum Monomachum peruenit, & Sclerus ad magnum dignitatis gradum fauente fortuna elatus eſt: nam Scleri ſoror pellex erat Monomachi, eo honore affectus, vt magiſter eſſet, & princeps exercitus, recordatus excurſionũ, quas in ſua loca fecerat Georgius, abutensq; licentia & abſentia Georgij, loca ad ipſum attinentia diripere & populari, atq, in eius cubile impudenter & contumelioſe inuaſit. q̃ ille in Italia quũ audiſſet excruciabatur & angebatur animo, nuperq; Romani ſtudio ac cura magiſtratu abdicatus, & ꝓrſus oĩbus rebus deſperatis: nouerat enim aduentum ſuum Byzantium nõ optimum finem conſequuturum, cõmotis & concitatis copijs, quæ erant in Italia, & corruptis militibus, qui in propriã patriã redire auide cupiebant, contra Imperatorem arma ſumit, & miſſum ſibi ſucceſſorẽ, hic erat Protoſpatharius Pardus vir Byzantius, nulla alia de cauſa niſi quod notus eſſet Imperatori, miſſus vt tali regioni pꝛeeſſet, interficit, & ipſe ſibi diademate impoſito, aſſumptisq; Imperij inſignibus Imperator declaratur, & in nauibus impoſitas copias in Bulgariam traijcit. quo cognito Imperator, haud mediocriter perturbatus eſt, & litteras ad ipſum mittit, quæ omni metu eum & ſuos liberarent, hortarenturq; vt arma deponerent, omnia beneficia pollicens. & quum ille molliri non poſſet, neque à propoſito abduci, coactis ipſe quoque quas habebat copijs, præfectoque ipſis duce cum ſummo Imperio Sebaſtophorum Stephanum, qui in Damouania ſibi Imperij bonum attulerat nuncium contra rebellem mittit, & cum ipſo exercitus quoq; qui erãt in Marbario ad Oſtrobũ, locũ ita appellatũ, cõmiſſaq; pugna funduntur, qui cũ Stephano erant: ipſo Maniace doctore & phalanges concidente, ipſumq; ut Imperatorẽ celebrabãt, & dũ hęc fierent, repẽte ex equo delapſus iſte mortuus eſt: inuentus eſt. n. in pectore letalem accepiſſe plagã. quo cognito ab hoſtium exercitu, abſcinditur Maniaci caput, & omnes ſimul comprehenduntur, qui ei auxiliũ tulerant; qui ſtatim vt dux cecidit, armis depoſitis ſe ipſos dedidere, & Imperatori miſſus eſt nuncius, qui victoriæ bonum nuncium

cium

Digitized by Google

cium afferret, vrbemq́; ingreditur Stephanus aliquot poſt diebus, caput Maniaci adducens, & eos qui prælio victi fuerant, & per medium forum triumphans præeunte capite ſuper haſtam delato, & rebellibus aſinis vectis, ipſe poſt albo inſidens equo ſequebatur, & res Maniaci hunc exitum ſortitæ ſunt, & alia quoque in Cypro rebellio fuit hoc tempore duce Theophilo Erotico, qui quum Inſulæ pretor eſſet nouarumq́; ſemper rerum cupidus, ubi audiuit Calaphati exitum & rerum præſentem confuſionem, opportunum tempus ratus ad incępta perficienda, & omnem Cypriorum nationem inflammat & iudicem exactoremq́; publicorum vectigaliū molitur interficere, Protoſpatharium Theophylactum, obijciens ei, quod nimis acerbè tri buta exegiſſet, aduerſus quem non multo tempore opus fuit Monomacho, capit enim ipſum miſſus claſſis præfectus Conſtantinus Patricius Ochage, qui omnem Cypriorum nationem ſubegit, & ad Imperatorem perducit: perductum autem Imperator muliebri veſte indutum, & in Hippico quum celebraretur Hippodromia traductum, bonisq́; ſpoliatum dimiſit. Vigeſima autem Februarij menſis indictione vndecima vita functus eſt Alexius Patriarcha, & ad ſedem ipſius perducitur Michael Cerularius die boni nuntij, monachus, ex quo ipſum Orphanotrophus ob inſidias in exilium miſerat. nuntiatur inſuper Imperatori repoſitum fuiſſe aurum in Alexij monaſterio, miſſiſque viris comperit circiter centenaria viginti quinque. Maio autem menſe, altera eiuſdem indictionis excæcatur etiam Orphanotrophus in eo loco, qui Marycatus dicitur, vt quidam aiunt à Theodora inuito Imperatore, ſed vt multorum fama eſt ab eodē ipſo, qui ei ob exilia ſuccēſebat, & tertiadecima eiuſdem menſis, è vita decedit:

Iulio autem menſe eadem indictione accuſatus fuit etiam Stephanus Sebaſtophorus, quod Imperatori moliretur inſidias, ſtudens Imperatorē facere Leonem Patricium & præfectum Melitenes Lampri filium, & Stephanus bonis omnibus ſpoliatus, monachusq́; detonſus in exilium pulſus eſt: Lāprus crudeliter examinatus & per forū traductus, luminibusq́; priuatus paulo poſt è vita deceſſit. Fuit etiam Iulio menſe eadem indictione nationis Rhos motus, aduerſus vrbē regiam, hi.n. hactenus cum Romanis fœdere coniuncti, & pacem inter ſe ſeruantes mutua habebant cōmertia, & mutuo mercatores inter ſe mittebant. ſed hoc tpe orta in Byzantio contentione, cum quibuſdam Scythis mercatoribus, conſequutaq́; inde pugna, quodamq́; Illuſtri Scytha interēpto, qui tūc nationi imperabat Blandemerus vir ſtrenuus, quiq́; ſæpe iracundia vincebatur, audito, quod acciderat, grauiterq́; ferēs nulla interpoſita mora, neq́; cōceſſo motui ſpatio coactis oībus ſibi ſubiectis bellicoſis viris, aſcitis itē haud paucis ſocijs ex ijs qui incolebāt inſulas ad Borealē oceanū ſitas, coactoq́; numero militū circiter centū millia, & impoſitis in lignis indigenarū lingua Monoxylis appellatis aduerſus vrbē proficiſcit: quo cognito Imperator legatis miſſis petit, vt arma deponat, pollicitus ſi quid abſurdi accidiſſet, ei ſe remedium adhibiturum ne-

ue patua de cauſa uellet, pacem longo tempore confirmatam violare, & gentes inter ſe concitare. ſed vbi ille acceptis litteris legatos ignominioſe perſequutus eſt, & ſuperba odioſaq; reſponſa reddidit, Imperator deſperata pace pro viribus ſe contra inſtruebat, & peregrinantes in vrbe mercatores Scythas, itemque qui aderant ſocietatis cauſa, curauit in oppidis diſtribuendos, ac muniendos, ne ali quæ ab ijs qui intus eſſent, inſidiæ ſtruerētur, vt tempus & rei celeritas permittebat, regijsq; inſtructis triremibus & alijs haud paucis expeditis ac leuibus, & completis exercitu, ex ijs militibus, qui tunc forte aderant Byzantij, & ipſe regium Dromonem conſcendens, egreditur, & Scythis occurrit, ad os Ponti, in eo loco, qui à nautis Pharus dicitur; comitante ipſum per ſiccum equitatu haud mediocri: ſed vbi copiæ aduerſæ vtrinque ſteterunt, neutra pars opus aggrediebatur, nam & Scythæ in portu, vbi in ſtatione manebant, quieſcere, & Imperator eorum motum expectans ſuſtinere. ſed vbi tempus terebatur, & hora iā veſpertina erat, legatos mittit rurſus Imperator de pace. rurſus cum ignominia eos remittit Barbarus, indicans Imperatori ſi vellet arma deponi, daret cuncto exercitui ſuo, auri libras tres. ſed quum abſurdum viſum fuiſſet reſpōſum, ſtatuit prælio decertandum; vbi verò illi quieſcebant, accerſitum Imperator Magiſtrum Baſilium Theodorocanum iuſſit tribus aſſumptis triremibus abire, & Scythas tentare ſi quo modo poſſet leui prȩlio ad pugnam eos prouocare. illi verò aſſumptis triremibus, & aduerſus Scythas profectus, non leui certamine eorum mentem tentauit, ſed in medios ipſos impetu facto ſeptem naues artificioſo igne comburit, tres cum hominibus deprimit, vnam capit, in quam ipſe inſilijt, intus alijs interfectis, alijs in poteſtatem redactis ob eius audaciam deterritis. Scythæ autem cernentes Imperatorem aduentare cum tota claſſe, & reputantes, quod par erat, ſi tanto detrimento affecti ſunt reſiſtentes tribus aduerſum pugnantibus triremibus, quidnam ſuſtinerent, ſi cogerentur cum tota claſſe certare, de fuga conſilium iniere, & in loca ſcopuloſa proiecti, ſaxaq; ſub mari latentia maximam nauium partem amiſere, quum è ſicco quoque prætereuntes milites eos inuaderent & interficerent, ita vt mox inuenti ſint ad littora proiecti circiter quindecim millia. Imperator igitur poſt Scytharum cladem, totos duos moratus dies, tertia in regiam vrbem reuerſus eſt duabus legionibus relictis, & illis, quæ appellantur ſodalitatis duci ſubiectis Nicolao regij cubiculi præfecto, & Baſilio Magiſtro Theodorocano, vt littora explorantes præternauigarent, obſeruarentq;, ne qua fieret à Barbaris deſcenſio, omnem verò claſſem ad pharum manere iuſſit, & Imperator quidem his rebus geſtis, in Byzantium ingreſſus eſt. qui autem erant cum regij cubiculi Præfecto in Baſilio Theodorocano littora prætereuntes, quo poſt cladē eiecta fuerant, Barbarorum cadauera, multa præda ſpolijsq; potiti ſunt, & quatuor ac viginti triremes à reliqua claſſe diuiſæ, ſequebantur fugientes Barbaros, qui quū in ſinu quodā manerent, illæ perſequentes acceſſerunt, ac Scythæ cognita paucitate,

citate. & pro cõperto habentes haud plures eſſe ijs, quę apparuerant, extenſis cornibus ab vtraquę roſtrorum parte, & aſſiduo remigio vtentes contendebant in eo ſinu hoſtes circumuentos claudere. Romani verò & priſtina remigatione ac perſecutione defatigati, & multitudine Barbaricarum nauium deterriti, in fugam verſi ſunt. ſed vbi Barbarorum naues circumuenié̃tes occuparunt oſtium ſinus, & clauſus ipſis fuit exitus in mare, Conſtantinus Patricius Caballurius prætor Cybyrræotarum ſtrenue ſe ad pugnam comparauit, cum ſua triremi & reliquis decem, fortiterq́; pugnans occiſus eſt, & captæ ſunt quatuor triremes cum ipſis hominibus vna cum prætoria naui, & omnes qui in ipſa erant cæſi ſunt, reliquę Romanorum naues in breuia & littora, & ſcopulos proiectę; quibus fractis qui in ipſis erant, alij in mari demerſi, alij gladio occiſi, aut in ſeruitutem adducti: qui verò ſeruati ſunt, pedites ac nudi in ſua caſtra ſe recepere. Scythæ autem, quibus non è ſententia res procedebant, de reditione domum mentionem fecere. reuertentibusq́; terra mariq́;, neque enim ſatis erant ipſis omnibus naues, quippe quum alię ob ſuperius dictam cauſam & naufragium depreſſæ & captæ, aliæ à tempeſtate & fluctibus fractæ eſſent, & idcirco plures pedites iter faciebant, occurrens Catacalo Combuſtus ciuitatum & locorum ad Iſtrum præfectus ad littus Barnæ ità appellatæ, & congreſſus eos vi fudit, pluresq́; occidit. Octingentos autem viuos captos vinctos ad Imperatorem mittit. hic enim vir etiam quando primum à ſuis ſedibus profecti Scythæ ad regiam vrbem contendebant, & irruentes in eam regionem, cui forte ipſe præfectus erat, prædabantur, coacto ſuo exercitu cum ipſis dimicauit, & ſtrenue decertãs eos vi fudit, fugauitq́;, & in ſuas naues fugere coegit: rurſusq́; ſeruans maritima loca ſuo Imperio ſubiecta, & exitum expectans, quum reuerterentur, fortiter eos ſuſtinens ea præclara geſſit facinora quæ modo dicta ſunt. Septembri autem menſe indictione duodecima anno. 6552. flauit ingens ventus, ità vt fere omnium vitium fructus corrupti ſint. Hoc anno quum dies feſtus celebraretur Sanctorum quadraginta martyrum, nona die Martij menſis, quum progreſſurus eſſet Imperator ad cultum ſanctorum publice, ſeditio à populo concitata eſt. quum enim egreſſus eſſet multis cum ſatellitibus e palatio, multiſque bonis ominibus, & ad templum ſaluatoris in ærea perueniſſet, atque inde equitaturus eſſet, & ad Martyrum tumulum venturus, repente è media turba exaudita vox eſt, nos ſcleranam reginam nolumus, neq́; propter ipſam matres noſtræ Porphirogennetæ morientur, Zoe & Theodora, & ſtatim confuſa ſunt omnia, & perturbatus populus conabatur Imperatorem occidere: & niſi celerrime reginæ à ſuperiore parte proſpicientes conſternatam multitudinem ſedaſſent, haud pauci periſſent, & fortaſſe ipſe quoque Imperator; qui ſopita perturbatione in regiam reuerſus eſt, omiſſo ad Martyres acceſſu. Indictione autem tertia decima, bellum aduerſus Anium initium cepit, verum altius repetendum, quomodo & qua de cauſa Anio Toparchę quieſcenti,

ac nihil

Digitized by Google

ac nihil facienti, quod culpari poſſet, Conſtantinus Imperator bellum facere aggreſſus eſt,& Georgius Abaſgorum princeps arma in Romanos mouit. erat ipſi ſocietate cõiunctus Iobaneſices,qui Anij regione potiebatur: ſed vbi vt in ſuperioribus demonſtratum eſt,Baſilius Imperator in Iberiam profectus, acie aduerſus Georgiũ decertauit,ipſumq; fuſum profligauit, veritus Iobaneſices, ne quo modo Imperator iratus ob ſocietatem aliquid in ſe,cui mederi nõ poſſet efficeret, arreptis clauibus Vrbis ad ipſum Imperatorem transfugiens & ſe ipſum dedidit, & claues tradit, qui eum excipiens ob prudentiam eo honore affecit,vt eſſet magiſter; & præfectum in vita Anij & maioris Armeniæ creat ab eo petens tabulam ſcriptam poſt obitum ſuum eiuſcemodi imperium omne in iura Romanorum conceſſurum,& fore Romani Imperij partẽ:facta ſunt hæc, & moritur Imperator. moritur item poſt multos annos Iobaneſices, quo mor tuo Cacicius eius filius excepto Imperio, pacem erga Romanos ſeruabat & ſocietatem.retinuit tamen patrium magiſtratum, neque reddere Romanis voluit, vt patria tabula cenſebat. Igitur Monomachus inuenta in Palatio tabula repetijt & Anium & omnem maiorem Armeniam, vt Baſilij Imperatoris ſucceſſor, & cum ipſe fateretur ſe Romanorum ſeruum, cedere tamen patrio nollet Imperio; viſum eſt Imperatori prælio cum eo decertandum. Itaque coacto exercitu commiſſoq; Michaeli Beſte Iaſitæ,qui prius creatus fuerat Rex Iberiæ, iuſſit cum Cacicio præliari. qui profectus, pro viribus ſtuduit iuſſa perficere.quo cognito Cacicius videlicet ſe pro amico & ſocio hoſtem iudicatum,ipſe quoquę coactis copijs,prout licebat,inuadentes propulſabat,quumq; male procederent Iaſitæ res,Imperatoris Conſtantini pręfectus cubiculi,ingenti manu Nicolaus præſes ſcholarum domeſticus, cohortium præfectus mittitur, vt numero & vi militum debellet Cacicium. mittuntur item Imperatoris litteræ ad Apleſpharim Tibij & Perſarmeniæ ad Araxem fluuium, ducem, quibus eum hortabatur, ut pro viribus incenderet maiorem Armeniam,& ſubiectam Cacicio regionem. profectus igitur Nicolaus opus ipſe aggreditur,litteras autem ad Apleſpharim mittit,ipſe quoque ſcribens & hortans & muneribus pollicitationibusq; prouocans, vt obſequeretur Imperatoris voluntati. ille autem acceptis litteris reſpondet,quæ iuberent ſe perfecturum,ſi ſibi ab Imperatore litteræ mitterentur, quæ pollicerẽtur ipſum omnia in ſua poteſtate habiturum, oppida videlicet & loca quæcumque iure belli cepiſſet, de quibus ſibi cum Cacicio controuerſia intercederet. conſenſit eius petitioni Imperator,& aureo diplomate cõfirmat,quæcumque Apleſphares petijt,litteriſq; acceptis,ille prouinciam aggreſſus eſt, multaq; Cacicij expugnata munita oppida & loca occupauit.Cacicius autem & à Romano exercitu debellatus, & à principe Tibij direptus,omni re deſperata, cum regij cubiculi præfecto fœdus icit,& ad Imperatorem dedita ei vrbe proficiſcitur:& ille quidem ad Imperatorem profectus & magiſter declaratus,acceptis ad Cappadociam, & Charſianũ,

& Li-

Digitized by Google

& Limandum oppidis, deinceps quietam, & à perturbationibus vacuam amplexus eſt vitam. Monomachus autem expugnata oppida à Tibioto, & loca tãquam Anij partes inquirens, quando ille haud libens his ceſſit, verùm retinebat aureo diplomate fretus, aduerſus ipſum ſuſcipit bellum, rurſusq; regij cubiculi præfecto præcipit vt cum Romana manu, & Iberico exercitu, & copijs in magna Armenia, quá tenebat Aniotes, Apleſphare bellum inferret. ipſe igitur coactis omnibus copijs, præfectosq; ipſi Michaelem Beſtarchem Iaſitem, & ſuum ſeruum Conſtantinum magiſtrum Ælacum cõtra Tibium mittit. Apleſphares autem rei militaris, vt ſi quis alius peritiſſimus, quique opera bellica, & hoſtium conſilia poterat impedire, quum ſe ipſum noſſet aduerſus Romanorum exercitum minime idoneum, non ſe ſe contra inſtruxit, ſed intra mænia ſe ipſum concluſit, & præterfluente fluuio in aliam partem deriuato, omniq; planitie irrigata & in paludem redacta, quæ cænoſa erat & lutulenta, hoſtium expectabat aduentum, diſtributis in vinetis circum vrbem ſagittarijs peditibus, iuſſitq; ſe occultare, & ibi morari, quoad ipſe tuba claſſicum caneret. Romanorum verò duces, quod ille ſe in vrbem concluſiſſet, quodq; planitiem in ſtagnũ redegiſſet in eam partem interpretantes, vt eſſet timiditatis ac deſperationis argumentum, incompoſiti & ſparſi alij ex equis deſilientes, alij equo vecti, vt quiſque volebat, ad vrbem accurrere, quaſi ipſa voce eam capturi: ſed vbi peruenerunt eò, vbi inter vinearum & vrbis vias concluſi eſſent, tunc ſigno tuba dato Apleſphares iuſſit eos opus aggredi, & exurgentes ex inſidijs alij ſagittas, alij lapides iacere: alij etiam à ſeptis vulnerare, quum Romani ab ijs prohiberentur hoſtes propulſare; Fit igitur magna clades, cæditurq; infinita Romanorum vis, quippe quum equi minime poſſent effugere, qui in lutum & paludes incidebant. vix igitur ſeruatus incolumis Iaſites & Conſtantinus in Anio, nuntij acceptæ cladis ipſi Nicolao fuere, renunciatoq; Imperatori infortunio, Nicolaus & Iaſites magiſtratibus abdicantur, & deliguntur pro Iaſite dux Iberiæ Combuſtus, & pro Nicolao dux cum ſummo Imperio Conſtantinus magnæ ſodalitatis princeps, Eunuchus vir, à Saracenis oriundus; qui Imperatori ante Imperium miniſter fuerat, & fidem ipſi ſeruabat. qui quum in eam regionem perueniſſent, coactis copijs munus ſibi impoſitum exequebantur, & in vrbem Tibij, quę totius gentis Metropolis erat impetum facere noluerunt: ſed reliqua loca tentarunt, Anio ſubiecta, capiuntq; ſanctam Mariam, & oppidum nomine Agopier, & Sanctum Gregorium, admodum munita & prærupta propugnacula, quum Apleſphares ſæpius conatus opem ferre obſeſſis, toties victus eſſet. accedunt etiam ad oppidum nomine Chelidonium, in prærupto colle ſitũ, neque multum à Tibio diſtans: quod circundatum vallo & aggeribus obſidione in ſuam poteſtatem redigere contendebant: etenim oppidani inopia quoq; rerum, quæ ad victum neceſſariæ forent, laborabant: neque enim antea commeatus importauerant, celeritate oppugnationis oppreſſi, & id quoque ſubegiſſent,

giſſent, niſi repente patricij Leonis Tornicij ab Occidente rebellio concitata fuiſſet, hic enim dux exercitus in Iberia affectatæ Tyrannidis accuſatus, & imperio abdicatur, & monachus detondetur, & in vrbem perductus domi manere in Andrinopoli iubetur. non ferens autẽ æquo animo, quæ ſibi illata eſſent, clam & paulatim eos duces, qui erant Andrinopoli ſibi conciliat, quicumque forte neglecti erant & otioſi, & per ipſos eorumq; cognatos corruptis Macedonicarum & Thracenſium legionum præfectis, & otioſis militibus, ex ijs, qui præda ac rapinis gaudebant, & idonea conflata manu Imperator declaratur: coactoq; omni ſibi ſubiecto populo, adhibita celeritate regiam vrbem inuadit. Quum Imperator minime idoneum ad reſiſtendum in acie haberet exercitum, neque ciuibus fideret, quod in ſe beneuolentiam & fidem ſeruaturi eſſent; Idcirco nuncius in Iberiam ad Conſtantinum mittitur, qui publicis vectus equis Imperatoris litteras affert, iubentes, vt omiſſa, quam in manibus haberet in præſenti prouincia, quam celerrime cum copijs ad vrbem regiam ſe reciperet. Ipſe acceptis litteris quamuis in manibus haberet oppidum, attamen ſoluta obſidione cum Apleſphare fœdus icit, ipſumq; execrationibus & iureiurando obſtringit fore vt ſemper beneuolentiam erga Imperatorem conſeruãs, numquam mali quidpiam in Romanos moliatur: quo facto & copijs receptis ſtudioſe regiam vrbem petebat, & Chelidonium hoc modo ne caperetur, euaſit. Conſtantinus autem cum Orientis legionibus & omni exercitu deſcendẽs in vrbem regiam ingreditur, omnis verò multitudo in Thraciam Imperatoris iuſſu traijcitur: pars ad Chryſopolim regiæ vrbi oppoſitum portum habẽtem, pars ad Abydum, quæ eſt ad Helleſpontum. ſed hoc poſterius accidit. priuſquam verò copiæ aduenirent, Turnicius Septembri menſe indictione prima, Imperator, vt demonſtratum eſt, declaratus: ad regiam vrbem accedit, ſperans vel ipſa voce ſe eam capturum, eo quod Imperatori copiæ deeſſent, cõſtructoq; vallo è regione Blachernarum proxime monaſterium Sanctorum Anargyrorum, prius quidem verbis & pollicitationibus ciues tentabat. ſed quum nemo ei conſentiret, iam munus aggrediebatur, & ipſe Imperator ciues, & quicumq; inueniebantur in urbe milites, contra inſtruere, ciuibus & populo in muris diſpoſitis. milites autem & alios quoſdam ſenatorij ordinis principes ſuo iuſſu armatos inſtructoſq; haud amplius mille numero, è muris educens per portas q̃ ſunt in Blachernis, aduerſos Tyranno ſtatuit, vallo quodam prius extructo ad prohibendos, quicumq; inuaderent: quum opus eſſet intra portas detinere, & à muris inuadentes propulſare, multum Magiſtro Argyro Italo ſupplicante, & hortante, vt intus manerent, neue erumperent, & ne vellent cum furenti exercitu & inflato iracundia, & militaribus pugnis exercitato confligere, cum adeo paucis militibus & exercitu Tyrone, ac bellorum imperito. verum non potuit id ei perſuadere. repugnabat enim Conſtantinus cognomento Lichondes, qui primas partes apud Imperatorem obtinens apud ipſum plurimum valebat, & huius

Digitized by Google

huius conſilij auctor fuit. quum autem circiter crepuſculum noctis erumpiſſet, vbi id cognouit Tyrannus, ſuis inſtructis copijs magno impetu inuadit, & dicto citius perrupto vallo eos, qui intus erant fundit, fugatque; quorum alij capiuntur, alij fugientes & in foſſam vrbis decidentes, miſerabiliter periere: fugerunt item de muro præcipites ciues, & ſimiliter Ianitores murorum, qui ſunt in Blachernis portis apertis: & niſi quædam fortuna Turnicio aduerſa res eius impediſſet, nullo negocio ingreſſus rerum omnium potitus eſſet; ſed modo perſequutus vſque ad murorum foſſam: perſequi deſtitit, & rurſus recepto animo qui cum Imperatore erant, & portas tenuere, & muros diligenter cuſtodierunt: tunc etiam Imperator, parum abſuit, quin periret ſagitta percuſſus, niſi Deus eum ſeruaſſet ſagitta delata in cuiuſdam famuli rotundum capitium, quod & habentem & Imperatorem ſeruauit; Hoc modo vrbs quæ parum abſuit, quin caperetur, ſeruata eſt. Apoſtata autem quoſdam dies in caſtris commoratus, vbi qui cum ipſo erant paulatim diffluentes ad Imperatorem transfugiebant, veritus ne quo modo omnes ipſo relicto abirent, vel Imperatori captum traderent, inde profectus ad Arcadiopolim reuerſus eſt. & ipſe cum Ioanne Batazze poſitis caſtris, ibi morabatur. Theodorum autem cognomento Strabomittem & eum, qui Multus dicebatur, & Barnam Marianum legionum occidentis præfectos ſibi con ſanguinitate coniunctos ad oppugnationem Rhædeſti mittit. aliæ enim Macedoniæ & Thraciæ vrbes ad eum ſe applicauerant. hæc ſola beneuolentiam erga Imperatorem ſeruabat, ſtudio Archiepiſcopi ipſius & cuiuſdam indigenæ potentis nomine Battazze Tornicij propinqui. vt verò illi profecti, tempore conſumpto nihil perfecere, ipſe quoque eo proficiſcitur, cum omni exercitu, omnique conatu aggreſſus vrbem, & machinis admotis, & vndique repulſis ſtrenue oppidanis machinas propulſantibus, rurſus reuerſus eſt ad Arcadiopolim ſoluta obſidione; ſed quum nuper Orientis legiones ex Chryſopoli, & Abydo in Thraciam tranſmiſiſſent, Imperator præfectum ipſis Michaelem magiſtrum Iaſitem cōtra rebellem mittit, qui coactis in unum copijs & caſtris aduerſus rebelles poſitis pugnam non inibat, ſed potius rationem habebat eorum locorum, quæ rebellibus ceſſerant, & aduerſus captos ſe humanum præbebat; ſcriptas litteras ad eos clam mittebat, quibus & malorum obliuionem pollicebatur, & bonorum copiam. vbi autem hyems ſuperuenit, & rerum ad victum pertinentium indigebant, tum ipſi rebelles, tum iumenta & equi, nequeuntes frigori & fami & hoſtibus reſiſtere, paulatim ad Magiſtrum confluebant; & quoad obſcuri & ignobiles transfugere, permanebat, & ſpe nutriebatur. vbi verò Marianus Barnas, & Polys, & Theodorus Strabomittes, & qui originē ducebant à Glaba, & quidā alij nobiles ſimul coacti relicto ipſo ad Iaſitem ſe contulere fugiens cum Ioanne Batazze, qui ſecundum ipſum in exercitu rebellium princeps erat, quum euadere non poſſet, in quoddam templum con-

ſugit, & rebellium conſpiratio diſſoluta eſt. & hos Iaſites miſit qui caperent, captoſque ad Imperatorem vinctos introducit, milites autem ſinguli in ſuam patriam rediere, Imperatoris iuſſu, & Tornicius, & Batazzes, veſpera celebritatis ortus Chriſti, luminibus priuantur, & eorum bona publicantur, quicumque vſque ad rei exitum Tyrannum ſequuti ſunt, cum ignominia prius per forum traducti, & in exilium miſſi. & defectio hunc habuit exitum. Deinceps initium capiunt mala à Turcis profecta, quinam autem * Turci ſint, & quo modo cum Romanis bellare cœperint, altius repetens enarrabo. Turcorum natio, genus eſt vnicum, habitat ad Boreales partes Caucaſi montis virorum fæcunditate pollens, ſuiſq; legibus viuens, & à nulla vmquam natione in ſeruitutem redacta: Perſarum verò Imperio ad Saracenos redacto, & Saracenis non ſolum Perſide, & Media, & Babylone & Aſſyrijs potientibus, ſed iam etiam Ægypto, & Lybia, & non exigua Europæ parte, vbi diuerſis temporibus inter ſe diſſidere cœperunt, & vnum hoc maximumque Imperium in multas partes diuiſum eſt, & alium principem habuit Hiſpania, alium Lybia, alium Ægyptus, alium Babylon, & alium Perſis: & inter ſe minime con ſentiebant. Immo verò finitimi, finitimis bellum inferebant, princeps Perſidis & Choraſiniorum, & Oretanorum & Mediæ, Mæhumet Baſilij Imperatoris tempeſtate, Imbraelis filius cum Indis & Babylonijs pugnans & aduerſa fortuna vſus ſtatuit legatos ad Turciæ principem mittendos, qui ſocietatem cum ipſis peterent. mittit igitur ad ipſum legatos & ſumptuoſa munera, petitque ſibi ab eo mitti ſocios numero tria millia. Qui libentiſſime accepta legatione, & miſſis muneribus lætatus, mittit trium millium ducem Tagrolipecà Mucalet filium Michaelis, ſimul fore ſperans vt ſi poſſent eos propulſare, qui Saracenos inuaderent, facillime Araxidis fluuij pontem, qui prohibebat Turcos in Perſidem ingredi, veluti turribus hinc atque hinc munitum, & vbique à cuſtodibus obſeruatum, peruium facerent: demptiſque cuſtodibus ſubiectam ſibi facerent Perſarum regionem. Quum igitur aduenîſſent mercenarij, eoſque excepiſſet Muchumet, coactis ſuis copijs inuadit Arabum principem Peſſaſirium, & facile ipſum profligat, quum ſuſtinere non poſſent Arabes arcuum iactus, reuerſuſque in ſuam patriam properauit aduerſus bellantes Indos pugnare. quum verò illi peterent, vt ſibi in ſuam patriam redire liceret, concedente ſibi cuſtodia in Araxide diſpoſita, ſi quidem ille in hoc incumbebat, vt vim ipſis inferret, veriti ipſi, ne quid detrimenti acciperent, rebellant, & Carbonitem ingreſſi ſolitudinem; quod non confiderent pauci aduerſus tot myriadas inſtrui, inde excurſiones facientes, diripiebant, ferebantq; res Saracenorum. Igitur Muchumet, quæ fierent ægre ferens, coactum exercitum circiter viginti millium aduerſus Turcos mittit præfectis ipſis decem ducibus ex Saracenis illis, qui & generis nobilitate, & prudentia & virtute, teſtimonio probatorum virorũ præſtarent.

Not. Origo Turcorum.

Digitized by Google

Igitur iſti profecti abierunt ad bellum,& in ſolitudinem ingredi, propter aquarum & commeatuum inopiam, inutile cenſebant, ſed proxime ſolicitudini hoſtium locatis caſtris conſiderabant, quidnam faciendum eſſet. & Tagrolipex in profunda ſolitudine pernoctans, vbi cognouit exercitum contra ſe aduenire, cum ſuis collocutus, & vtile ratus noctu Saracenos & Perſas inuadere, adhibita celeritate duobus diebus, tertia noctu aggreditur ipſos ſine cura in tabernaculis degentes, neque vllum malum expectantes.

Et hos quidem dicto citius fundit, & curruum equorumque ac multæ pecuniæ potitus, non amplius deinceps vt exul & latro irruptiones occultas faciebat, verùm aperte ſub diuo pugnabat, confluentibus ad ipſum omnibus quicumque ob patrata facinora mortem metuebant, & ſeruis & ijs, qui rapinis gauderent, ita vt breui tempore ipſe coegerit maximas copias, circiter fortaſſe quinquaginta millia, & res illius in hoc ſtatu erant. Muchumet autem haud æquo animo ferens acceptam cladem, ſed graui iracundia percitus, decem præfectos luminibus priuauit, milites verò, qui periculum effugerant, in triumpho ducturum ſe minatus eſt muliebribus veſtibus indutos,& ipſe interim ad contra reſiſtendum in acie ſe inſtruebat. & milites ante victi cognitis minis, ad Tagrolypicem confugiunt. quum igitur tot & tales copiæ ad ipſum ſe adiunxiſſent, coacto omni exercitu aduerſum Muchumetum contendebat, ſtudens de ſumma rerum prælio decertare. verùm ille quoque Saracenis inſtructis, & Perſis & Cabiris, & Arabibus, conflatoq; exercitu circiter quingenta millia, & Elephantis turres ferentibus centum, cum ijs omnibus occurrit ad locum nomine Aſpacham, commiſſaque acerrima pugna vtrinque multi occubuere, in quibus ipſe quoque Muchumet: adequitans enim incompoſite huc atque illuc, ſuumq; iubens exercitum bono animo eſſe, quum equus cecidiſſet, fracta ceruice mortuus eſt; quem vt occubuiſſe ſenſit eius exercitus, cum aduerſarijs conſenſit. & Tagrolypex ab omnibus Imperator Perſidis declaratur, declaratusq;, miſit qui demolirentur cuſtodiam ad Araxidis pontem, & tutum iter volentibus Turcis in Perſidem conceſſit: iſti autem dimiſſi cum omnibus copijs excurſiones facere, exceptis ijs, qui in ſuam patriam redire cupiebant, euerſiſque Perſis ac Saracenis, Perſidis potiti ſunt, Tagrolypica †, Sultanum appellantes, hoc eſt omnium dominum, & regem regum, qui omnes magiſtratus indigenis ademptos ad Turcos tranſtulit, omnemque Perſidem ipſis diuiſit, indigenis prorſus detractis & ſubactis; vt autem res è ſententia ei viſæ ſunt procedere, prius cum finitimis principibus bellum gerere cœpit, & aduerſus Piſſaſſirium Babylonis principem ipſe ſe ipſum inſtruxit: quem quum diuerſis prælijs viciſſet, euertiſſetque, Babylonis regione potitus eſt, & aduerſus Carbeſen Arabum principem, mittit Clutumum fratris parentis ſui filium, tradita ei ingenti manu. qui profectus & cum Arabibus congreſſus,

† Sultanus dominus omniũ ex rex regem.

congreſſus, ac victus turpiſſime fugit. reuertens autem à clade, & iter per mediam facturus, videlicet Baaſpracan, cui regioni tunc imperabat ab Imperatore miſſus Stephanus patricius, Conſtantini qui contra Imperatorem dominabatur Lichudiæ filius, mittit ad ipſum legatos, petens ſibi concedi, vt ſine impedimento tranſire liceat, pollicens maxime horribili iureiurando, illæſam, & innoxiam regionem ſe ſeruaturum. Qui acceptis legatis, ſuſpicatus petitionem timiditatem eſſe, coacto indigenarum exercitu ad bellum, Turcis occurrit. Cutlumus autem ijs, quæ fierent admodum dolens, erat enim omnis eius exercitus, vt qui è clade rediret, pedes & inermis, attamen vel inuitus coactus eſt contra decertare, commiſſaq; pugna funduntur qui cum Stephano erant, & ipſe cum alijs multis capitur, & iter faciens Clutumus ad Tabrerium, eum vendit regionis Toparchæ. ipſe ad Sultanum reuerſus, & de accepta clade ſe excuſans culpam in alios transferebat, pollicebaturq; ſi rurſus accepto exercitu aduerſus Carbeſum proficiſceretur, facile in eius poteſtatem Arabiam redacturum, & quaſi diuerticulo narrabat etiam de Baaſpracan; eſſe videlicet regionem fertiliſſimam, teneriq; à mulieribus, eos innuens milites, qui ſecum pugnauerant. ſed illum Sultanus detinere cogitabat ob dedecus iratus propter acceptam cladem & interficere. ſed aduerſus Romanos arma mouere verebatur, metuens ac perhorreſcens trium ſuperiorum Imperatorum vel ſola fama præclara facinora, Nicephori, Ioannis, & Baſilij: ſuſpicanſq; eamdem virtutem & potentiam adhuc Romanis adeſſe: tamen ambiguus erat & dubius, & cogitabat quidnam faciendum eſſet. Clutumus autem cognitis inſidijs, cum ſuis fugit, & occupata munitiſſima vrbe in Choraſmijs ſita, quæ Paſar appellata eſt, fit Sultano hoſtis, qui in præſenti aduerſus ipſum bellare noluit, ſed coactis omnibus ſuis copijs, contra Arabas proficiſcitur, commiſſaq; rurſus pugna, ipſe quoque funditur, & reuerſus à clade neque ferens dedecus, & exprobrationem Clulumi, aſſumpto plurimo exercitu ad Paſar accedit, perſeuerauitq; cum ſuo patruele diutius bellare. qui vrbe munitiſſima fretus, ſæpe apertis portis erumpebat, & Sultano haud mediocre inferebat detrimentum.

Aduerſus Romanos autem alterum mittit exercitum circiter viginti millia, præfecto ipſis duce fratris filio Aſa nomine Surdo, iuſſoq;, quam celerrime proficiſci. & ſi res ei ſuccederet, in ſuam ditionem Mediam redigeret: & hæc in Perſide gerebantur. Pancratius autem Iberiæ Dux, vir laſciuus & incontinens, violato Liparitæ cubili (erat autem Liparites Horatij Liparitæ filius, qui Baſilio imperante in bello aduerſus Georgium fuerat interfectus, vir & prudentia & virtute clarus, quiq; ſecundum Pancratium plurimum poterat inter Iberos) coegit ipſum facinus illud moleſte ferentem contra ſe arma ſumere, prælioq; ſuperatus ab eo intra Caucaſios montes & interiorem Abaſgiam pellitur. ille quum ad regiam perueniſſet, vi cum ſua Regina coit Pancratij matre & totius Iberiæ Imperio potitur. miſſiſque litteris ad Imperatorem petit aſciri in ſocietatem & amici-

Digitized by Google

amicitiam Romanorum,qui legatione accepta cum eo ſocietatem coit. aliquo tempore etiam Pācratius per Phaſidem fluuium & Suana, & Colchos ſuſcepto itinere ad Trapezuntem ſe recipit, & inde nuncium ad Imperatorem mittit,indicans cupere in vrbem ingredi,& cum eo colloqui.iuſſus igitur ingreditur,& cum Imperatore congreſſus primum ei multa exprobrat,quod Imperator quū eſſet, & cum duce haud mediocris regionis Abaſgiæ fædere coniunctus fædus ipſum violarit,viroq; idiotæ,& ſeruo,& Apoſtatæ conſenſerit. deinde etiā hortatur vt inter ſe concilientur.quod factum eſt,ipſius Imperatoris ſtudio, & opera,icto fædere inter ſe,vt Pancratius dominus eſſet & Princeps totius Iberiæ atque Abaſgiæ:ipſe autem partis Meſchię imperaret,quem ille in vita dominum & Imperatorem haberet.& res Abaſgiæ in hunc ſtatum redactæ ſunt.

ASan autem aduerſus Romanos à Sultano miſſus, præterito Tabrezio,& loco,qui Telphis dicitur, in Baaſpracaniam venit,omnia vexans & igne conſumens: atque obuios quoſque interficiens, ne puerili quidem parcens ætati; at regionis princeps Aaron Beſtes,Badiſſabi filius,& Pruſiani frater,quum ſe minime idoneum noſſet,neque tanta prēditum potentia,vt poſſet tantæ Turcarum multitudini reſiſtere, litteras mittit ad Beſtem Catacalum Combuſtum Anij & Iberiæ principem,vt cum copijs quàm maximis poſſet ſibi auxilium ferret.qui acceptis litteris,& dicto citius coacto ſuo exercitu, quàm celerrime eo proficiſcitur,& cum Aarone coniungitur; propoſitaq; conſultatione, vtrum nocturna pugna vtendum eſſet, an verò aperto marte pugnandum, neutri conſilio conſenſit Combuſtus; ſed alia ratione ſtratagemate cenſuit decipiendos hoſtes. cōſuluit relictis caſtris,vt ſe ſe habebant,cum tentorijs & iumentis & reliquis impedimentis noctu inſidias in opportuniſſimis locis collocare, vt quum Turci adueniſſent,& caſtra viris vacua offendiſſent,dum diripiendis ijs,quæ intus eſſent bonis,occuparentur,tunc verò ex inſidijs ipſi erumpentes, in eos inuaderent,neque eum feſellit opinio: mane ſiquidem exurgens Aaron è proprijs caſtris,ad ſtrangam fluuium poſitis, prodit vt pugnaturus. Sed vbi nemo ei obuiam ibat, & Romanorum vallo appropinquauit, in quo neque cuſtodia vlla erat,neque vox exaudiebatur, erat enim ab omnibus copijs vacuum,tūc ratus fugiſſe Romanos,& multis è locis in caſtra irrūpit,& ſpolia diripi iubet.Romani autem circiter noctis crepuſculum ex inſidijs erumpentes compoſiti incompoſitos Turcos aggrediuntur, ſtatimq; eos fundunt, quum Romanum impetum ferre non potuiſſent.occumbit igitur Aſan primus, inter pugnantes princeps:occumbit item validior pars exercitus.qui autem reliqui fuere,hi pauci,& inermes per montes ad Perſarmeniorum urbes incolumes ſe ſe recipiunt.Sultanus autem ab ijs qui fugerant de infortunio certior factus, magna ſollicitu-

dine

Digitized by Google

dine affectus eſt. & ſummo ſtudio contendebat, vt acceptam cladem corrigeret, & coacto exercitu & Turcis, & Caberijs & Delemnitis ad centum millia, traditoq; Abramio Alim fratri ex altero parente nato, cum ipſo aduerſus Romanos eum mittit: cuius aduentu nuntiato rurſus coniuncti quos ſupra memorauimus exercitus Duces, in conſultatione propoſuerũt quid facto opus eſſet: & Combuſto quidem videbatur cum præſentibus copijs Turcis occurrẽdum extra Romanos fines, ibique decertandum, quum adhuc plures ex hoſtibus carerent equis, & aliæ copiæ ex itinere longiſſimo eſſent defatigatæ. quum præterea Turcis deficerent illa ferrea inſtrumenta, quibus equorum vngulas munire conſueuerant, ipſi verò Romani elati & audaces effecti ob modo dictam uictoriam, & ad congrediendum cum hoſtibus alacriores. At Aaron contra ſentiebat, continendas copias, muniendas vrbes, in arces, & intra muros omnia cõcludenda, & id Imperatori ſignificandum: neque eius iniuſſu adeo parua manũ contra tantum barbarorum hoſtium numerum præliandum; quum ita Duces pronunciaſſent; Aaronis ſententia vicit, & ipſi cum exercitu profecti in Iberiam ad quamdam planitiem indigenarum lingua nomine Vrtron commorantes, quieſcebant ſub dio, prius omnia agreſti populo, & mulieribus, & pueris, & omnibus pretioſis rebus in loca munita concluſis: ſcripſeruntq; Imperatori per celerem tabellarium, ei hoſtium aduentum declarantes; qui acceptis litteris illos ſe ſe continere iuſſit, quoad Liparites cum Iberorum copijs accedens cum Romano exercitu coniungeretur. mittit quoque ad ipſum litteras, quibus eum quamcelerrime, ſi modo ſocium ſe & amicum Romanorum indicaret coacto omni ſuo exercitu hortabatur accedere, & Romanis ducibus coniungi, atque vna cum ipſis contra barbaros pugnare, & duces acceptis litteris, vt iuſſi fuerant, quieſcebant; ac Liparitæ aduentum expectabant: Ille accepto regio Imperio per otium cogebat & inſtruebat exercitum. & interea dum iſte ſuas copias colligeret, etiam tempus terebatur; Abramius quum in Baaſpracaniam perueniſſet, cognouiſſetq; Romanos illic collectos, ſimul atque audiuiſſent ipſius aduentum in Iberiam redijſſe, timiditatem, vt par erat, ratus, id factũ pro nihilo ducens, & prædam, & ſpolia, à tergo ipſos inſequebatur feſtinans cũ præſentibus congredi priuſquam aliæ copiæ ſimul cogerentur: quo cognito Duces Romanorum, veriti ne qua modo cogerentur vel inuiti dimicare, antequam Liparites accederet, ſubeuntes quoſdam locorum anguſtias præruptas, & valles vndique munitas, ibi quieſcebant, ſcriptis ad Liparitem litteris, ne amplius cunctaretur, ſed quam celerrime accederet. Abramius autem non conſequutus Romanum exercitum in eum locum ſe confert, qui Arze nuncupatur; eſt autem Arze vicus infinitis hominibus refertus, & plurimis diuitijs: ſiquidẽ ipſum incolebant inquilini mercatores Syri & Armenij, & aliarum nationum haud exigua multitudo. qui propria multitudine freti, intra mœnia ipſum non receperunt, cum præſertim Theodoſiopolis prope ſita eſſet, vrbs maxima & forti

Digitized by Google

forti muro,atque inexpugnabili munita, Combuſto multum litteris minante & adhortante. Igitur quum Turci eo veniſſent, & operi incumberent, qui in Arze erant, interclufis aditibus,quum ſuper domos conſcendiſſent,lapidibus, & lignis, & ſagittis inuadentes propulſabant, & ſex integros dies propugnare perſeuerarunt. qua re ducibus renunciata, Combuſtus maxime inſtare & hortari vt accedentes cum Turcis, quibus in animo eſſet oppugnatio, congrederetur, neue fruſtra tempus contereutes, ſederent inutile expectantes auxilium Liparitem, ſed cogitantes occaſionem præterire, quam rurſus aſſequi haud facile eſſet. verùm repugnante Aarone, & nihil faciendum aſſerente contra Imperatoris voluntatem,ipſe quoque quieuit. Abramius verò, cui nõ ex ſententia res procedebant,quum non poſſet obſidione vicum in ſuam poteſtatem redigere, neglectis diuitijs ac præda, ignem in domos inijci iuſſit. ſtatimq; Turci aſſumptas faces, & materiam ad comburendum idoneã incẽdentes,in domos proiecere. accenſo autem vndique igne, & maximo incendio exſuſcitato, Arzini quum neque igni,neque ſagittarum iactibus reſiſtere potuiſſent,in fugam verſi ſunt. & fertur circiter centum quinquaginta millia virorum ea die perijſſe; qui partim gladio partim igni conſumpti ſunt: nam vbi ſe captos nouere,occiſis vxoribus & liberis, in ignem ſe ipſos inijciebant. ita capto Arze Abramius multo auro comperto, & armis, & alijs quibuſdam ferreis telis,quæ ignis inutilia non reddiderat,haud mediocrem equitatũ adeptus & iumenta,ſuoq; inſtructo,vt opus erat,exercitu,redijt,inquirens Romanorum copias: quæ,quum iam adueniſſet etiam Liparites, ab ea arce quam diximus,deſcẽderant,& in planitie commorabantur,ad collis radices, vbi Capeti arx ſita eſt. Aduentantibus igitur Turcis incompoſitis,cõſulebat rurſus Combuſtus cum ipſis diſſipatis, neque adhuc compoſitis congrediendum. Sed Liparites noluit propter diem,erat enim ſabbatum decimæ octauę diei Septẽbris menſis,indictione ſecunda: habebat autem Liparites ſabbatum inter inauſpicatos dies, quod auerſatus renuit prælio decertare. & Romanorum res in hoc ſtatu erant. Abramius autem, quum per ſuos nuntios certior factus eſſet, vbi nam commorarentur Romani,& quieſcerent, inſtructis ſuis copijs compoſitus ad pugnam procedebat. quo cognito contra haud libenter inſtruebantur; in dextro cornu Combuſtus erat,in ſiniſtro Aaron,in media acie Liparite;erat autem iã veſpera. Combuſto igitur oppoſitus erat Abramius,Aaroni Choroſanes alter dux,aduerſus Liparitem inſtructus Aſpam ſclarius,Abramij ex altero parente frater. commiſſoq; prælio Aaron cornua ſibi oppoſita fudit, & vſq; ad gallorum cantum perſequutus eſt; Liparites verò quod eius patruelis occubuiſſet grauiter ferens,quum violento impetu concitaſſet equum,& equus ipſe vulneratus cecidiſſet, capitur: & ille quidem in his verſabatur. At Romani quum perſequi deſtitiſſent,& deſcendiſſent ex equis Deo hymnos pro parta victoria cecinere: vna voce exclamantes. Quis deus magnus ſicut Deus noſter?

Et interea Liparitem expectabant, quem illi adhuc inimicos perſequi opinabantur. at vbi ille nuſquam viſus eſt, maxima cura angebatur ambigētes quidnam eo factum eſſet. ita dubitantibus illis, quidam miles venit ex ijs qui ſub eo militabant, nuntiatq; ducibus eum fuſum & captum. & Abramium è fuga reuerſum, ſuoq; cum fratre coniunctum, Aſan enim in prælio ceciderat, adducto Liparite & Iberis illis, quos ceperant, in locum, qui Caſtrocome dicitur, adhibita itineris celeritate ſe recepiſſe: perculſi ſunt vbi hoc audierunt duces exercitus, attamen ibi pernoctarunt vigiles, & vbi dies illuxit, & in conſultatione propoſitum eſt, quid agendum eſſet, quumque omnes expedire cenſuiſſent, vt ſinguli domum redirent, Aaron cum ſuo exercitu in Ibam profectus eſt. hæc autem Baaſpracan Metropolis eſt. & Cōbuſtus cum ſuis ad Anim redijt. Abramius verò elatus, quod Liparitem cepiſſet, ſeque omnium hominum fortunatiſſimum ratus ob præſentem proſperum ſucceſſum, alijs omnibus neglectis, contento itinere, quinque diebus ad locum illum peruenit, qui Rhe nuncupatur, & inde ad Sultanum ſe confert, miſſis prius bonis nuntijs, qui captum Liparitem indicarent; Sultanus verò lætari quidem & exultare videbatur ob captū Liparitem, ſed re vera fratri inuidit, quod tali proſpero fortunæ flatu vſus eſſet. ſemperq; meditabatur, & cauſas excogitabat, quibus illum è medio tolleret. Imperator igitur vt captum Liparitem audiuit, totus ad eum liberandum incubuit, miſſiſq; ſumptuoſis donis & redemptionis precio, Sultano per Georgium cognomēto Droſum: erat autem Droſus Aaronis ſcriba, & liberationem illius & pacis fœdera petijt. at Sultanus accepta legatione quum mallet magnificus Rex eſſe quàm ſordidus caupo, dona Imperatori remittit, acceptumq; redemptionis precium Liparitæ omne præbuit, hortatusq; eſt, vt præſentis diei in omni vita memor numquam poſthac in Turcos arma vellet mouere. obiuit autem hāc ipſius legationem ad Imperatorem, qui apud ipſos dicitur Seriphes, & hoc nomen apud eorum Chaliphan idem eſt, quod olim apud Patriarcham noſtrum Syncellus erat: nam vita functo patriarcha in eius throno ſtatim Syncellus ipſe collocatur. Iſte igitur Seriphes in regiam vrbem ingreſſus, & cū Imperatore coram locutus, cum multis alijs gloriatus & ſuperbe locutus, tum verò quum tributariam ad extremum fieri petijſſet ſuo Sultano Romanorum regionem, vbi Imperatorem huic rei minime conſentire comperit, infecta re ad eum, à quo miſſus fuerat reuerſus eſt. Et Imperator ex eo tēpore ſemp à Sultano bellum expectans pro viribus finitima Perſarum prouinciæ loca munienda curauit. Dum hæc fierent, accidit etiam Pazzinacarum metus, quomodo autem & qua ratione, dicendum eſt. Pazzinacarum natio Scythica eſt ab ijs Scythis, qui regij appellantur oriunda, & magna eſt & virorum multitudine fęcunda, cui ne vnum quidem per ſe Scythicum genus poteſt reſiſtere; diuiſa eſt in tredecim gentes, quæ omnes quidem communi nomine vocantur: ſed ſingulæ ſuum proprium habent à generis principe, & originis auctore cognomentum

rum ſortitæ: incolunt autem loca vltra Iſtrum à Boriſthene fluuio ad Pannoniam pertinentes campos, & nomades cum ſint, ſemper in tentorijs vitam degunt. Huius generis princeps tunc erat Tyrach filius Belſter nobiliſſimus, ſed alias ingenio hebes, & quietus. erat quidam alius in ea gente nomine Cegenes Salzar filius genere obſcurus, & fere ignotus; in rebus verò bellicis, & in ducendo exercitu admodum ſtrenuus. qui ſæpe Vzos, in Pazzinacas inuadentes, ſuſtinens propulſauit & in fugam vertit. Sunt autem Vzi ex vnico genere * quinetiam occidente ad ſtagna & paludes Iſtri. Tyrach igitur Pazzinacæ propter generis nobilitatem, in honorem habebant, Cegenum autem præcipue colebant ob eximiam virtutem & rei militaris peritiam, quæ audiens ac videns Tyrach, animo cruciabatur, metuens Imperio, & rationem excogitabat qua poſſet Cegenem è medio tollere. Sæpe igitur illi poſuit inſidias, quæ omnes inanes fuere. Sed vbi, quæ ſæpe clam aggreſſus fuerat, ad exitum minus perducta ſunt, ſtatuit non amplius cunctandum, ſed aperte illum inuadendum, quo circa miſſa multitudine hominem comprehendi iubet; & interfici. Ille autem præcognitis inſidijs, ad Bariſthenis paludes fugiens euitauit exitium, & inde occultis miſſis nuntijs ad ſuos conſanguineos & tribules, tantum potuit, vt ſuam gentem ad rebellandum Regi impulerit: erat hæc gens Belemarnis, & aliam quoque in eamdem ſententiam adduxit Pagumanidem nomine; Comparatiſque copijs, cum duabus gentibus aduerſus Tyrach inſtruitur; quocum vndecim erant gentes. & quum multas horas reſtitiſſet, attamen defatigatus à numero ſuperatur, & palans in paludibus, ac ſalutem quærens, vnam & ſuam & ſuorum agnouit; ſi ad Romanorum Imperatorem confugeret: & idcirco, quum ad Doroſtolum perueniſſet, & in quadam fluuiali inſula ſe concluſiſſet, vbi & ipſe, & ſui ab inſidijs tuti erant: erant autem numero circiter viginti millia, ſignificat regionis præfecto, erat is Michael Anaſtaſij filius, & ſe ipſum declarat quis eſſet, & quæ infortunia fugiens huc euaſiſſet, ac velle ſe ad Imperatorem vltro accedere pollicitus, ſi reciperetur, eius ſe rebus maximo vſui futurum. ille autem quum hæc quamcelerrime renuntianda curaſſet Imperatori ſtatim iubetur hominem cum ſuis recipere, eiſque res victui neceſſarias ſuppeditare: atque ipſum honorifice ad Byzantium mittere: & ille quæ iuſſus fuerat peregit. Cegenes autem, quum in vrbem regiam perueniſſet, amice & magnifice exceptus eſt, & ipſe pollicitus eſt ſe baptiſma ſuſcepturum, & ijs, qui ſecum erant, vt idem facerent, perſuaſurum: & ad Patriciatus dignitatem perductus eſt: & oppida tria accepit ex ijs, quæ ad ripas Iſtri ſita ſunt, & terræ plura ſtadia, & in reliquum in amicitiam, & ſocietatem Romanorum aſcriptus fuit. & quod maximum eſt, ſanctum, vt pollicitus fuerat, baptiſmum ſuſcepit, & ipſe & qui cum eo erant, per Euthymium quemdam monachum, miſſum vt ea quæ ad Diuinum lauacrum

* Videtur hic aliqua deeſſe.

GG pertinerent,

Digitized by Google

pertinerent, apud Iſtrum fluuium perficeret; & omnibus ſanctum baptiſma impertiretur. In tuto autem loco poſitus, quum ad repentinos impetus ſe ſe communiſſet, ad vlciſcendum inimicum animum conuertit, & traſmiſſo Iſtro, modo cum mille, modo cum duobus millibus, interdum pluribus interdum paucioribus, ſubito inuadens maxime vexabat, & lædebat Pazzinacas, qui cum Tyrach erant; viros ſibi obuios occidens, mulieres & pueros capiens, ac Romanis vendens: hos eius clandeſtinos impetus in ſuam gentem haud æquo aĩo ferens Tyrach, legatos ad Imperatorẽ mittit, qui nunciarent oportuiſſe magnũ Imperatorẽ, cui cum natione Pazzinacarum fædera intercederent, non oĩno ſuum rebellem recepiſſe, ſed poſtquã recepit, prohibere ne tranſmitteret, & fædere coniunctos lęderet. vel igitur vir prohibeatur talia perpetrare, vel nullã ſocietatem conſequatur, vel nouerit Imperator contra ſe, & ſuam regionẽ grauiſſimũ bellum ſe contrahere, & hæc quę noĩe Tyrach nuntiata ſunt Imperatori, acceptis nuntijs Imperator riſit. Si Pazzinacæ minis, illius proditor fieret, qui ad ſuam fidem confugerat, & prohiberet vexare eos, à quibus vexatus fuiſſet & legatos re infecta remiſit, litteraſq; ad Michaelẽ mittit earum vrbium præfectũ, & ad ipſum Cegenẽ, vt diligenter, & accurate fluuij ripas cuſtodirent, quod ſiquis ingens exercitus inuaderet, ſibi per litteras id ſignificarent; vt ex occidentis legionibus miſſi aliqui, Pazzinacis impedimento eſſent, quo minus Iſtrum traſmitterent; miſit aũt triremes centũ, quibus imperauit, vt præternauigarent Iſtrũ, & conantes Pazzinacas tranſmittere prohiberet. Tyrach verò quum ſui legati re infecta rediſſent, grauiter ferre & indignari, & optare vt quamprimum hyems aduenirer, & iam exacto Autumno, quum adueniſſet hyems ſole capricornum ingreſſo, ventus ingẽs flauit, Aparctias, quo glacie cõcretus eſt fluuius, ad quindecim cubitos in altitudinẽ. Igitur quũ oĩs cuſtodia otioſa eſſet, nactus licentiã & facultatẽ quam optauerat Tyrach, cum oĩbus Pazzinacis Iſtrum tranſmittit, numero vt ferebatur, octingentis millibus, & ad vlteriorem partem caſtris poſitis, vexabat & demoliebatur omnia in quæ ille inciderat. Miſſæ ſunt ad Imperatorem litteræ petentes quamprimum ſibi auxilium ferri, quibus ille ne lectis quidem, Duci Adrianopolis ſcribit, erat hic Conſtantinus magiſter Arianites; vt cum Copijs Macedonicis, itemq; Baſilio Monacho Bulgariæ Duce, vt cum Bulgarica manu accederent, & cum Michaele & Cegene coniuncti, aduerſus Pazzinacas prælio decertarent: quibus Imperium regium exequutis, & omnibus in vnum coactis: Cegenes Romanas phalanges in apertis locis collocat, & quotidie ex improuiſo adortus, haud mediocriter Pazzinacas lædebat. Ipſi enim ſimul, ac tranſmiſſo flumine, animantium multorum copiam adepti ſunt; & vini & omnium eorum quæ ex melle confici conſueuere; quæ ne fama quidem vnquam acceperant: & his paſſim expleti, in morbum inciderunt, qui ventrem male affecit, & peribant ſingulis diebus infiniti numero. Quo cognito Cegenes per quemdam transfugam, ratus hoc

idoneam

Digitized by Google

idoneum tempus, quo in hoſtes inuaderet, quum & hyeme, & morbo opprimerentur; adductis quoque in ſuam ſententiam Romanis, qui ſegnes erant, & verebantur aduerſus tot miriadas in aciem inſtructi prodire, in hoſtes erumpit: qui repentino impetu perculſi, & prælium metuentes, abiectis armis, & ipſe Tyrach, & omnes præfecti, ac reliqua multitudo ſe ipſos dedunt. Cegenes igitur conſulebat, & obteſtabatur omnes penitus interficiendos, illud prouerbium barbarum quidem, ſed multo ſenſu præditum, commemorans: Serpentem, quum adhuc hyems eſt, interfici opus eſſe, quum ille caudam nequit mouere, à ſole enim, inquit, calefactus, laborem nobis & negotia exhibebit; hoc autem Ducibus Romanorum minime viſum eſt faciendum, qui barbarum & impium cenſebant, & Romana clementia indignum, ſed illud potius placuit, vt diſſipati in deſertis Bulgariæ campis, alij alijs in locis habitare iuberentur. ipſis quoque imponerentur tributa, quæ infinita nũmero ab his exigerentur. ac ſi opus fuerit exercitu Imperatori aduerſus Turcos, & alias nationes externas, ex ipſis milites inſtruerentur: multis igitur vltro, citroque dictis Romanorum ſententia tamdem vicit, & Cegenes, quos viuos ceperat; exceptis ijs, quos vendidit, omnibus occiſis, domum reuerſus eſt: Bulgarorum verò princeps Baſilius monachus Pazzinacarum myriadas, in campis Sardicæ Naiſi & Ozzapolis diſtribuit, alijs alibi diſſipatis: omnibusq; armis, ne inſidias moliri aliquando poſſent, ademptis. Tyrach autem, & cum ipſo centum quadraginta viri, ad Imperatorem perducuntur: quos ille benigne exceptos, & ſacro Baptiſmate pfuſos, maximiſq; honoribus euectos in delitijs habuit; Sultanus autem non ferens æquo animo legatos ſuos infecta re redijſſe: coactis copijs, quæ in Perſide erant, & Babylonijs in vnum, in Romanos inuadit. quod quum ante audijſſet monachus, ſtudebat cum ſuis copijs inſtructis in acie hoſti reſiſtere: armauit autem ex Pazzinacis ad quindecim millia, & duces quatuor ipſis præfecit, ex ijs qui in Conſtantinopoli erant, Sulzun, Selte, Carabam, Catalim; ac donis haud mediocribus eos proſequutus traditis pulcherrimis curribus, & equis decoris traijcit in Chryſopolim: Ducem quoq; ipſis dedit qui eos in Iberiã perduceret Conſtantinum patricium Andobalanũ. quum aũt hi tranſmiſiſſent, equoſq; conſcendiſſent, atq; ad eã viam perueniſſent, quę ducit ad Orientẽ, vſq; ad millia aliquot paſſuum progreſſi, quũ loco Damatryi nomine appropinquaſſent, iter continuere, & conſiſtentes in via, conſultationem propoſuerunt, quę apud ipſos commentũ vocatur: quibuſdam igitur videbatur progrediendum eſſe, neq; in Imperatoris regione illius iuſſis reſiſtẽdum, quum & à reliqua natione diuiſi eſſent, neque per ſe Romanis copijs poſſent reſiſtere, neque etiam haberent arcem vllam, in quam ſe ſe reciperent, ſi qua à fortuna præter voluntatem accidiſſet repentina calamitas. alijs rurſus videbatur occupatis quibuſdam Bithyniæ montibus, ibi commorandum, & ſi qui inuaderent, eos propulſandos, nullo autem pacto in Iberiam concedendum,

Digitized by Google

regionem longinquam & externam, vbi habituri ſint hoſtes non ſolum inimicos, ſed etiam Romanos ipſos. Catalim autem ſolus cenſuit redeundum, & operam dandam vt cum ſuis cognatis coniungerentur: quumque quidam interrogaſſet, & quomodo tranſiri mare poterit, nihil amplius loquutus ſe ſequi iubet. Igitur conati Androbalanum interficere, non potuerunt: quum enim fugiſſet in quadam domo è tribus tectis conſtructa eorum palatiorum quæ in Damatryi ſunt, ſeruatus eſt incolumis. qui autem Catalim ſequebantur, ad mare accedebant, haud ſperantes ipſum parata habere nauigia, quibus facile tranſirent, ſed dubitantes & diſcere cupientes quomodo tranſmitterent. vbi verò ad littus peruenere, nihil amplis loquutus Catalim, quam hoc tantum, ſequatur quicumque vult, & ſe ipſum ſupereſſe & Pazzinacas, ſtimulato equo ingreditur in mare, & hoc alius cōſpicatus idem fecit, & poſt illum alius, tum ſtatim reliqua omnis multitudo, & natantes tranſeunt ad Sanctum Taraſium, alij cum ipſis armis, alij prius armis abiectis. quumque tranſijſſent ad ſuos incolumes, euadere potuerunt. ſiquidem nemo illis quiuit reſiſtere, aut eos eſt auſus prohibere, nam repentinus acceſſus facile illis iter effecit. coniuncti igitur cum Pazzinacis, qui erant in Triadizze, nuncios mittunt ad eos qui in alijs locis habitabant. Igitur in vnum omnes coacti, & pro armis, ſecures, quibus vtuntur agricolæ, & falces, & alia, ex ferro confecta ſumentes ex agris, inſtruebantur, & quum ad Philippopolim perueniſſent Hæmo tranſmiſſo omnis multitudo ad fluuium nomine Oſmum tentoria poſuit, in planitie, quæ eſt ad Iſtrum; ſolus autem Selte in Lomzo manens quieſcebat. Sed Arianites nuper coactis Macedonicis copijs à tergo eos inſequebatur. Et quum ad Lomzum comperiſſet Selte poſuiſſe tentoria, illius potiri non potuit, qui occuparat aufugere. Sed eius captis caſtris reuerſus eſt, & res occidentis in hoc ſtatu erant. Sultanus autem indignatus, vt diximus, propter ſuorum legatorum contemptum, & quod ſui voti minime compos fuiſſet, profectus cum omnibus ſuis copijs in regionem Romanis ſubiectam, inuadit; Et quum acceſſiſſet ad locum, nomine Comiū, nihilq; potuiſſet, quod operæ precium eſſet, efficere. nam homines regionis illius ſe antea munierant, & victui maxime neceſſaria in oppida comportarant; referta eſt autem Iberia munitiſſimis oppidis; neque vlterius progredi auſus, quod audiret Cæſareæ Romanas copias cogi, iracundia exardeſcens reuerſus eſt; & ſtudens magnum aliquod facinus patrare. quumq; ad Baaſpracan perueniſſet, & æque illic omnia communita offendiſſet, aggreſſus eſt obſidionem, ac prius tentauit locum nomine Marziciert. eſt autem vrbs in plano ſita, muris autem tribus cincta, & aquis plurimis intus fontanis irrigua, quæ eo tempore forte copioſe neceſſaria importarat. hanc opinatus Sultanus facile ſe per obſidionem expugnaturum, quod in loco ſita eſſet, vnde facile ſe inuadi poſſet, vallo proxime conſtructo, oppugnare adortus eſt, & triginta dies ſine intermiſſione oppugnans varijs elepolibus adhibitis, & omnis generis machinis, quum ſtrenue

Digitized by Google

nue qui intus erant impetus propulſarent,peritia & prudentia Ducis. Erat autem hic Baſilius patricius Apocapes; vbi ſenſit ſe conari, quæ fieri non poterant,voluit obſidionem ſoluere,& redire: Verùm illius conſilium interrupit Alcan Choraſmiorum dux, qui petijt vt vnum adhuc ibi diem moratus, ſibi prælium aduerſus vrbem concederet; lætatus autem hac petitione reditum diſtulit. mane igitur Alcan coacto omni ſuo exercitu, & conſtituto ſpectatore in quodam tumulo,ad Orientis portam,ipſo Sultano; & è Turcis,quicumque eſſent maxime illuſtres,ſumptis Elepolibus ad eam ſe recepit portam quam diximus,illic enim videbantur vrbis muri humiliores & imbecilliores, & locus altitudinem habere,& oppugnationi opitulari, quum ſuperne concéderet percuti,qui intra muros eſſent ab ijs qui extra: Diuiſo igitur in duas partes exercitu, alteram in loco illo edito iubet continenter ſagittis percutere. ipſe autem tentoria habens è viminibus complicita,bouinis byrſis ſuperne contecta,quibus erant rotæ ſub baſibus earum columnarum,quæ ipſa ferebant,leſſas huiuſmodi machinas appellant, populo plenas, ligones ferente, & ſarcula, & alia quæcumque ſunt Agricolarum inſtrumenta, exiſtimat paulatim ſe impulſurum ipſa tentoria, & muris admoturum, atque ita libere & ſine vllo metu fundamenta effoſſurum. id ſibi perſuadens nemini præ telorum multitudine conceſſum iri vt è muro proſpiceret; & ad hunc ille modum vrbem ſe cogitabat poſſe capere. Hæc autem de muro Apocapes cernens, ijs,qui muros cuſtodiebant quieſcere, ac neminem proſpicere iuſſit, ſed tantum lateres paratos haberent, & ſagittas, & alia quæ longe iaci poſſunt tela,ſignumq́;, quod ſibi ab eo daretur, expectarent. Erant autem hoc,Chriſte opitulare. quo dato opus aggrederentur. habebat autem ſecum maximos trabes ad baſim acutos.& ille ita ſe comparabat,Alcan verò, quum Turci illi qui extra erant certatim tela emitterent,& ſagittas,& viderentur eos qui intra muros eſſent percutere,paulatim leſſas impellens muro admouebat.ſed vbi iam tentoria appropinquauerunt, & videbatur fieri iam non poſſe vt retro rediret, repente ab Apocape ſigno dato,ij qui erant in trabibus diſpoſiti,trabes in tentoria immiſere,reliqui ſagittis & lapidibus percutiebant. tunc igitur tentorium illud in quo erat Alcan, multis percuſſum trabibus in tecto, earum pondere euerſum eſt,quo euerſo,qui in ipſo erant nudati, vndique percutiebantur ſagittis & lapidibus,quum nemo illis poſſet opem ferre. & alij omnes illic occubuere; captus eſt autem viuus Alcan, ab armorum ſplendore cognitus. nam duo quidam optimi iuuenes ante muros vrbis inſilientes, illius apprehenſis capillis in vrbem illum traxere, cuius caput amputatum Baſilius in Turcos iaculatur, ſultanus autem hoc caſu maxime dolens obſidionem ſoluit, & reuertitur. Simulans ſe ſe vrgeri quibuſdam neceſſarijs rebus,vt domum redeat,ſed in poſterum cum maiore exercitu aduerſus Romanos venturum. qua de re ſollicitus Manomachus,qui etiam ſtudebat Tibij præfectum, qui ſub Conſtantino

Digitized by Google

no fœdus violaret, & Romanorum res vexabat, vlciſci, omnibus Orientis legionibus coactis, atque præfecto duce Nicephoro quodam Eunucho, qui prius ſacerdos erat, & Imperatori quum priuatus adhuc eſſet, inſeruiebat, ſed propter humanam nobilitatem & gloriam, ſacerdotium depoſuerat eum rectoris dignitate honeſtatum, & Stratopedarchen declaratum in orientem mittit.

Sed vbi beneuolentiam ſeruabat Imperatori, cum exercitu profectus vſque ad pontem nomine ferreum, & Canzacium, Turcis minime occurrit, qui in planicie Perſarmeniæ caſtra habentes cum quodam Abimelech duce, Cutulmus fratre, audito Romanorum aduentu, non auſi eorum impetum ſuſtinere, domum reuerſi ſunt. At Romanus exercitus Ableſpharem intra muros concluſum, finitimam omnem regionem deprædati perſuaſerunt vel inuitum fœdera renouare, obſidemque tradere Antaſiran Phathlum, fratris ſui filium, Canzacenorum, regionis præfecti: quo accepto Nicephorus in vrbem reuertitur; Pazzinacæ autem, vt diximus, tranſmiſſo Hæmo ſpeculati planitiem inter ipſum & Iſtrum interiectam vſque ad mare pertinentem, quum locum inueniſſent, montes, & nemora, & ſaltus omnis generis habentem, & aquam & paſcua, centum colles illum nuncupant indigenæ, ibi habitant: atque inde excurſiones facientes haud mediocriter res Romanorum vexabant. Imperator autem Cegenem ad conſultationem in Regiam vrbem accerſit, qui ſtatim cum omni ſuo exercitu accedit, & tentoria ponit in ea planicie, quæ Byzantijs ad ludum eſt definita, Maitas locus appellatur, cum omni exercitu, nondum autem cum Imperatore loquutus, neque cognita cauſſa cur accerſitus fuiſſet, eadem nocte inſidijs appetitur à Pazzinacis tribus, qui diſtrictis gladijs dormientem inuadentes, ei plagas inflixere, non tamen letales; ſtatim enim à ſatellitibus ipſius cogniti, & imbecilles plagas ipſi inferunt, & in fugam ſe conijcientes, occurrente auxilio multitudine, cum Baltzar Cegenis filio comprehenduntur; mane igitur Baltzar in currum quartuor rotis vectum impoſito patre ſuo poſt currum vinctos trahens eos, qui inſidias moliti fuerant, in quos nihil committere auſus eſt Imperatorem inuocantes, ſimul cum omni exercitu equis vecto, ipſe pedes, cum fratre Gulino currum ſequens à duobus equis tractum, ad Imperatorem accedit, & iam fama præcurrens ei aditum aperuerat, quem introductum Imperator interrogauit, cur non ſtatim parentis ſui interfectores pœna affeciſſet; qui cum reſpondiſſet, quia tuum nomen crebro inuocabant, in abſurdam ſuſpicionem incidit Imperator, & dicto citius adduci ad ſe vinctos curat, & percontatus eſt de illis cauſſam cur conati eſſent patricium interficere. qui quum reſpondiſſent quod male ſentiebat de tuo Imperio, & erga vrbem erat male animatus, in quam diluculo ingredi cogitabat, omneſq; qui in ea eſſent occidere, & vrbe ipſa direpta ad Pazzinacas reuerti. Quum igitur opus eſſet quæ dicta erant, examinare, & accurate explorare rei veritatem: hoc ille minime fecit; ſed adhibita fide calumnijs quæ certum non habebant auctorem,

neque

Digitized by Google

neque ſatis ſibi conſtabát, Cegenem in regiam adducit, & obtentu curationis ac medelæ in Elephantinam includit; eiuſq; filios in diuerſis locis ab ipſo diſiunctos; multitudinem autem Pazzinacarum cibis, & omnis generis poculis, vt videretur ipſis beneuolus eſſe, reficiebat; ſtudens, ſi quomodo fieri poſſet, vt eos armis nudaret, & equis; detineretq;, & in cuſtodiam traderet, eos verò qui cædem aggreſſi fuerant, ſine metu ac libere, vbicumque vellent, vitam iuſſit traducere. exiſtimabatq; ſe hæc facientem latere, verùm Pazzinacarum populum minime latuit. neque enim bonum augurium ducebant, quod ſuus Dux comprehenſus foret, & eius filij diſiuncti. & apertum maleuolentiæ ſignum exiſtimabant eos, qui inſidias moliti eſſent, liberatos. Et idcirco miſſa ſibi ab eo accipientes, pro ijs gratias egerunt, & Imperatorem laudarunt, & ijs quæ faciebant, videbantur ab illo facta approbare: ſed quum nox ſuperueniſſet, è caſtris profecti, & continenti per totam noctem vſi itinere, nemine id ſuſpicante, tertia die, Hæmo tranſmiſſo, ipſi quoque cum reliquis Pazzinacis cõiunguntur, & iam in vnum omnes coacti armiſq; idoneis, quibus abundabãt, inſtructi, Hæmum tranſmittunt, & ad Aulam caſtra ponunt; eſt autem Aula arx ad radices Hæmi, haud procul ab Adrianopoli ſita, & ad prædam direptionemq; ſe ſe conuertunt; quo cognito Occidentis præfectus Conſtantinus magiſter Arianites, quum ipſe quoque paratas ſuas haberet copias, profectus eſt ex Adrianopoli aduerſus ipſos, quumque in quoſdam diſſipatos incidiſſet, dum abirent, proſpera fortuna vſus eſt; Deinde occurrens multitudini ad oppidum nomine Dampolim commiſſo prælio ſuperatur, quum in ipſa pugna Macedones & Thraces haud pauci occidiſſent, interfectis Theodoro Strabomite, & Puli, viris genere illuſtribus ac nobilibus ob perfidiam in Turnicium. Magiſter igitur in Adrianopolim reuerſus eſt, & per litteras de accepta clade certiorem facit Imperatorem, nouoq; exercitu opus eſſe ſignificat; nam cum præſentibus, qui iam terga vertiſſent, haud facile eſſe aduerſus tantam multitudinem prælio decertare. Imperator autem qui etiam ante illius litteras caſum non ignorabat, Tyrach & alios Pazzinacarum principes, qui in vrbe detinebantur, ſibi donis & obſequijs conciliatos, pollicitoſq; iureiurando adhibito gentem ſuam ſe placaturos, contra Pazzinacas mittit cum Rectore, quocum mittit item Catacalũ Combuſtũ, quem Orientis Ducem creauit, & Erbebium Francopulum, qui tunc ſuorum gentilium princeps erat, iuſſitque eos cum Rectore ſimul eſſe, & eius ſententiam ſequi, illiusque imperio & voluntati obtemperare: qui quum copias trans Hæmum traieciſſet, per eã regionem, quæ ferrea dicitur, aduerſus Pazzinacas eſt profectus. & in quodam loco Diacene nomine, haud procul à centum collibus tentoria poſuit, ibique forti vallo communito, poſtridie cogitabat ibi relictis impedimentis, & quæ exercitui ſuperuacanea ſunt, ipſe expeditus prodire, & cum hoſtibus dimicare; exiſtimabat enim ſtatim imprudenter eos ſe capturum, & verebatur, ac ſollicitus erat,

ne quis

nequis clam aufugeret, neque ipſe tantum, ſed etiam vniuerſus exercitus, afferebant enim ſecum & funes & lora, quibus captos deuincirent. Hoc ipſis ſuſpicionem mouit, & quod initio factum fuit erga ſe, & Cegenis caſus ad extremum quum perſenſiſſent Pazzinacæ aduentum Romanorum, iam enim & Tyrach. & qui cum ipſo erant principes ab vrbe dimiſſi cum ipſis ſe ſe coniunxerant, & quicquid eis expediret ſtudioſe curabant, dicta ſalute ijs, quæ Monomacho polliciti fuerant, & confluentibus fortioribus quibuſque, ſe optime inſtruxerant, & Combuſto clara voce exclamante & admonente nunc pugnæ tempus eſſe: quum ipſi diſperſi ac diſſipati ſunt, neque expectandum quoad omnes ſimul cogerentur; laudabat reliqua Romanorum multitudo eius conſilium. At Rector aperte irridebat, Deſine, inq̃t, ò ductor exercitus, & me exercitui imperante, ne contra imperes: non enim diſperſi Pazzinacæ ſunt inuadēdi, ne forte perturbati ſyluas ſubeant, me autem ſequentes ò amice non adſunt venatici canes, qui indagantes ipſos è locis, quo cōfugerint, educant. Et res Romanorum ita ſe habebant. Anteſignani autem Pazzinacarum quum caſtris appropinquaſſent, Romanorum, paulum deflectentes, ipſi quoque caſtra locant, & ſequentibus ſignificant quamcelerrime accedendum, quumque omnes veniſſent, & coniuncti eſſent, ac poſtridie Rector Romanas copias eduxiſſet, ipſi quoque contra inſtructi in aciem procedunt; obtinebat Romanæ phalangis medium Rector ipſe, dextro cornu præerat Combuſtus, ſiniſtro Frācopolus, commiſſaq; pugna profligantur Romani, quum primum duces ipſi in fugam verſi eſſent. qui ne pedum quidem equorum ſonitum, vt aiunt, ſuſtinentes, fuſi ſunt & fugati. ſolus autem Combuſtus cum ſuis miniſtris, & quibuſdam paucis cognatis ſtrenue decertās, cum omnibus ſuis in prælio occubuit, alios perſequi non auſi ſunt Pazzinacæ, inſidias veriti: & idcirco Romani ſeruari potuerunt incolumes. Interim autem eos, qui ceciderant, prædati, armiſq; multis potiti, & Romanorum impedimentis, tabernacula ponunt ſub Romanorum vallum, & quidam Pazzinacus, Galinas nomine, qui nouerat qualis eſſet Combuſtus, ex quo ille præfuit oppidis ad Iſtrum ſitis: & gentes inter ſe commiſtæ ſunt, quum reperiſſet eum inter cadauera iacentem ac ſpoliaret. vbi conuerſum ipſum ſupinum à facie agnouit, & adhuc ſpirantem deprætendit, in equū impoſuit: Iacebat enim mutus, quod letales plagas accepiſſet, alteram in ea parte capitis quæ calua dicitur, nuda; quippe eius galea ceciderat, pertinentem à vertice ad ſupercilia: alteram in collo, vbi lingua radicem habet, vſque ad os penetrantem, exanguemq; illum in ſuum tabernaculum adduxit. quem quum diligenter & accurate curari ſtuduiſſet, ita ſeruauit, vt ſupereſſet. & Pazzinaci qui ita facile inuadentem exercitum propulſarant, libere deinde ac ſine metu Romanorum regionem prædabantur. Imperator autem per eos, qui fugerant, de accepta clade certior factus, doluit, vt veriſimile eſt. ſed rurſus alias copias cogebat, & eas quæ ſuperfuerant, colligebat. ſtudebatq; inſequenti anno acceptā

cladem

Digitized by Google

cladem reſarcire. Tertia autem indictione anni. 6558. Etæriarcham Conſtantinum ducem cum ſummo Imperio declaratum Imperator in Pazzinacis mittit; qui aſſumptis copijs illis, quæ nuper ex Oriente traiectæ fuerant, & coactis ijs, quæ ad Occidentem hyemabant, ad Adrianopolim proficiſcitur: ibique conſtructo profundo vallo commorabatur cum optimatibus conſiderans & explorans unde vlterius progredi poſſet. dum verò hæc ille cogitaret, repente octaua Iunij menſis Pazzinaci, ſuperato Hæmo, ad Adrianopolim accedunt. quorum aduentu per exploratores Conſtantino renunciato, propoſita eſt conſultatio, vtrum cum ipſis dimicandum eſſet, necne? Sed conſultantibus optimatibus in tabernaculo HEteriarchæ, Samuel patricius Burzes, vir temerarius & audax, qui tunc pedeſtribus copijs præerat, cuique commiſſa erat omnis valli cura, haud expectato Ducis ſigno ordine relicto, ac diſſoluto vallo cum peditibus egreſſus in Pazzinacas erumpit: qui quum violentam impreſſionem feciſſent, laborare pedites cœperunt, & idcirco crebro mittens ad HEteriarcham Samuel, petebat auxilium, ita vt coactus fuerit, vel inuitus, dare belli ſignum. Igitur egreſſo omni exercitu ad eum locum, qui regia libas dicitur, & vniuerſa conflata pugna, quum propter repentinum caſum, & quod incompoſitę eſſent acies Romanorum, & ante victi pedites, confirmati animo eſſent Pazzinacæ; Romani funduntur, ac profligantur, nòn tamen multa facta eſt ipſorum cædes, ſed turpiſſime in vallum concluſi ſunt. Cecidit Michael patricius Doceianus, & letali plaga in viſceribus accepta Magiſter Conſtantinus Arianites, tertia die mortuus eſt. cecidere etiam alij quidam ignobiles, pauci tamen: ſed reliquus omnis exercitus in vallum indecore concluſus: obſidebatur a Pazzinacis, foſſam lapidibus & ramis obruentibus, & vi vallum capere conantibus. quod cito factum fuiſſet, & funditus omnis perijſſet exercitus Romanorum: niſi ſagitta à catapulta miſſa, percuſſus Sulzus, cũ equo ſimul traiectus fuiſſet, & maxime id cóſpicatus obſtupefeciſſet Pazzinacas. Erupit ẽt ex Adrianopoli Galbas Nicetas Protoſpatarius, legatus legionis ſcholarũ auxilio, quẽ vidẽtes, & opinati Syncellũ Baſiliũ, cũ Bulgaricis copijs vẽturũ, etenim ipſe expectabať, & veriti Pazzinacę diſpſi, aluis alio fugiẽtes receſſerũt. Hoc itẽ tpe affectatæ tyrãnidis accuſati ſunt quidã ciues, quorũ principes erãt Nicephorus & Michael, Euthymij filij, & alij q̧dã ad idẽ genus referẽtes originẽ. ſed alij oẽs ſeruati ſunt, ſolus aũt Nicephorus indicta cauſſa, cõdẽnatus, in exiliũ miſſus ẽ, prius tñ eius bonis publicatis. Imperator ãt id vnũ ſtudẽs, vt res Romanorũ ſuperiores eſſent, Cegenẽ è carcere eductũ ad Pazzinacas mittit, pollicitum eos ad Imperatoris bñuolẽtiã ſe traducturũ, coactisq; in vnũ ſocijs oĩbus, & accerſitis equitibus à Teluch & Mauro mõte & Carcaro, quũ p̃feciſſet viris illuſtribus ex ſingulis gentibus vnũ, oĩbus ãt ducẽ Patriciũ Nicephorũ Bryẽniũ, quẽ Ethnarchẽ.i.gẽtiũ principẽ, appellauit, ad prohibẽdas excurſiones mittit, & Pazzinacas cõprimendos, q̧ poſt Adrianopolis pugnã, oĩno aſpernati Romanos, libere

HH ac ſine

ac ſine metu Macedoniam & Thraciam diripere,incendere,infantes, vel etiam lac ſugentes,interficere, nulla miſericordia moti, ita vt etiam pars ipſorum ad Cataſyrtas vſque acceſſerit.Sunt autem Cataſyrtæ proxime regiam vrbem; ſed horum exitium celerrime eſt cōſequutum,nā Imperator inſtructo exercitu, & ex ijs,qui ad Aulam cuſtodiebant, & ex quibuſdam alijs pro tpe compertis,cōmiſſoq́; Ioāni patricio,vni ex Eunuchis cubicularijs Reginæ Zoes,Philoſopho cognomento,nullo negotio eos confecit,hic enim nocte profectus,eos ebrios; ac dormientes deprehenſos omnes occidit, & eorū capita in currus agricolarū impoſita affert Imperatori.Cegenes igit' egreſſus ad Pazzinacas legationē obit. quumq́; illi iure iurando adhibito polliciti eſſent, illius ſe voluntati obſequuturos,fide habita eorum ſacramento,inde profectus ſtatim interficitur, in minutas partes cōciſus.Bryennius autem cum copijs ſibi commiſſis ad Adrianopolim profectus,locorum cuſtodiæ intētus erat. Mittitur item totius exercitus Dux Michael patricius acolythus,iuſſus itidem ab vniuerſa pugna ſe abſtinere, coercere autem & impedire excurſiones,qui egreſſus & cum Bryennio coniunctus munus obibat ac prius in Goloe cuidam Pazzinacarum parti occurrens, eam funditus deleuit.tum rurſus in Poplizo.hoc oppidum eſt ad ebrum ſitum: alteram partem Pazzinacarum diſiunctam deprehenſus profligauit,quare veriti Pazzinacæ tales copias, ad Hæmi radices loca ſita prædari deſtitere. Sed oēm ſuū conatū in Macedoniam cōuerterunt,& delecti quicumq; fortiores eſſent, ac robore præſtarent Macedoniæ cāpos percurrebant, & ſi forte prælīū ineundū eſſet, ſtrenue illud ſuſtinere cogitabant.quo cognito Bryennius & Michael noctu profecti,ita vt nemo quo abirent,ſenſu percipere poſſet, continenti itinere ad Chariopolim perueniunt;in quā ingreſſi cū exercitu,tp̄s obſeruabant. Pazzinacæ aūt agros,& ſuburbana oīa depredati, & noctis crepuſculo reuerſi, proxime Chariopolim caſtra ponunt, ignorantes oēm in vrbe ipſa Romanorū exercitū morari;quare ſine metu,laſciuis ſaltationibus,tibijs, ac cimbalis vacabant.Erūpentes igitur Romani,dormientesq́; ac ſtertentes deprehēſos vniuerſos interficiunt.hoc infortuniū frenū & metū Pazzinacis iniecit. & idcirco nō amplius,vt prius,excurſiones paſſim ac temere,ſed parce faciebant.Hoc itē tpe quarta indictione,Romanus,cognomento Boilas,repente auctus eſt,hic.n.inter ſodalitates aſcriptus,quū lingua prōptus eſſet,& idcirco vrbanus & facetus videret',vbi in conſpectum Imperatoris venit,cū eo colloquutus,viſus eſt gratiſſimus,ac deinde numquā ab eo diſcedebat,quo & conſiliario vtebatur & miniſtro & adiutore ad oē munus obeundū,quē paulatim honoribus ornās ita auxit,& ꝓuexit,vt in regia primas partes obtineret.hic vir verſutus & ingenioſus ac varius,& regni ſemper apperens,tentauit quoſcūq; nouerat infeſtos Imperatori,& arcanū patefecit,& horū qui libēter inſidiarū verba admitterēt,eos blāde ac māſuete excipere,ac iureiurando delato ſecuros reddere,q verò ne audire quidē ſuſtinebant, eos approbare ſe & admirari ob beneuolentiā erga Imperatorem

torem ſimulare,ac dicere,quæ dicta forent,tentandi cauſa dicta, & pro ipſis ſe Imperatorem allocuturum iurare.ad extremum multis corruptis,deprehenſiſque quas moliebatur inſidijs,alij omnes coniurati,quęſtione habita,ſupplicijs affecti ſunt,& ſpoliati bonis in exiliũ miſſi. Romanus aũt nihil mali paſſus eſt. quum enim parum eum auerſaretur Imperator, rurſus conceſſa venia priſtinũ ſtatum obtinuit. Sultanus autem fratri ſuccenſens vt diximus Abramio, eius ſemper vitæ inſidias de eo interficiendo cogitabat; qua re cognita ille ad Cutlumus patruelem ſuum confugit, quo cum aduerſus Sultanum bellum ſuſcipit: qui ad locum nomine Paſar cum illis congreſſus, eos fundit, & Abramium comprehenſum interficit. Cutlumus autem qui euaſerat, cum ſex millibus & Melech Abramij filio,ad Imperatorem legatos mittit, ſupplicans vt in ſocietatem & amicitiam Romanorum admitteretur.quumque ad Perſameniã ſe recepiſſet, & ad oppidum nomine Carſe, legationis reſponſum expectabat. Interea expugnato Carſe, præter arcem, vrbem ceperat. Sed Sultanus à tergo hunc inſequens cum ſuis copijs in Iberiam venit: quo cognito Cutlumus ad Saba & felicem Arabiam fugit; Sultanus verò in Iberia omnia in quæcumque inciderat loca,prædari,atque incendere,quare celerrime Imperator accerſitum Michaelem Acoluthum ab occidente in Iberiam mittit,qui eo profectus, coactis Francis & Barangis in Chaldia & Iberia diſſipatis, pro viribus Sultani excurſiones prohibere feſtinabat; verùm ille eius celeri aduentu cognito,intelligens eum coacto exercitu ſtudere ſecum prælio decertare, ac reputans, quod veriſimile erat,vtrumque ſibi ignominiæ fore, ſi vinceretur,ſeruum ſe Imperatori futurum, ſi vinceret autem, non mediocre dedecus relaturum cum omni exercitu profectus ad Tabrezium ſe recepit. Tunc etiam Michaelas Stephani filius,& Triballorum & Seruorum poſt patrem princeps, cum Imperatore percuſſo fœdere in ſocietatem & amicitiam Romanorum aſcribitur, hoc honore decoratus,vt Protoſpatharius eſſet. miſſum eſt item ex Ægypto ab eius principe animal Elephas,& Camelopardalis. cupiens interea Imperator Pazzinacas e medio tollere, vndecumque coactis & ab Oriente & ab Occidente copijs, ijsq; Michaeli Acolutho traditis, iuſſo etiam Syncello Baſilio Bulgaricas legiones adducere; ambos aduerſus Pazzinacas mittit.quo illi cognito vallum conſtructum ad magnum Perſtlabam, alta foſſa, & aggere munierunt. quumque Romani illuc veniſſent, intra vallum concluſi obſidebantur. Romani verò, quando fruſtra tempus terebatur,neq; quidquam perficere poterant, qđ operæ precium eſſet, & rerum quæ ad victum neceſſariæ ſunt,inopia premebãtur, quidnã facto opus eſſet conſultarunt:quumq; oĩbus redeundũ viſum eſſet, intẽpeſta nocte indicto ſilentio apertis caſtrorũ portis recedebant. Hoc minime latuit Tyrach,qui intelligẽs eos velle fugere,quãplurimũ è vallo eductũ exercitũ ad viarũ aditus mittit,qua Romani trãſituri forẽt,ipſe egreſſos ſtatim ĩuadit, Romaniq; horribiliter profligant,alij.n.ab inſequẽtibus cõprehenſi cędebant,

alij ab ijs, qui locorũ anguſtias occuparát, cócluſi, interimebantur. multi igitur occidere, in quibus ipſe quoq; Syncellus. reliqui cum Michaele in Adrianopolim ſe ſe incolumes recipiunt. Igitur Imperator ob acceptá cladẽ grauiſſimo affectus dolore, & eos qui cladi ſuperſuerant, recipiebat, & exercitũ conſcribens, mercenarios etiã coegit, ac prorſus iniucundã ſibi vitam exiſtimabat, niſi funditus Pazzinacarum gentem deleret. Verùm illi per transfugam de hac re docti, legatos ad Imperatorem de pace mittunt, qui accepta legatione, cum ipſis triginta annorum percutit fœdus. Monaſterium autem ædificans Imperator ad ea loca, quæ Mangana dicuntur, magno martyri ſancto Georgio dicatum, & publicam pecuniam in ædificijs prodige conſumens, modo conſtruens, modo deſtruens, in magnam redactus eſt inopiam, adeo, vt ob hanc ipſam cauſſam, omnem mercaturam excogitarit, & abſurdas ac commentitias inuenerit exactiones: publicis enim delectis, curatoribus impijs, & nefarijs viris, per eos ex iniuſtis quæſtibus pecunias cogebat, Ibericum quoque exercitũ circiter quinquaginta millia numero diſſoluit, per Leonem Serblium, & pro militibus tributa multa ex illis locis cogebat; & alias excogitauit exactiones improbas, quas enumerare turpe eſt: quod autem dictu eſt neceſſarium, id minime prætenibo, ab eo Imperatore eiusq; laſciuia & incontinentia Romanorum res corrumpi cæpiſſe, & ex eo tempore paullatim hucuſque retro fluentes, & in peius labentes, ad omnem imbecillitatem impotentiamq; prorſus redactas: liberalitatem enim re vera perſequens, ad extremam laſciuiam deuenit. neque tamen laudabilium actionum omnino expers fuit: nam quædam eius opera memoria digna referuntur. nam & monaſterium, quod diximus, & in ipſo conſtructa hoſpitia ad alẽdos ſenes & hoſpites ac mendicos, laude digna ſunt, & quod præſtitit erga magnũ Dei templum, non eſt debita laude fraudandum; ſiquidem vſq; ad illius tempeſtatem, inſignibus tantum diebus feſtis in ipſo, itemque Sabbatis & Dominicis diebus incruentum Deo ſacrificium peragebatur. reliquis vero diebus nequaquam. id autem nulla alia de cauſa fiebat, niſi ob reddituum inopiam, quos ille opipare conſtituens, & abunde vt quotidie ſacra celebrarentur auctor fuit, idq; etiam nunc obſeruatur, & ſacro huic cultui vaſa dedicata in hoc templo poſuit, ex auro & pretioſis margaritis, lapilliſq; confecta, reliqua magnitudine, pulchritudine, & pretio longe ſuperantia, reliquiſq; alijs muneribus ipſum haud paucis illuſtrauit; & illius res geſtæ huiuſmodi fuere. Inuaſit item peſtis vrbem regiam ſeptima & octaua Indictione graſſata, ita vt non poſſent viui, mortuorum efferre cadauera, & meſſis tempore indictione ſeptima decidit maxima grando, qua non cætera tantum animantia, ſed homines quoque complures interierunt. Imperator autem conſueto podagrę morbo laborans decumbebat, in manganorum, quod ipſe conſtruxerat monaſterio. vbi verò alia quoque ſuperuenit ægritudo, iamq; mors appropinquabat; qui primas partes in regia obtinebant, Ioannes Logotheta, quem Imperator repulſo

Nota.

Digitized by Google

ſo Lichude Imperij adiutorem habebat, protonotarius Dromi Conſtantinus Baſilius Caniclæi præfectus, & alij alijs de cauſis ipſi familiares ac domeſtici cõſultabant, quemnam in regio throno collocarent. viſus eſt igitur omnibus ad hoc idoneus Nicephorus princeps, ſtatimq; celer nuntius in Bulgariam, cum inde ſecum adducturus mittitur. ibi enim ipſe eo tempore forte Bulgarorum erat adeptus Imperium. verùm re cognita Reginæ Theodoræ miniſtri, nam Zoe iam antea diem ſuum obierat, Nicetas Xylinites Theodorus & Manuel, in Dromone impoſitam ipſam ad magni palatij regiam perducunt, & reginam declarant, & Imperator in Manganis vita functus, vulgare conſequutus eſt ſepulcrum. Reginæ verò miniſtri miſere, qui comprehenderent principem Theſſalonicam, quem inde abductum ad Thracenſium in monaſterio Curzenæ relegant.

Theodora Porphyrogenneta.

ACcepto paterno Imperio Theodora, ſtatim punit quicumque principis imperio ſtuduerant, eoſque publicatis bonis in exilium mittit, & maximos magiſtratus Eunuchis ſuis committit, Domeſtico ſcholarum Orientis Theodoro creato: quem in Orientem mittit ad coercendas Turcorũ excurſiones, Magiſtro Iſaacio Comneno eo munere abdicato, vt eſſet Stratopedarches, & forte monomachus omnes Macedonicas copias traiecerat, in Orientem, quę omnes ſuos duces Macedonas habebant, quorum vnus erat Bryennius (erat enim inter Turcos diuulgata fama, fato decretum eſſe, vt ab huiuſcemodi copijs Turcorum natio euerteretur; cuiuſmodi habens Alexander Macedo Perſas ſubegit) & Logothetam creauit Dromi Nicetam, & Biglæ Drungarium Manuelẽ. & propter multarum rerum peritiam ſibi aſciuit ad Rempublicam adminiſtrãdam ſocium Leonem Syncellum, cognomento Straboſpondelum, qui olim Imperatori Michaeli inſeruierat; quinetiam Leone Bulgarorum epiſcopo vita functo, in eius locum creauit Theodulum monachum ab Iconio Vrbe tetrapoli profectum, ſed monaſterij magni martyris ſancti Mocij tunc forte Antiſtitem, externæ ſapientiæ prorſus expertem, ſed Diuinæ peritiſſimum, ſed ob ipſam donis ac virtutibus ornatiſſimum!. & ciuitatis res in hoc erant ſtatu. Byrennius verò percepta Imperatoris morte, cum Macedonibus profectus, ad Chryſopolim ſe recipit, quem Regina, quod iniuſſu ſuo receſſerat, detentum, boniſq; ſpoliatum, in exilium mittit, & exercitum redire iubet. Totam igitur nonam indictionem anni. 6564, quum vixiſſet Regina, & ad finem eiuſdem mẽſis, eadem indictione in inteſtinorum morbum incidiſſet, vita functa eſt; cuius Eunuchi cum Leone Syncello ad regium thronum perducunt illa adhuc extremo morbo laborante, Michaelem Patricium militarem virum, è Byzantio profectum,

Digitized by Google

ſectum, ſed ſimplicem & minime varium, quique ſoli militari rei à pueritia vacauerat, nihilque præterea callebat, & iam virili ætate tranſacta, ad ſenectutẽ peruenerat. cui otium conducere Archilocus poeta pronuntiauit. hoc autem fecere, vt ſpecie tantum ac nomine ipſe obtineret imperium, ipſi verò pro libidine Rempublicam adminiſtrarẽt, omniumq; rerum domini eſſent, quum ille quoque prius iuraſſet nihil ſe non de illorum ſententia & voluntate facturum: Declarato autem Michaele Imperatore trigeſima prima die eiuſdem menſis indictione nona, Theodoſius Præſes patris fratris Imperatoris Conſtantini monachi filius, quum audiſſet Imperatorem declaratum, rem grauiter ferens, neque capto conſilio, neque qualem eſſet aleam iacturus, coactis conſanguineis & ſeruis & alijs ſuis miniſtris, multis item vicinis, & familiaribus, qui erant, vt ipſe, leuiſſimæ mentis, crepuſculo noctis, domo profectus (ſita hæc eſt ad locum Leomacellium nomine) per plateam procedebat ad palatium, ſuccenſens, & ęgre ferens, & iniquitatem, quaſi extrema affectus iniuria, erga omnes ſibi obuiam factos exclamans, & Imperium repoſcens, quaſi hereditariam quamdam poſſeſſionem ſibi conueniens, vt pote, qui conſanguinitate alijs Imperatori mortuo propinquior eſſet; vbi ad Prætorium acceſſit, effractis carceris ianuis eos educit, qui in vinculis detinebantur in ſpem adductus eorum opera magnum ſe aliquod facinus ac generoſum patraturum. hoc idem etiam in ęrea fecit, verum cognita ſeditione ab ijs qui in regia morabantur, Eunuchis: cito milites in palatij cuſtodia diſpoſiti Romani & Barãgi (ſunt autem Barangi Celtica natio) mercede Romanis inſeruientes, inſtruuntur. ſtatim itẽ qui regijs triremibus inſeruiebant, cogebantur, & idonea coacta manus eſt, quæ aduerſus Theodoſium mitteretur. ille hoc audito de via quæ ad palatium ferebat, deflectens, ad Dei magnum templum reuertitur. ſperabat enim ſe in ipſum ingreſſum, à Patriarcha & Clero exceptum, & populo plurimo coacto Imperatorem declaratum iri: Verum omnia hæc ipſi potius contra euenere. nam & Patriarcha, & templi clerus ſibi accidenti ianuas occludunt, & qui conſueuere huiuſmodi rebus gaudentes accurrere, nuſquam erant, quique eum illuc vſque ſequuti fuerant, percipientes exercitum contra ſe miſſum iri, paullatim defluentes diſſipati ſunt: ac deinde ab omnibus deſertus, ſupplex miſerabilis cum filio ad templum ſedet, quem ſtatim quidam miſſi è templo educunt, & in Pergamum relegant. Hoc idem erga quoſdam illuſtriores, qui cum ipſo conſenſerãt, eſt factum: ac deinde Michael ſine vlla controuerſia declaratus eſt Imperator. qui quum Imperij habenas ſuſcepiſſet; omnes è ſenatu delectos ad altiores gradus perduxit, & populum pollicitationibus ſibi conciliare bonorum multorum ſtudebat, quumque vt admodum ſenex memoria multa antiqua retineret, aggreſſus eſt etiam plures antiquos mores, nihil ad Imperij aut Reipublicæ vtilitatem conferens, reſtituere: nam & ſtrategium locum, ita appellatum, expurgari ac verri iuſſit, quod cauillo illudentes ciues aiebant, vt proprium talum,

Digitized by Google

lum, quem illic ludens amiſerat, inquireret. puluerem expurgare, ac ciuium capita tegi, non litteris vt nunc, ſed magnis litteris cõſcriptis velis, & byſſo & purpura contextis, & publicos curatores non ſenatorij ordinis creabat. ſed quoſdam ex ijs, qui ſingulis Archiuijs ſcribæ fuerant educati. & alia huiuſcemodi multa conſtituebat, quæ ſingula ſi recenſere velim, faſtidium pariam auditoribus, & ita ſimpliciter & inſcite Imperium moderari, ac regere, perſeuerauit. Vbi verò tempus aduenit, quo Imperatores ſenatoribus dona liberaliter impertiri cõſueuere, die videlicet Sancto Paſchę, & omnes ingreſſi ſunt duces exercitus genere & virtute Illuſtres. hi autem erant, magiſter Iſaacius Comnenus, & Magiſter Catacalon Combuſtus. Dux Antiochię cui, magiſtratu abdicato, ſucceſſit Michael Imperatoris patruelis, quem ſimulatq; declaratus fuit Vranum nominatum, vt qui ad antiquum Vranum genus referret, & eo honore decoratum, vt eſſet magiſter Antiochiæ, quemadmodum ille; ſucceſſorem Combuſto mittit, & Michael Beſtarcha Burzes, & Conſtantinus & Ioannes à Duca nationum Orientis originem ducentes, & reliqui delecti principes, concurrerunt autem omnes vt & nouum Imperatorem viderent, & ab ipſo munera cõſequerentur, erat enim inter omnes diuulgata eius voluntas & magnificentia ac liberalitas in dandis beneficijs. quumque ad colloquium veniret Imperator cum Comneno & Combuſto, ipſosq; laudans ſtrenuos Duces, & optimos appellaſſet, ſed præcipue Combuſtum, vt qui non à maioribus, neque ab alicuius ſtudio, ſed à ſuis rebus fortiter geſtis, ad eum dignitatis, quem adeptus erat gradũ perductus eſſet; idemq; erga alios quoque nobiles feciſſet; neque voluiſſet alicuius obtemperare voluntati, neque item annuiſſet vt Comnenus & Combuſtus ad eam dignitatem peruenirent, vt præſides eſſent, immo quum omnium preces repudiaſſet, & irritas feciſſet, omnes contra ſe irritauit, & ita erga Orientis duces ille affectus fuit. Bryennium verò ab exilio reuocatum tradito ei Cappadocum Imperio, ducem cum ſumma poteſtate legionum Macedonicarum declarat, & aduerſus Turcos mittit. Quidá enim Turcus, cognomine Samuch, haud obſcuro loco natus, ſed in rebus bellicis fortis ac ſtrenuus, qui cum Sultano ſimul in militiam profectus, quando ille iterum in Romanos inuaſerat, eo in Perſide reuerſo, ipſe cum tribus militum milibus ibidem morabatur, & in campis, ac patentibus magnæ Armeniæ locis ſubitis excurſionibus Romanorum loca vexare atque prædari; Verum ne hunc quidem ſibi conciliare potuit Imperator, quippe cum eſſet ad placandos, & conciliandos homines contumelia affectos, & indignationem animi cælantes, ineptiſſimus: nam quum Bryennius pecunias ſibi ablatas à Theodora Regina, reddi frequenter ſupplicaret, minime conſenſit, immo prolixe orantem & pro hac re ſupplicantem, illud vulgare ac tritum locuta tantum; oſtendens opera, repoſce mercedem, dimiſit; & ita deſpectus Bryennius grauia ſecum in animo volutans, & vlciſcendi tempus quærens abijt, æque item ſe geſſit erga Erbebium virum Phrancapulum,

lum,

Digitized by Google

lum, qui cum Maniace in Siciliam duxerat exercitum, & magna erexerat trophæa, & ab eo tempore hactenus beneuolum ſe Romanis præbuerat, adhortantem ſiquidem, ac ſupplicantem, vt ſibi magiſtri honor deferretur. non modo indignum colloquio cenſuit, immo cum multo ludibrio, atque irriſione dimiſit, & ita erat ineptus, & difficiles aditus ad colloquia præbebat, Erbebius autem, vt pote barbarus, & iracundiæ impotens, haud æquo animo paſſus contumeliam, ignorans etiam meditatas à Romanis inſidias, non potuit ſuſtinere, ſed feſtinans eum vlciſci à quo fuerat affectus contumelia, impetrata domum ineundi venia, dimiſſus, ſalutato Imperatore ſtatim abijt, & quum in Orientẽ tranſiſſet, contulit ſe ſuam domum in Armeniacis, ac re quibuſdam cum Francis communicata, qui tunc ibi forte hyemabant, corruptisq; ex ijs trecentis viris, cum ipſis inde profectus, in Mediam, & cum Samuch ibi commorante communiter aduerſus Romanos bellum gerit. & aliquandiu firma fuit ſtabilisq; cõcordia. Verùm quum offenſio quædam inter Turcos & Francos incidiſſet, & idcirco mutuo ſibi illæ gentes inſidiarentur. Samuch ſe pactis ſtare ſimulabat; Erbebius autem ſemper in ſuſpicione verſari, repentinumq; impetum expectare, & Francos admonere ne ſegniter ſed armis inſtructi ſe ſomno darent, hoc autem clam facere, ne Samuch vlla poſſet ratione perſentiſcere; quod ille ratus id clam fore, conſilium aperit, & quadam die armatis & inſtructis, omnibus, quos habebat Turcis, prandentes Francos inuadit, illi verò ſecundum Ducis præceptum equos frenatos habentes, vt ſenſere Turcorum aduentum, eos conſcendunt, & celeriter vecti Turcis aduentantibus occurrunt, & fortis pugna committitur, ac Turci quum parumper ſuſtinuiſſent, funduntur, & maxima pars occidit, reliqui ad Chleas pedites, & inermes ſe receperunt, incolumes. Erbebius à perſequendis Turcis reuerſus cum Francis, ijs conſulebat vt in caſtris morarentur. Sed inſtabant Franci ipſi cogẽtes in vrbem Chleas ingredi, quod ſocietatem haberent & fœdus iureiurando ſancitum cum illius principe, vt benignitatem aliquam & balnea conſequerentur, & cruorem ex prælio contractum abluerent; at ille multum hortari ac ſupplicare, vt ab hac cogitatione & mente deſiſterent, & alterius fidei hominum, quibus id eſſe veræ pietatis munus perſuaſum eſſet, ſi multorum Chriſtianorum interitus forent auctores. Verùm vbi nemo ſibi obtemperauit, immo omnes vno conſenſu ingrediendum cenſuere. profectus etiam ipſe vna ingreditur, multum prius Deum precatus & obteſtatus, ac præcipiens, vt ſemper in manibus prompta haberent arma. Ingreſſi Igitur Franci neglecto Ducis imperio, ſe balneis, & compotationibus, & conuiuijs dedidere. Ameras autem Aponaſar, cum Samuch, & Saracenis, qui in vrbe erant, capto conſilio, præcepit hoſpitibus, vt ſigno dato hoſpites ſuos detinerent, ac vincirent, vel ſi id fieri minus poſſe videretur, occiderãt; & interim quieſcebat. vbi verò Franci ſatis delitijs & genio indulſerãt, ſomno deditos dato ſigno inuadit, & ex ipſis alij cæſi, alij detenti ſunt, quidam è muro

ſe

Digitized by Google

ſe proijcientes fuga ſibi ſalutem quæſiuere. captus eſt ipſe quoque Erbebius, & vinctus in cuſtodia ſeruabatur. Ameras autem his rebus perfectis ad Imperatorem legatos mittit, tamquam amicus, qui eius rebus inſidientes interfeciſſet, & eorum Ducem vinctum detineret, & res Francopoli hunc exitum habuere. Orientis autem Duces ab Imperatore, vt ſupra diximus, dimiſſi, iterum ſibi experiendum ſtatuerunt, & ad Protoſyncellum Leonem Straboſpondelum accedentes, qui tunc Rempub. adminiſtrabant, eum ſibi ad Imperatorem internuntium delegerunt, ſupplicabantq; ne præ alijs deſpecti ignominioſe abijcerentur, & cum alia iuſta proponebant, tum verò ad extremum illud adiecere, indignum eſſe ciues illos, qui numquã ad propugnandũ operam ſuã nauaſſent, haud expertes eſſe regiorum munerum & honorum, ſe verò q̃ à pueritia propugnantes, vt iſti tuto dormirent, deſpici, & Imperatoris liberalitate defraudari: verũ ipſe auſterus, ac difficilis non modo non benigne excepit, adhibitas preces, verũ etiam ſupplices cum contumelijs dimiſit, haud mediocriter aſpernatus, & in ſingulos probra conijciens. Ipſi autem iam iterũ contumelioſe tractati, omni abiecta ſpe, iraſci, & grauiter ferre, atq; animo cruciari, & initio, vt cuiq; forte cõtigerat, in colloquijs ſubmurmurare, & Imperatori maledicere, & ſingulos hortari, ne æquo animo illatã ſibi contumeliam ferrent, verum ad iuſtam vltionem concitati exurgerent. Deinde verò in magno templo in vnũ coacti, datoq; & accepto iureiurando non quieſcendum, neq; ſuſtinendum, ſed vlciſcendos contumelioſos; vinculis, vt aiunt, adamantinis, inſidiarũ conſiliũ cõfirmarunt, & Cõbuſto viſus eſt ẽt Bryennius coniuratus aſciſcendus, qui præfectus multo exercitui Macedonicarũ legionũ, magna pars eẽt incepti futurus. vbi verò ẽt ipſe hoc ad ſe perlato conatu, celeriter obtẽperauit, deinceps cogitabant procedente ſibi è ſententia conſilio de Imperatore declarando, & oĩbus coniuratis, ſine vlla controuerſia, viſus eſt, vt ſenectute, & virtute & rerum peritia alijs præſtans Cõbuſtus ad hoc munus idoneus; qui à ſe pondus hoc excutere feſtinans, breui oratione longas diſceptationes diſſoluit, nã ſubito cõſurgẽs, Imperatorẽ pronuntiauit magiſtrũ Iſaacium Comnenũ, atq; idem faciendi reliquis auctor fuit. ita igitur inter ſe obſtricti, conſilio pro viribus cõfirmato, dicta Imperatori ſalute reuerſi ſunt, prout ipſis viſum erat, domũ quiſq; ſuam: & nuper Bryennius ſuis rebus vt Imperatori placuerat, conſtitutis, ad Orientem ſe confert, ſecum ducto Ioanne Opſara patricio ab Imperatore miſſo cum auri vi, ad perſoluendum militibus commeatũ: quumq; perueniſſet ad quemdam locum planum & apertum in regione Orientis, Cappadocibus munera diſtribuit, augenſq; dona, ac iubens plura ijs tribui, quam quæ conſtituta fuerant, habuit ſibi aduerſarium Opſora, non obtemperantem, quum diceret non audere ſe iniuſſu Imperatoris ad militum ſtipendia quicquam addere. Sed quum Bryennius illum quieſcere & imperata ſilentio facere præcepiſſet, & Opſara repugnaret audacter, incenſus ille ira è ſede exurgit, pugnoſque

ipſi infligit,ad extremum arreptis illius capillis & barba, in terram deijcit,vinculisq; impoſitis in ſuo tabernaculo cuſtodiebat, ipſe Imperatoris aurum, vt voluit, diſtribuit cum principibus. Tunc forte prope ducebat exercitum Patricius Lycanthes Piſidarum & Lycaonum, qui cognitis ijs, quæ Opſaræ acciderant, & Tyrannidis, vt credibile erat, affectationem ſuſpicatus, neque enim de conſilijs principum Orientis edoctus fuerat,inſtructis duabus Orientis legionibus in Bryennij tabernaculum inuadit,Imperatorem Michaelem celebrans, ipſumq; vinctum detinet liberato a vinculis Opſara, ipſiq; Bryennio tradito compedibus vincto,vt ſe ſe habebat,pro libidine vti iubet, at ille compedibus abſolutus, & faciendi quicquid liberet compos; Bryennio oculos effodit, & ad Imperatorem vinctum mittit, indicata ei,quam auſus fuerat, rebellione; ipſe ibi permanſit vt reliquo exercitui ſtipendia diuiſurus: & Bryennius tales perſoluit ſuæ temeritatis & arrogantiæ, ne dicam dementiæ,pœnas. qui autem in regione Orientis habitabant principes, præſes Romanus Sclerus,qui ne ipſe quidem coniurationis expers erat, Burzes, Botaniates Baſilij Argyri filij; & reliqua turba interim quieſcebant, aliunde rebellionis initium expectantes; ſed vbi audierunt, quæ Bryennio accidiſſent,& in quas ſe ipſum ſtolide calamitates conieciſſet, ſapienter reputantes, ſi examinaretur, fore vt coniurationem indicaret, neque ad optatum exitum coniurati ipſi rem perducerent:profecti omnes in Paphlagoniam ad Caſtamona ſe recipiunt; domus hæc erat magiſtri Iſaacij Comneni. quem quum deprehendiſſent adhuc quieſcentem, vel inuitum excitant,ducuntque in quemdam planum ac ſatis latum locum, Gunaria nomine; ibique coactis finitimis militibus, & quicumque audito motu vltro acceſſerunt, cum omnibus ipſis illum Romanorum Imperatorem declarant, octaua menſis Iunij die, indictione decima.declaratus autem Imperator,poſitis atque communitis caſtris ibi commorabatur expectans vt reliqui quoque coniurationis participes cogerẽtur.ſed vt diutius ibi permanerent, neque aliquo proficiſceretur, Combuſti cunctatio effecit.nam ipſi exploranti,& cauſſam ceſſationis inquirenti nuncius quidã ab Oriente renũciauit,illum pęnituiſſe iuriſiurandi,& mutato conſilio, Imperatoris partes ſequi, atq; adeo exercitum cogere,quo repugnantibus reſiſtat; quod quidem nunciũ in ſollicitudinem ac mentis perturbationem haud mediocrem eos, qui cum Comneno erant,cõiecit;quod à tergo talem eſſent hoſtẽ habituri, & idcirco in vallo permanebant,rei veritatẽ percipere cupientes.& illi ita ſe habebant.Combuſtus aũt eãdem mentẽ & beneuolentiã coniuratis præſtabat, ſed ſe ipſum cõtinebat,taliq; de cauſa cũctabatur. Quum ex vrbe regia egreſſus domũ rediret, in Nicomedia Imperatoris tabellario obuiam factus per ipſum Dromi Logothetæ,Nicetæ Xylinitæ, ſimplicib. ac militaribus verbis hæc indicat;noſti ò frater vt tuus dñs & Imperator flocciſaciẽs Cõnenũ, meq; & preces noſtras aſpernatus,inanes domum neque ſine ignominia dimiſit.Sed ſcias nos abire,verum tecum,

Digitized by Google

tecum, ſi noſter non placet diſceſſus, vel inuitos redituros, quod vt facilius fiat, vos miſſo exercitu præſtate: hæc quum Tabellario dixiſſet, proſequutus eſt iter, & vbi domum peruenit, atque Comnenus quieſcebat, veluti rei minime particeps, in magnum incidit metum, & maxime perturbabatur, quod uereretur ne Comnenus, & alij coniurati mutata ſententia, ſilentio tegere vellent inſidias, & ipſe ſolus rebellionis pœnas perſolueret, vt qui ſe iam indicaſſet, & conſiderabat, ac meditabatur, quomodo & qua ratione ſibi ſecuritatem compararet. neque enim copias parauerat ante, neque quas habebat, idoneæ erant ad reſiſtendum Imperatori Romanorum, & quod magis ipſum angebat, non communicauerat cum exercitu ibi commorante rem ipſam, neque ſatis exploratum habebat, an admitteretur, & idcirco ſegnis eſſe, & cunctari videbatur ijs, qui non recte res illius coniectura perciperent. Eo enim tempore duæ Francorum legiones, vna Rhoxolanorum illis in locis hyemabant, de quibus magis ſollicitus, metuens ne ſi perſentiſcerent, ab illis comprehenſus mitteretur Imperatori. Hæc omnia veritus ille ſe ipſum continebat, quoad ſibi ſecuritatem pararet. iamque prouinciam aggreſſurus, ſuis domeſticis & cognatis prius indicato conſilio, quum iam circiter mille homines contraxiſſet, deinceps reliquos haud ſatis firmos tentare cœpit, quadam ratione illuſtriores illius loci ciues alliciens, deinde paullatim clariores quoque milites tentans, & vbi hoc aſſequutus eſt, vt ſibi illuſtriores conciliaret, deinde cœpit etiam reliquam multitudinem ſollicitare; & fictis Imperatoris litteris quibus ille ſibi præcipiebat, vt cum ternis ſociorum copijs, & binis Coloneatarum & Chaldæorum aduerſus Samuch proficiſceretur, & hæ quinę ad planitiem Nicopolis cogerentur: ita quotidie tentabat diluculo ad numium adequitans, & procul ab alijs recedens primum ad ſe ducem vocabat, & conſilium aperiebat, ex duobus alterum neceſſario faciendum, vt vel dictis conſentiret, vel capite priuaretur. deinde legionum vnã, & mox aliam acceſſire, atq; idem facere, quo ad omnes vel inuitos iureiurando obſtrinxit, ac primum duas Romanas legiones adduxit, deinde domeſticos, & qui ex alijs nationibus aderant, facile deterrẽs, & iureiurando deuinciens. Quumq; iam à metu vacuus eſſet, Sebaſtenos, ac Melitenos, & Tephricenſes, & reliquos Armeniorũ principes coactos ſecũ ducens, iter facere aggreſſus eſt, miſſo prius ad Cõnenum nũcio, ſua ſe recte cõpoſuiſſe, iamq; cũ validis copijs aduentare. His auditis Cõnenus lætitia & audacia cõpletus, q.q; hactenus minime audax fuerat, ac timidus ex eo tpe audacior effectus maiore fiducia, illius expectabat aduentũ. Ille aũt Armeniorũ quoq; ſibi adiungens legionem tametſi inuitam, & regionis principes alios voluntate, alios inuitos contento itinere profectus cum Comneno coniungitur. tunc igitur in tuto res ſuas poſitãs arbitratus, vxorem Catherinam filiam Bladiſthlabi Bulgarorum regis, & quas habebat diuitias, quum Ioanni fratri tradidiſſet, ad oppidum Pemoliſſam mittit, eſt autem Pemoliſſa petra ad murum Halys

Digitized by Google

fluminis ſita, ipſe cum omni exercitu profectus, quum Sangarium flumen pertranſiſſet; lento gradu, ac pedetentim ad Nicæam abijt celebratus & laudibus elatus: decreuerat enim eam in ſuam poteſtatem redactam vt portam habere ad omnes aduerſos fortunæ caſus, & ita vlterius progredi. dabat item tempus recedendi militibus ac ducibus, quicumque Imperatori fidem ſeruarent. etenim ij percepta eius ad Nicæam profectione, ſinguli abibant, veluti vxori ac liberis, & alijs maxime neceſſarijs metuentes. Duces verò ad Imperatorem profecti, ei Comneni nuntiarunt aduentum: erant hi Lycanthes legionum Orientis præfectus, Theophanes Maniaces, & Bryemius Iber, phalangis Charſianitarum Dux & alij multi, non admodum clari. Iam verò Imperator, quum rebellionē, & omnem Orientis Romanum exercitum, exceptis paucis, contra ſe motum cognouiſſet, legatos de pace haud mittendos cenſuit tunc incipiente defectione & rerum motu; ſed ſe ipſum comparabat, & ad reſiſtendum prælio pro viribus ſe ſe inſtruebat, accerſitis enim omnibus Occidentis copijs, & præfectis ipſis ex Macedonibus & ex genere illuſtri, atque principibus probatis viris, & muneribus ac largitione pecuniarum copioſe proſequutus, tum duces, tum milites, idemq; faciens erga eas Orientis legiones, quas ſecum minime duxerat Comnenus, ideſt milites Orientis, & Chariſianitas, & ducem cum ſummo Imperio creans Domeſticum Orientis Theodorum, Reginæ Theodoræ Eunuchum, tradito ipſi & collega, & conſiliario qui tunc ibi aderat, vt pote viro multis certaminibus probatiſſimo fratre vxoris Comneni, magiſtro Aarone, & Duca Bulgaro; mittit ad reſiſtendum in acie Comneno. Ambo igitur hi cum copijs, quas diximus, per eam profecti, quæ è regione portus Chryſopolis eſt, Nicomediam ſe recepere: quo quum perueniſſent, miſerunt, qui Sangarij fluminis pontem demolirentur, ne facilis eſſet Comneno in ipſos irruptio, & impetus repentinus: verum per circuitum minime latere, atque inde diſcedētes, in montem, Sophona nomine, conſcenderunt: ibique poſitis, & communitis caſtris, quæ ad bellum vſui forent, parabant: Et Comnenus miſſis in omnes partes ſpeculatoribus, atque exploratoribus, nequid eorum, quæ fierent, ignoraret; vbi didicit Sophonis cacumina, ab ijs, qui cum domeſtico erant, iam detineri; ipſe quoque adhibita celeritate profectus ad Nicæam contendit; cuius repente potitus, repoſitis in ipſa, quas habebat pecunijs, & ſuperuacuis impedimentis: caſtra locat, ac munit ad aquilonalem vrbis Nicææ partem, fere ſtadiorum duodecim interuallo; ibique moratur: Egreſſi igitur ab vtriſque caſtris & Comneni, & aduerſæ partis, milites, & inter ſe commiſti, vt pote contribules, & cognati, & amici ſe ſe mutuo hortabantur, illi quidem vt Imperatoris partes ſequuti Comnenum relinquerent, Tyrannum ac rebellem, & ad ipſum Imperatorem accedentes, ne ob vnius viri cupiditatem, & libidinem, eo diſcriminis venirent, vt paulo poſt non ſolum prælij caſum, & exilium ſubirēt, ſed etiam dulciſſimum oculorum lumen periclitarentur amittere: hi autem vi-

ciſsim

ciſſim illis ſuadebant vt Imperatorem relinquerent, qui nomen tantum Imperatoris haberet, reliquis in rebus vir eſſet debilis, & delirus ob ſenium, atque ſiniſter & inutilis, cuique imperarent Eunuchi, & ad Comnenum virum manu ſtrenuum ac ſplendidum, & ob res ante fortiter geſtas, clariſſimum, confluerēt; ad quem omnis Romanorum potentia, perinde atque lineæ circuli ad quoddam punctum æquali & immutabili voluntate inclinaſſent. verum hæc dicentes haud quaquam alij alios perſuadebant, idque de induſtria fiebat, vtriuſque enim exercitus duces, quoſdam idoneos mittebant. qui cum militibus aduerſę partis colloquentes, adducere pro viribus ſtuderent: vbi verò aliquandiu tentarunt, & nemo dictis mouebatur Comnenus iuſſit & ligna & pabula admodum prudenter & caute colligi, & ne procul à caſtris milites abſcederent, tunc ij qui cum Domeſtico erant, ſed multo magis Macedones formidinem atque timiditatem opinati, quod ille ſe ſubduceret, prętio decertandum cenſebant. quibus etiam alij, vel inuiti obſequuti, caſtra locant ad locum nomine Petroem, non admodum procul ab aduerſariorum caſtris, ſed fore ſtadiorum quindecim interuallo. quumq; ita ſibi vtrinq; copię appropinquaſſent, & cogerēt Duces ſibi concedere vt exirent, neque impedirentur; educit ſuas Comnenas phalanges, & in acie conſiſtit, iuſſo ſiniſtro cornui præeſſe Combuſto: dextro Romano Sclero, ipſe in media acie ſe ſtatuit. adducitur etiam Domeſticus cum Aarone, vt idem faciat, qui ſuum eductum exercitum hoſtibus aduerſum conſtituit; Dextro igitur cornui præfectus erat Baſilius Tarontes, qui tunc Occidentis exercitus Dux erat. & omnium Macedonum præſtantiſſimus, quippe qui & genere & prudentia, & rerum peritia antecelleret; Siniſtrum verò cornu commiſſum fuerat Magiſtro duci Aaroni Bulgaro, cuius Imperio duces parebant, Lycanthes, Pnyemius, & Randulphus Patricius Francus, hoc modo vtrinque inſtructa acie, ad quemdam locum ab indigenis plutonem appellatum, vt datum eſt belli ſignum, & inter ſe copiæ manus conſeruere. fundit Aaron dextram partem, & vſque ad ipſum vallum perſequitur, viuo capto Romano Sclero. & fortaſſe integram adeptus eſſet victoriā, niſi admodum timidus effectus à diripiendis caſtris ſi ſe continuiſſet, quippe quum iam Comnenus fuga ſe Nicæam recipere cogitaret. Combuſtus autem quum ſibi oppoſitos fudiſſet, accurate perſequi non deſtitit, ſed vſque ad caſtra accedens, ea perrumpit, & ingreſſus direpta tabernacula, & gladio cæſa, in terram proijcit. quod conſpectū ab ijs, qui procul aberant, erant enim caſtra in edito loco poſita, fiduciam iniecit ijs qui cū Comneno erant, & metum Aaronis militibus: nam direpta caſtra conſpicati, alij clamorem ſuſtulere, alij in fugam verſi ſunt; multi in exercitu Imperatoris mortem occubuere, ſed præcipue Macedones, neque ſolum milites, verum etiam Duces multi Maurocatacalon Pnyemius. Carzamuntes & alij haud pauci, & multo plures interfecti, capti ſunt in hoc prętio, quia ex ijs Imperatoris militibus, qui fuſi fuerant: Randulphus Francus inter fugientes ac per-

Digitized by Google

ac perſequentes progreſſus,petebat congreſſum cum aliquo illuſtri viro,& vbi didicit Nicephorum Botoniatem relictis alijs procedere, ad illum procul exclamans ſe recipiebat, manere iubens, ſeque ipſum nomine declarans & cauſam qua eum prouocaret; quo cognito Botoniates, curſum ſiſtit,& cum Randulpho,qui appropinquarat,congreditur,& ille gladio Randulphi ſcutum percutit,ac bifariam ſecat,ipſumq; Francus in galea percutit,ſed lapſus gladius nihil eum læſit: Et idcirco alij concurſu ad Botoniatem facto hominem viuum capiunt,captum ad Comnenum abducunt.ceciderāt ex Comneni quoq; exercitu,dux vnus, Leo Antiochus,& milites quidam.accepta autem clade, quum ij qui ex prælio ſuperfuerant,ad Imperatorem cum Domeſtico & Aarone incolumes perueniſſent,ipſe iam in reliquum omnem rerum ſpem abiecerat,iamq; exiſtimabatur relictis omnibus fuga ſibi ſalutem quæſiturus. verum qui cum eo erant non permiſerunt id facere,immo permanere hortabantur,ac ſtrenue, ſi opus ſit,pro Imperio mortem occumbere. iterum igitur coacto exercitu ad alterum prælium accingi moleſtum & inutile videbatur, ſed ſuperiorem ſe futurum opinabatur,ſi ciuium ſibi conciliaret beneuolentiam,quare ipſos benigne alloquens,donis atque largitione proſequebatur. Comnenus autem profligato ac diſſipato aduerſariorum exercitu, è Nicæa tertia die Nicomediā profectus eſt,vbi ei præſto fuere Imperatoris legati,pręſes Conſtantinus Lichudes, præſes Theodorus Alopus,Conſtantinus philoſophorum princeps Pſellus, nā ij tres viri ſapientia, & eloquentia hominibus illius tempeſtatis præſtare videbantur,& ſine vlla controuerſia Pſellus,& idcirco delecti ſunt, qui legationem obirent, eorumq; eloquentia & gratia ſe magna perfecturum ſperabat Imperator.pollicebantur autem legati ipſi ſi arma deponeret Comnenus,ab Imperatore filium adoptatum ipſum Cæſarem declaratum iri,atque omnibus, qui eum ſequuti eſſent,obliuionem malorum, & delictorum veniam: ſed vbi ipſorum orationi nemo conſenſit,ad Imperatorem reuerſi iterum legati deliguntur. talis autem erat legatio,ipſum ab Imperatore filium adoptatum, omnibusq; militibus confirmatos honores à Comneno promiſſos Imperatoris litteris. nuntiataq; Imperatoris pollicitatione,ipſe Comnenus & omnes eius principes conſenſere, petebantq; vt aurei diplomatis ſcriptura pollicitationes fierent. ſolus autem Combuſtus nulli rei conſenſit,immo inſtabat, vt ſenex relicto Imperio ſecederet, indignum ac nefas aſſerens rurſus permittere, vt is Imperator eſſet Romanorum,qui iam maxime horribili iureiurando Imperio abdicatus eſſet, id enim Diuinam iram concitare aſſerebat, ob periurium, neque alioqui ſibi vtile fore,ſi arma deponant. ſi quidem & ipſe adoptatus veneno confectus cito periturus eſſet,vt vnuſquiſque eorum, qui eius eſſent partes ſequuti, luminibus priuandus. feruntur item legati ementita legatione interdum ad Combuſtum accedentes perſuaſiſſe vt reſiſteret,neque vlla ratione cederet.id autem ipſos non alios feciſſe,quidam fide digni,quiq; mentiri minime poterant, aſſerebant,

rebant & ipſum Comnenum ab illis iureiurando adhibito certiorem factum omnem ciuium multitudinem ipſius deſiderio teneri, & ſi ad vrbem accederet tantum, exacto ſene cum hymnis ac laudibus exceptum iri. & hæc in exercitu geſta dicunt. Senex autem ſibi beneuolentiam ciuium deuincire, muneribus, & pecunia, & honorum ſupremis gradibus, atque omnibus ijs, quibus deliniтur & demulcetur multitudo, & ad beneuolentiam fidemq; obſtringitur, & maius atque arctius vinculum ſtudens eſſe, expoſita tabula horribili iureiurando, & religioſiſſimis execrationibus cogebat vnumquemque ſenatorij ordinis iurare, nunquam ſe Imperatorem aut dominum Comnenum appellaturum, idq; ſcriptum confirmare, & omnes poteſtati obedientes, quum adhuc procul degeret Comnenus, ſubſcripſere. verùm vbi ille cuidam loco Almeas nomine appropinquauit, ac poſtridie in palatijs Damatrijs eſſet hoſpitaturus, repẽte exurgentes diluculo, & ad magnum Dei templum accedentes Magiſter Michael Anaſtaſij filius, Patricius Theodorus, Chryſelius, patricius Chriſtophorus Pyrrhus, omnium ſodalitiorum præfecti, & quidam alij obſcuriore loco nati, ex inferiore loco acclamabant, vt ad ſe Patriarcha deſcenderet, quod ipſum neceſſarijs de rebus eſſent percontaturi. ſed quum ille deſcendere nollet, immo clauſis ſuis ianuis & aditu labyrinthi ad ſuprema tẽpli tabulata ducentis, miſiſſetq; ad ipſos Nicephorum & Conſtantinum germanos fratres, & ſuos patrueles, vt per ipſos, de quibus vellent, interrogarent, qui conuenerant adiuncta ſibi alia haud exigua turba, iam enim diuulgata fama omnes vulgo concurrebant, non ſolum nouarum rerum ſtudioſi, ſed etiam ex peritioribus haud pauci, & ſenatorum frequentia illorum, qui haud ſatis Imperatoris erãt obſequijs deuincti, detentos patriarchæ patrueles abducturos ſe ſe minabãtur, niſi quamprimum ad ſe deſcenderet: ille verò, ſiue inuitus, non noui, ſiue libens vt maior pars aſſerit, ſacerdotali indutus veſte, & reliqs aſſumptis Archiepiſcopatus inſignibus, deſcendit, triſtis & ſimilis pulſato ac grauia perpetienti, & hæc omnia erant cõmenta, vt rerum exitus indicauit: nam quum deſcendiſſet ille, ſtatim multitudinis principes aſſumptum allata ſede in dextera parte ſancti ſuggeſti collocãt: & primum obtentu quodam hortabantur vt legatus Imperatorem adiret, peteretq; ipſis reddi tabulam illam in qua ipſi ſubſcripſerant, tamquam ab ipſo Imperatore iam cum Comneno fœdere percuſſo, qui illum Imperatorem declaraſſet: nam ſalua, neque conſciſſa tabula illa, duorum, quæ quidem abſurda eſſent, alterum neceſſario euenturum aſſerebant; vt vel ipſo pro Imperatore celebrato peierarent, vel perpetrata, vt in Imperatorem, contumelia punirentur. ille autem primo coercebat ipſos, deinde breui tempore interiecto ſummum Imperatorem Comnenum declarant, & quicumque non conſentirent, eos Romanorum hoſtes ac rebelles appellabant, eorumque domus multitudini diripiendas concedebant, ipſo Patriarcha per eum qui eccleſiæ ſecundum locum obtinebat, Stephanum, præſentem & comprobantem, & Theodorum Antiochiæ

Digitized by Google

chiæ patriarcham Imperatoris declarationem laudibus celebrante, & domos
eorum, qui ſummos magiſtratus gererent, quicumque rei minime conſenti-
rent, demoliri atque diripere adhortante, & hæc faciebat intra diuinum & cele-
berrimum templum. miſſo autem ad Comnenum vno nuncio & feſtinare ad-
monet, neque cunctari, & opitulationis præmium repoſcebat, quaſi iam ad op
tatum exitum perductis eius votis, altero autem ad ſenem, perſuadet vt è pala-
tijs nihil ad ſe ſpectantibus deſcendat, & ex ea re omnibus inſons & culpæ im-
munis viſus eſt Patriarcha, qui non ſolum particeps fuit, ſed etiam rebellionis
auctor & princeps. Quum verò ſenex ipſe miſſos ad ſe metropolitas interrogaſ
ſet, & quid mihi pro Imperio tradit Patriarcha? & illi reſpondiſſent, cæleſte re-
gnum, ſtatim depoſita purpura & cocco tinctis calciamentis, veſte priuata indu
tus deſcendit. hoc autem prorſus vere accidiſſet, vt & ipſe cupiebat, & metro-
politæ pollicebantur, ſi ſimulatq; rebellari cæptum eſt, relicta regia abijſſet. ve-
rum quum vſque ad bellum permanſerit, & tantam ſuæ gentis cladem vide-
re ſuſtinuerit, deinde fractus, & compulſus à ciuibus, atque inuitus Imperio ce-
dens, non ſatis mihi certum an pro terreno Imperio ſit mercedem cœleſtem ac
cepturus, verùm hæc, vt Deo placuerit, fient. quumq; hic in ſuam domum, quę
erat in arce, ſe contuliſſet, quarta die trigeſima prima Auguſti menſis indictio-
ne decima, Combuſtus accerſitur, hoc honore à Comneno affectus, vt eſſet Cu
ropalates, cum quibuſdam alijs haud paucis nobilibus viris quinta hora matu
tina miſſo Dromone, & ingreſſus regiam occupat. venit autem circiter noctis
crepuſculo etiam Comnenus, & in ipſa regia palatia ſe confert. poſtridie verò
prima ſeptembris menſis, indictione vndecima, quum ad magnum templum
publice proceſſiſſet, ibidem in celſo ſuggeſto, Patriarchę manibus Imperatoris
diademate coronatus, Romanorum Imperator declaratur.

ISAACIVS COMNENVS.

AD hunc modum, quem diximus, Comnenus adeptus Imperiũ,
qui & virtutis opinionem de ſe præbuerat, & ſpecimen præ-
ſtantiæ in rebus bellicis, ſtatim regio numiſmate Spatapho-
rus imprimitur, non omnia accepta Deo referens, ſed propriæ
virtuti, & rei militaris peritiæ, ac veluti cum ſumma poteſtate
Imperator, quæ ad Imperium pertinerent, aggreditur, maximis prius honori-
bus ijs, qui ſibi ad incæpta perficienda operam nauarant, ornatis, & populi ha-
bita, quam par erat, ratione, multos publicorum conuentuum curatores crea-
uit, & magnæ eccleſiæ permittit ſacras ſuas res adminiſtrare, interdicta prorſus
eius adminiſtratione Imperio, ita vt neq; ad obeunda ſacra munera, neque ad
habendam ſacri Theſauri rationem aliquis, ab Imperatore delectus præeſſet:
verum à Patriarchæ poteſtate omnia dependerent, & perſonarum delectus, &
rerum

rerum adminiſtratio.amans item vxorem ex oppido Pemoliſſa, Auguſtam declarat,& Ioannẽ fratrem,& Catacalon Combuſtũ Curopalates creat, & ambos honoribus decorat.fratrem ſuum magnum Domeſticum creans: conſiderans aũt pecuniæ neceſſitatẽ,ſine quibus nihil ſecundũ oratorẽ perficitur, eo quod res militares imbecilles eſſent, & in anguſtiſſimũ redactæ ob imperij inopiam, & vndiq; oẽs contra Romanos incitari,quod ei ignominiæ eſſe, & omniũ grauiſſimũ videbatur.acerbus vectigaliũ exactor ijs appellatus eſt,qui reipub.debebant, & ipſe primus officiorũ venditiones amputauit, parſimonia quoq; ei curæ fuit; nec non vt Imperio agros adderet,& idcirco multos priuatos homines poſſeſſionibus ſpoliauit,neglectis ipſorũ aureis diplomatibus, quibuſdã ẽt monaſterijs multas poſſeſſiones ademit,& relictis monachis idoneis ſumptibus ad victum,quos computari iuſſerat, id quod ſupererat publico vendicauit, rem ijs, qui inconſiderate iudicarent ex prompta impietate & iniquitate ad ſacrilegium profectum. Sed tamen nihil abſurdi perficientem committẽs, ijs autem qui rem grauiter conſiderarent,atque ſpiritaliter vt aiunt, vt quæ ad paupertatem eos, qui ipſam profeſſi eſſent,abduceret, & Sybariticas æpulas ad delitias auferret,neque tamen ijs,quæ ad vſum neceſſaria eſſent,priuaret, & finitimos, ideſt,qui propinquos agros haberent,à monachorum moleſtia & auaritia libeberaret.quod vtinam ad exitum ipſe feliciter perduxiſſet, non ſolum in monaſterijs, ſed in omnibus rebus ad eccleſiam omnino ſpectantibus. ita igitur res ab Imperatore adminiſtratæ ſunt.& regia vrbs in hoc ſtatu erat. Patriarcha autem inexplebili beneuolentia fretus Imperatoris, contra ipſum elatus eſt, non petitionibus modo,& admonitionibus vtens, ſi qñ alicuius rei, & pro aliquo indigeret,verùm ſæpe minime voti compos propter frequentes & odioſas petitiones,minas, & abſurdas increpationes adhibebat:ac niſi pareret, Impij amiſſionẽ minabatur,vulgare & tritũ hoc dictũ proferens.Ego te cõdidi furne, ego & te deijciã;aggreſſus eſt etiam cocco tincta induere calciamenta,antiqui ſacerdotij morẽ hunc aſſerẽs,& oportere his vti nouum quoq; Archiep̃um;nam inter ſacerdotium & Regnum nihil intereſſe, vel admodum parum, & in rebus precioſioribus amplius fortaſſe, & magis colendũ ſacerdotiũ.Hęc audiẽs Imperator illũ muſſitantẽ ſtuduit potius aliquid ipſe perpetrare,quã pati,quare quũ Archãgelorũ dies feſtus aduenifſet,egreditur Patriarcha ad Suburbana loca, vt ibi ſtudioſe ac ſolẽni ritu, quæ ad diẽ feſtũ pertinerent,perageret.Imperator ãt vt lucro,ſibi oblata occaſione arrepta,veritus ne quis tumultus, aut ꝑturbatio fieret, turmam militũ miſit, qui cõi lingua appellantur Barangi,qui ipſum nõ ſine ignominia è throno correptũ ac mulo impoſitũ, vſq; ad littus quod eſt in Blachernis impellentes deduxerunt,& ipſum & patrueles eius, atq; inde in Lẽbũ impoſitũ ad Proconneſſum,vt ibi exularet, perducendũ curant; ipſe cũ aliquibus Metropolitis colloquutus, & de ſe abdicãdo peritiores ipſorũ cõſulẽs, oſtendit velle ſe,ipſos Archiepiſcopatũ deponere,priuſquã ipſum cũ dedecore

Officia ſunt quædam publica munera.

Nota de ſacerdotio.

amittat. Synodo & concilio eorum qui contra ſe publice cogerentur. Sed quũ ipſis viſus eſſet eiuſmodi, qui expugnari non poſſet, & prauus ingenio, quãtum ad ipſum attinebat, deſperata fuit eius depoſitio ſacerdotij, de qua Imperatore aſſidue cogitante, interea vitam cum morte Patriarcha tranquille commutat. cuius corpus Imperator, quod ipſum iam pœnituerat, honorifice importandum, & in ſuo monaſterio reponendum curat, perculſus eo miraculo, quod acciderat, non ipſe modo, ſed omnes qui cum ipſo erant. nam dextra Patriarchæ manus in crucis figuram conformata, vt mos eſt benedicendi, populo acclamãti pacem, ita firma permanſit, neque cum mortuo corpore eſt immutata. Sufficitur in eius locum patriarcha Conſtantinus præſes, & Protoueſtiarius Lichudes, qui prius metropolitanorum, & Cleri, totiusq; populi ſuffragijs delectus fuerat, vir ob regia atque ciuilia munera clariſſimus, à Monomacho, vſque ad illud tempus, quique magnam gloriam ob Reipublicæ adminiſtrationem reportauerat, & manganorum procurationem, ac iuris cuſtos, ab eo Imperatore, quem diximus, relictus fuerat; & quamuis delectus fuiſſet, non ſine contentione Archiepiſcopatum & Patriarchatum, neque ſine controuerſia adeptus eſt. verùm Imperator ſtudẽs talia ſibi iura vindicare, hoc ſibi tempus idoneum ratus, delectum preſbyterum continuit, ne Archiepiſcopatus officio perfecte fungeretur; quod, inquit, ea quæ contra iactantur, per ſynodum canonice examinentur. Conſtantinus autẽ non ignorans hæc contra ſe inquiri, inopinatum dedecus ſecum reputans, quæ quærebantur, attulit Imperatori, ex eo tpe ſine controuerſia, & ſine excuſatione omnia ab ipſo perficiebantur, quæcumq; in eligendis fieri conſueuere. fuit etiam munificus, & rationem habuit nõ eccleſię tantum, ſed etiã omnium omnino, ita vt curæ illius nemo expers eſſet, qui eius liberalitatem non percepiſſet: quũ verò Vngari pacẽ violaſſent erga Romanos, & Pazzinacæ è luſtris, in quibus delituerant, erupiſſent, lęderentq; finitimam regionem, Imperator paratis ijs, quæ ad profectionem exercitus vſui eſſent, cum omnibus viribus ſe Triadirzam confert, ibique ab Vngaris accepta legatione, quum pacem confirmaſſet, ac pro viribus ſtabiliſſet, in Pazzinacas profectus eſt. quibus diuiſis ſecundum gentes & tribus, reliqui duces Imperatori ſe ſubmittentes pacem, & amicitiam amplexi ſunt: ſolus Selte manum dare Imperatori noluit, Iſtri paludibus, quo cõfugerat, & prærupta quæ illic erat petra innixus, quibus etiam fretus in planitiem erupit prompto animo cupiens cum Imperatore manum conſerere: Sed breui tempore ſuæ dementiæ præmia tulit; Siquidem quum exigua Imperatoris militum manus ipſi reſtitiſſet, fugit, & eius aſylum captum ab ipſis fundamentis eſt dirutum. Imperator autem poſt ipſum profligatum atque deletum, funditus, inde profectus, ad Lobirzum tabernacula poſuit, ad montis radices: Vehemens autem imber in caſtra delatus, & nix intempeſtiua, erat enim Septembris dies vigeſimaquarta; qua protomartyris Teclæ memoriam celebrabant Chriſtiani: multum

Nota. Tecla die. 24. Septẽbris.

Digitized by Google

multum detrimenti,& calamitatis,militibus attulit.nam omnis fere equitatus, & eorum,qui aderant plurimi,frigore & imbre, quum nudi eſſent,& imparati,interierunt,ac præter omnem ſpem ad victum neceſſaria defecerunt, relictis tantum quæ fluminum impetu ſuperfuerant & imbri. quum autem mediocriter ſe pluuia remiſiſſet,niueſque accepiſſent inducias,egreſſus Imperator,& plurimis in flumine amiſſis, ſub vmbram cuiuſdam arboris cum paucis quibuſdam,qui ſupererant,ſe recepit, ac pauloposſt edito à quercu ſono, parum progreditur Imperator, fere quantum arboris ipſius longitudo contingeret, quæ radicitus euulſa ſupina in terram decidit. Obmutuit Imperator, conſiderans, qualis mortis periculum vix euaſerit: neque hoc erat bonum augurium, quod acciderat,ſed initium calamitatis, quam mox eſſet accepturus, & eorum quæ iam commiſiſſet pœnarum exactio; verùm pro eo caſu gratias agens, Deo templum in palatio Blachernarum Protomartyri Teclę dedicatum pulcherrimum conſtruxit, & exercitum perducens cito ſe ad regiam vrbem recipere feſtinabat: cogitans de rebellione, quam audiuerat in oriente, qua falſa comperta ſe ſe venationibus oblectare cœpit, & alijs quæ animi relaxandi gratia fiũt: per fretum, quod eſt ante regiam vrbem aſcendens, hora vero prandij flumẽ in ea loca,quibus nouæ vrbis nomen eſt, inuaſit; & porcus neſcio vnde apparẽs, in ſe prouocauit Imperatorem, quem vſque ad mare perſequutus Imperator expulit. vbi vero mare ſubiens porcus haud amplius apparuit,fulmine percuſſus Imperator de equo deiectus eſt, & humi ſpumam ex ore edens deuoluebatur;in paruum autem nauigium impoſitus, ad regiam defertur incolumis, attonitus tamen & ob afflatum ſe ipſum minime ſentiens, morboq; dies aliquot detentus mortem expectabat,& idcirco ad placandum ſibi Deum, pœnitentiã amplectitur,& Imperatoriam poteſtatem, quam ſibi iniuria vindicarat, libens deponit. hoc certe recte faciens,& monaſticæ ſe vitæ dedicat,priorem faſtum, ac delitias,voluntario contemptu,& modeſtia corrigens,& quod magis oſtendit illum verè totoq; ex animo pænituiſſe eorum, quæ patrarat; Imperatorem deligit non Ioannem ſibi ſanguine coniunctum,non nepotem ex ſorore Theodorum Docianum,non filiæ maritum, neque alium aliquem ſibi conſanguinitate proximum; ſed præſidem Conſtantinum,cui iam inde à ſuis maioribus, Ducas cognomen erat,tamquam peritum & conſcium & adiutorem, quique optime noſſet rationes parandæ copioſæ pecuniæ ad Imperij conſeruationem. Comnenus aũt monaſticas veſtes indutus,quum parũ expectaſſet,ſi qua ratione à morbo liberaretur, vbi nouit ſe inſanabili morbo captum,adhuc ipſo vexatus,ſtudij monaſterium ingreditur, multum Æcatherina Auguſta eius conſilium adiuuante,& pro terrarum Imperij amiſſione, cœleſtis gaudij fructũ ipſi promittente;quum annos duos ac menſes tres imperaſſet, & in habitu monaſtico pauciores his ſuperuixiſſet oẽm præſtans monaſterij præfecto obedientiam,ita vt & ianitor eſſet,& alia miniſteria obiret, ꝓpter multã animi æquitatẽ

Nota. Comnenus Monachus.

& modeſtiam;caſtiſſimus autem fuiſſe dicitur, & ſupra quam credi poſſit continens. nam quum Stratopedarches eſſet,neruorum morbo tentatum dicunt, ita vt vitam deſperaret,eo quod totius corporis languore,& neruorum reſolutione,detineretur.medicis autem,poſtquam alijs omnibus adhibitis remedijs, ea quæ omnino fieri non poſſent tentare deprehenſi ſunt,vt cum vxore coiret, ſuadentibus;noluit obtemperare.quumque dixiſſent illi,niſi hoc tentaret, neceſſario cauterium adhibendum, ex quo procreandæ ſobolis facultate priuaretur,ſatis ipſe,inquit,mihi ſunt Manuel & Maria mihi iam Dei beneficio nati liberi,nam ſine his licet conſequi Regnum cęlorum, ſine continentia verò Deũ nemo videbit; quinetiam Regina Aecatherina,eiusq; filia Maria detonſis capillis degebant in palatijs Myrdæi omnia monaſtica munera obeuntes; vita autẽ functo Imperatore conſpecta ſepultura eius humoris plena ſuſpicionem multis dedit,eſſe illam rem vltionem,& indicium ſupplicij, quo afficeretur ob inteſtinum bellum ac cædem, & ea quæ poſt vſurpatum Imperium commiſerat in priuando ſenatu ijs bonis; quæ ei antiquitus conceſſa fuerãt; & adimendis ſacris templis,& delubris facultatibus,quas diximus, id curans vt nihil ipſis ſupereſſet,ſed ea tantummodo haberent,quæ ad victum ſatis eſſent,mediocrem adhibens Reipublicæ conſolationem. alij autem fluentem humorem ſanctitatis interpretabantur indicium,quod pure ac ſine vlla controuerſia eum factorum pœnituiſſet,neque enim peccatum vllum eſſe,quod diuinam ſuperet erga homines caritatem,vtrorumq; ego ſententiam laudo,& approbo,quod altera mala futura prohibeat,altera verò à deterioribus ad meliora adhortetur ac reuocet. Quum autem Regina Æcatherina in monaſterio mutato nomine Zena appellata, quotannis Imperatoris memoriam anniuerſarijs ſacris coleret, inuitatis alijs quibuſdam monachis,& omnibus ijs, qui ſe in monaſterij ſtudio exercerent; iamq; diem ſuum eſſet obitura,ſolenni more annua ſacra peregit Imperatoris,& ipſis omnibus duplicia ea,quæ dari conſueuerant,perſolui iuſſit: antiſtite autem dubitante, & ſenſim accedente ac duplicationis rationem quærente,quia non noui,inquit,ò maxime venerande, an in ſequenti anno vobiſcum futura ſim, Deo fortaſſe aliter res noſtras pro ſua voluntate moderante. quod etiam accidit,illa enim ante illud tempus vita defuncta eſt, voluitq; cum fratribus in cæmiterio monaſterij ſtudij ſepeliri. ornarunt autem vterque, & ipſa,& Imperator auguſtiſſimum præcurſoris templum ijs,quæ connumerare,ac ſigillatim recenſere Herculeus labor eſſet. fuit Imperator moribus conſtans,æquus animo,mente acutus, manu ſtrenuus,intelligentia promptus, in rebus bellicis peritiſſimus,hoſtibus terribilis,ſuis re beneuolus,verbis infeſtus. Quum tamẽ à principio moribus his haud quaquam præditus eſſet, aiebat oportere Imperatorem externis eſſe terribilem, ſuis difficilem. ruſus aiebat Imperatores eos qui Tyranni eſſent,ſtudere fieri libertinos: quumq; accuſaretur quod Tyrannidem inuaſiſſet contra Michaelem,pigebat me,inquit,conſeruo ſeruire, neq;

decer-

decentia conſequi,& cauillo etiam vxorem eſt proſequutus,ſiquidem dicebat illam prius ſeruam, nunc à ſe in libertatem vindicatam. aiebat item cognatos alijs eſſe onera,Tyranno vtilitatem, atque Æcatherina regina nihil noui factũ eſſe affirmabat ſuo tempore,quum regnum cum regno commutaſſet.

CONSTANTINVS DVCAS.

POſt Comnenum autem Conſtantinus præſes Ducas, ſine ſanguine & rerum perturbatione potitus Imperio,ad ſenatum,& omnem ciuitatis populum concionem habuit æquitatis plenam,& deinde rerum adminiſtrationem aggreſſus eſt, à modeſtia & æquitate nulla in re deficiens; & honoribus ſenatores & plebeios multos ornauit, atque eos, qui imperante Comneno proprijs honoribus exciderant, in priſtinum ſtatum vindicauit; multos enim ille ex illuſtribus,obſcuros, ex glorioſis ignobiles fecit; quum enim Sancti magni Martyris Georgij dies feſtus aduenifſet,quo eius memoria colitur,de more ſe confert Imperator ad mangana, ob cultum martyris. peracta autem celebritate, quidam malitioſi & improbi malum conſilium meditati, inſidias Imperatori ſtruxere. nihil verò perfecerunt, Deo cętum illum impium,& prauum commentum diſſoluente: hoc enim ſibi propoſuerunt faciendum, vt in profundum ille cum omnibus ſuis demergeretur.quippe quum per mare ad palatium nauigaturus eſſet.habita autem quæſtione & accurata examinatione, plures optimates in quibus ipſe quoque Eparchus,conuicti ſunt inſidiarum, & criminis læſæ maieſtatis rei effecti: & idcirco poſſeſſionibus & ſuis omnibus bonis priuati.concupiuit autem,& præ cæteris omnibus maxime amauit Imperator publicarum rerum incrementum, & præcipue ſtudio priuatas cauſas audiendi tenebatur, in quibus maiorem Imperij curam exhauriebat,alijs rebus minus vacans, ducum inquam amplificandæ dignitati,& ijs quæ à militibus proſpere ac ſtrenue geſta eſſent,& propterea in calumniatorum conuitijs, & ſophiſticis commentis,ac iudicialium quęſtionum examine romana Reſpub.verſans occupabatur, ita vt ipſi milites armis depoſitis aduocati & patroni quæſtionum ad leges ſpectantium & cauſarum fierent. plurima ſalute Martio ſono, & bellicæ ſaltationi,& diuerſæ exercitationi dicta; Pius verò quum eſſet, vt ſi quis alius, & Monachorum,& pauperum ſtudioſus,& in iis quæ ad cultum corporis pertinent, non admodum occupatus, in alijs quoque hebes ac ſegnis erat: at in augendis publicis pecunijs admodum parcus,& ciuilis.poteſtatem tribuebat iudicijs, & ea ſubinde propter perſonarum genera mutabat, grauem ſe potentibus oſtendens,& eiuſmodi cui non poſſent reſiſtere.quum ijs rebus ille totus incumberet,re militari neglecta,ac nimium ſe otio dedidiſſet,res Orientis pręcipue loca in Regionibus Romanorũ ab hoſtibus, agi, ferri,ac diripi,& omnia vaſtari, &

Turcorum excurſionibus, & oppreſſione ac violenta fuga & terrore neglectorum militum;continentes enim fiebant incurſiones,& crebræ direptiones. & quæcumque occurrebant hoſtibus,euertebantur; & idcirco felix Iberiæ regio omnino deſolata fuit, & prorſus deleta iam ante confecta,& imbecillis, ac ſenſim deſerta & corrupta, atque huius mali participes erãt Meſopotamia & Chaldea & inſuper Melitene & Colonia, & loca ad fluuium Euphratem ſita. quinetiam Armenia,& Baaſpracania,ac niſi ſæpe exercitu, & interdum ſola fama copiarum compreſſi fuiſſent Barbari, & quidam ipſorum duces bona quadam fortuna commiſſo prælio cladem ſortiti eſſent, etiam vſque ad Galatium, & Onoriadem, atque ipſam Phrygiam aduerſarij excurriſſent: mittebatur enim exercitus leuis armaturæ,& inermis, quod ſemper præſtantiores abdicarentur præfectura.

Deſunt nonnulla.

obſoniorum abundantiæ cauſa, & maiorum graduum, quæ quidem culpa minime vacabant: quum nihil ſtrenuum aut memorabile hac de cauſa gereretur, quibus rebus effectum eſt, vt Romani imbecilliores redditi terrore cõplerentur; Barbari verò inflati animo efferrentur, & multa confidentia irruptiones facerent: quando etiam ad Anium mittitur Dux Armenius, quidam nomine Pancratius,pollicitus res ad exercitum,qui ibi aderat ſpectantes ſe pro virili parte adminiſtraturum: quum verò Sultanus illac iter faceret, neque tamen Romanorum regionem vexaret: quidam ex ijs qui cum Pancratio erant, erumpentes extremum agmen Sultanicij exercitus lædebant,& cædebant; quibus de cauſis Sultanus grauiter indignatus vlterius progredi deſiſtens,ad Aniũ reuerſus eſt,& paucis diebus, tum ipſum Anium, tum finitima omnia loca in ſuam poteſtatem redacta,& præſidio impoſito munita, ac ducibus idoneis tradita,Romanorum ademit Imperio. Hæc igitur in hoc ſtatu erant, & tantæ direptioni obnoxia erant Romanorum loca in Aſia, & in omni Orientis regione: in Occidente verò circa tertiam indictionem, quum præeſſent oppidis ad Iſtrum fluuium Magiſter Baſilius Apocape, & magiſter Nicephorus Botoniates Vzorum natio, hi etiam ſunt genere Scythæ, & Pazzinacis nobiliores, & multitudine ſuperiores cum tota gente, & proprijs impedimentis tranſmiſſo Iſtro longis lignis,& lembis paruisq; nauigijs,& byrſis, milites tranſitum prohibentes,Bulgaros inquam & Romanos: & qui cum ipſis erant,ſtatim debellarunt. ac duces ipſorum Baſilium Apocapem & Nicephorum Botoniatem captiuos abduxere,omnemq; ad Iſtrum planitiem complerunt.excreuerat enim natio,vt ij qui viderant, confirmabant,ad ſexcenta bellicoſorum virorum millia,& quædam haud minima pars ipſorum diuiſa vſque ad Theſſalonicam, & ipſam Greciam irrupit,& omnia quæ ante pedes erant,vexauit,diripuitque infinita abacta præda:Sed quum in vehementum hyemem incidiſſet,quando ad

ſuos

Digitized by Google

ſuos redibat, nó ſolum aliena, ſed etiam ſua fere omnia amiſit, & infortunio accepto in caſtra reuerſa eſt. Imperator autem de eorum multitudine certior factus, cruciabatur animo, & ægre ferebat; exercitum tamen cogere, & idoneas copias contra ipſos mittere cunctabatur, ac ſegnis erat, vt quidam aiebant, ſumptibus parcens; erat enim, vt diximus, auarus, & obolum omnibus rebus anteponebat; vt verò alij, quod non confideret aduerſus tantas vires poſſe acie decertare, omnes enim aſſerebant aduerſariorum multitudinem inexpugnabilem, omnibusq; redemptio eiuſmodi videbatur, quæ ſuſtineri nequiret, & de migratione iam plures cogitabant. Imperator autem miſſis legatis ad principes nationis, tentabat ſi fieri poſſet ipſos abducere, & ſibi conciliare multis miſſis muneribus, quibus delinirentur, atque adeo aliquos ex ipſis crebris beneficijs exceperat. Sed natio maxima, & idcirco quotidie irruptionem faciens, in multas Bulgariæ partes, iam ipſam quoque Thraciam opprimebat. non ferens autem conuitia Imperator, quod ab omnibus impudenter, vt auarus atque ignauus inceſſebatur, & accuſabatur, & regia vrbe egreſſus, ad locum, qui Chirobachi vocatur, caſtra ponit, haud plures centum & quinquaginta militibus ſecum adducens, ex quo plures admirari, quomodo cum tot homunculis aduerſus tantam multitudinem auderet; verùm quum ille in huiuſcemodi apparatu verſaretur, ac de cogendo exercitu conſuleret, quidam ad ipſum accurrentes acceſſere; atque duces redemptos nuntiarunt, & totius nationis interitum; aſſerentes duces ipſorum conſcenſis nauigijs Iſtrum tranſmiſiſſe, reliquam verò multitudinem fame ac peſte, & à finitimis Bulgaris & Pazzinacis debellatã funditus interijſſe, Deo oẽ illud opus procurante. fertur enim Imperator deſperatis rebus indixiſſe ieiunium, & ſibi & populo, & frequentes ſupplicationes adhibuiſſe, ipſe pedes ſimul cum lachrymis incedens, & contrito corde; qua die conſpecta eſt ab Vzis in tabernaculis commorantibus militum multitudo in acie emicare, & cum ſumma feſtinatione crebra contra ipſos tela iacere, ita vt ex ipſis nemo illæſus remanſerit; quin vulnus acceperit. Imperator autem Deo & Dei genetrici ſacrificio cum gratiarum actione peracto, recta ad regiam vrbem ſe contulit, quam repperit admirationis ac ſtuporis plenam, votaque Deo pro accepta ſalute perſoluentem. verùm omnes quod factum erat, diuinum miraculum cenſentes, Imperatoris erga Deum pietati aſcribebãt, quod virtute, & non vitio, aut potentia Imperatoris, ſed relligione Deus ipſe flexus eſſet Poſt huiuſcemodi interitum, quidam ex ipſis ad Imperatorem ſe contulere, à quo acceptis agris publicis Macedoniæ Romanos ſequuti ſunt. & ſocij ipſorum, atque eis obedientes hactenus fuere, honoribus ſenatorijs, atque illuſtribus dignati. Agebatur autem tunc ſextus annus imperanti Duci, indictione tertia, anno. 6573. ab orbe condito anno verò ſuperiore ante menſem Septembrem, Indictione ſecunda, vigeſima tertia die Auguſti menſis, circa ſecundam noctis vigiliam, terræ motus ingens factus, & omnium qui vmquam fue- **Nota. Terræ motum.**

re ma-

re maxime terribilis, ab occidentis partibus incipiens, atque adeo vehemens, vt & domos multas euerterit, & templa & columnas, & ſimilia ijs quæ diximus, accidere Rhædeſtopanio, & Myriophyto, ita vt murorum partes vſque ad ipſum fundamentum dirutæ ſint, & domus plurimæ, & multa cædes facta, quin etiam Cyzicus haud expers damni fuit. Siquidem templum Græcorum, quod in ipſa erat, commotum eſt, ita vt maxima illius pars deciderit, quum eſſet maximum ſpectaculum, tum quod munitiſſimum erat, tum quod ex pulcherrimo lapide, & maximo admirabilem ſtructuræ ordinem habebat, tum verò quod ædificium videretur & altitudine & magnitudine idonea in perpetuum permanſurum; & vſque ad duos annos ex eo tempore frequentes terræ motus fiebant adeo ingentes, vt eiuſmodi maiores natu minime meminiſſent; eadem damna perpeſſa eſt Nicæa, in qua templum ſanctæ Sophiæ dicatum, & ſanctorum patrum Sepulchrum conquaſſata ſunt; & muri cum ciuium domibus collapſi ſunt, & loca quoque Dromi penitus corruerunt; erant hæc peccatorum exacta ſupplicia, & prorſus ira diuina, & innuebant modo dictæ nationis aduentum & interitum; in diuinis enim portentis non præſens tantum, ſed etiã futurum præuidetur & præſignificatur. Maio quoque menſe, quarta decima indictione apparuit crinita poſt ſolem Occidentem lunæ magnitudine, quando ipſa plena eſt lumine, quæ eo tempore fumum emittere, & nebulam videbatur, & in ſequenti die cœpit crines oſtendere, qui quantum protendebãtur, tanta ſtellæ magnitudo erat; immiſit autem radios ad Orientem, & ad eam partem progredi quadraginta diebus perſeuerauit. Mortuo verò Patriarcha Conſtantino, Ioannes monachus cognomento Xiphylinus deligitur è Trapezunte profectus vir ſapiens, & eruditiſſimus, adeo vt in principio florentis ætatis monaſticam adminiſtrationem ſuſceperit, & vitam ſolitariam degere inſtituerit, tempore haud exiguo ad Olympum montem, quare nemo præter ipſum dignus habebatur, qui ad altum Patriarchæ gradum perduceretur, tametſi recuſans, ac fugiens ad eum honorem compulſus eſt. Quin etiam vita functo Theodulo Bulgariæ Archiepiſcopo, deligit Imperator Ioannem quemdam monachum è Lampo profectum collegam & ſocium laboris Xiphilini. à menſe autem Octobri, morbus grauis Imperatorem inuaſit, qui eum grauiter affligebat, vſque ad inſequentem menſem Maium, quo ipſum profligauit, & vita priuauit. eius verò ſepultura, non vbi ille exiſtimauit, condita eſt; Sed per mare ductus, in monaſterio Sancti Nicolai, quod molibotum vocatur, ſitus eſt: vixit in Imperio annos ſeptem, menſes ſex. fuere ipſi liberi ex Eudocia Regina, quam adhuc priuatus duxerat vxorem, mares tres, Michael, Andronicus, & Conſtantius. horum porphyrogennetus erat Conſtantius, omneſque Imperatores declarauit. fœminæ autem tres, Anna, & Theodora, & Zoe, & quum Cæſarem ſuum fratrem Ioannem delegiſſet, ſocium arcanorum conſiliorum, & curarum aſciuit. Quum diem ſuum obiturus eſſet, ab omnibus ſyngrapham petijt, in

qua

Digitized by Google

qua pollicerentur numquam ſe præter ipſius liberos, alium Imperatorem ſuſcepturos, & omnes ſubſcripſere. Quinetiam Regina Eudocia numquam ad alterum coniugium ſe tranſituram promiſit: perfectamq; ipſam Syngrapham Patriarchæ ſeruãdam tradidere. quare & dum vxor, & dum Regina fuit, omnia ita fecit, vt & viro caſtiſſima, & in inſtituẽdis liberis diligẽtiſſima, & in adminiſtranda republica maxime idonea haberetur. Moritur Imperator annos natus ſexaginta, & paulo amplius. conſueuerat autem dicere de ijs, qui ſibi inſidiarentur, ſe honore, & pecunijs haud quaquã eos priuaturũ, ſed pro liberis, vt captiuis argento emptis vſurum; ademi aũt, aiebat, non ego ipſis, libertatem ſed leges, quæ iure ciuitatis ipſos excidere fecerunt. Diſciplinis eximie deditus aiebat, vtinam ex ijs potius quàm ex imperio cognoſcerer. quumque alto animo eſſet, cuidam qui ſibi dixerat, ſe libenter pugnantem proprium corpus pro illo oblaturum, meliora, inquit, loquere, ac ſi vis lapſo & ipſe infer plagam. ad eum qui ſtudioſe leges inquirebat, propterea quod peccare cuperet, dixit, iſtæ nos leges perdidere.

EVDOCIA CVM LIBERIS.

OBtinuere autem Imperij ſceptra, & coniunx ipſius & liberi, Turci uerò orientis regionem percurrentes, rurſus eas Romanorũ copias quæ ad Meſopotamiam erant, ſed maxime ijs quæ ad Melitenem caſtra poſuerant, obſidebant; quæ commeatus indigentes & ijs cibis, qui ſibi frequenter ſuppeditari conſueuerant priuati, inopia conflictabantur, ac miſere degebant. ad hæc irati ob rerum inopiã cum indigenis militibus coniungi; ac fluuium Euphratem cũ ipſis tranſire nolebant. Aduenĩẽtibus igitur Turcis, quum ſoli Meliteni reſtitiſſent, ſine ipſis, facile à Barbaris procul iaculantibus lædebantur, & vulnera accipiebant. quũ illi nihil detrimenti acciperent, quoad coacti ad fluuiũ fugerunt, & ad pugnandũ conſtitere vel inuiti, & terga dare vi compulſi ſunt. quumq; ſuperati eſſent multi ex ipſis cecidere, quidã a barbaris viui capti, reliq. in Vrbẽ Melitenẽ ſe incolumes receperunt, quos Barbari contẽnentes, veluti debellatos, & imbecilles percurrunt vſq; ad Cæſareã oĩa diripientes, & euertentes, atq; igne ſuccenſo cremantes; impetu quoq; facto in magni ac celeberrimi Baſilij tẽplũ, omnia incendunt, & ſacra diripiunt; & irrumpentes ipſius ſancti ſepulchrum, ſanctis eius reliquijs nihil detrimenti inferre potuerunt; erat enim diligenter præmunitum, & circum ſtructa quædam ædificia ita corroborata, vt ad demoliendum diuturno tempore indigerent. Oſtia verò quæ foraminibus appoſita fuerant, auro & margaritis elaborata precioſiſque lapidibus, adimunt: omnibuſque ſublatis ornamentis inde proficiſcuntur, multis interfectis Cæſarienſibus, tẽploq; polluto & inde reuerſi trãſeũt per anguſtas vias ad Ciliciã ducẽtes,

ita vt nemo præſenſerit ipſorum aduentum, quumq; repente comparentes Cilicas multo terrore cōpleſſent, multam eorum qui ſibi occurrerent, cædem fecerunt. diutiusq; in ipſa Prouincia cōmorati quum eā vexaſſent, ſpolijs, ac præda, & captiuis multis potiti ad Chalep ſe recepere, à quodam transfuga Amertice nomine eo perducti qui Romanis infeſtus erat. imperante ſene Michaele ad eū transfugerat, magnaque dona, & honores, ac præmia conſequutus fuerat; ſed apud Imperatorem Conſtantinum Ducam accuſatus, quod ipſum gladio interſecturus eſſet, hac de cauſa perpetuo fuerat exilio condemnatus. verùm quum rurſus reuocatus aduerſus Turcos miſſus eſſet, tunc ob rerum, quæ ad victum neceſſariæ ſunt, inopiam, ſe ſe Turcis adiunxerat, & regionem peſſimè vexabat. Coniuncti igitur Turci, & Chalepitę, inita inter ſe ſocietate Antiochiam Syrię, eiusq; finitima loca male vexarunt, cædentes, comburentes, diripientes, deprædantes, captiuos abducentes, & peſſima quæq; perpetrantes, & aduerſus ipſos coacti fuerant idonei exercitus Nicephoro Botaniate duce, ſed auaritia & ſegnities rurſus effecere, vt omnis labor irritus eſſet, neque enim integer commeatus, ſed mediocris quædam pars illis tradita, militibus torporis cauſſa fuit, qui accepto quod ſibi datum fuerat, in ſuam quiſque patriam diſſipati ſunt, ac rurſus Barbari regionem incendere & ſine metu percurrere. exiguum verò iuuenum conuentum, qui modo è ſuis domibus, vbi educati fuerant, prodierāt paruis ac minimis ſumptibus coactum Antiochiæ Duci tradiderunt, qui aliquod facinus perpetrare cupiebant, ſine labore ob iuuenilem audaciam militantes, ſed belli imperiti, & ſine equitatu ac fere inermes & nudi, quum ne quotidianum quidem victum haberent, intolerabilia multa paſſi, in ſuam patriam ſine gloria reuerſi ſunt, quos Dux Botoniates cum ſuis ſcutatis & quibuſdam externis copijs, vix potuit repellere. Verùm quum ille abdicatus eſſet magiſtratu, Barbari longe audaciores ſunt effecti commeatus inopia plurimum ciuitates opprimente, & aliarum rerum quæ ad victum vſui ſunt, indigentia, ſed quum neceſſario res ipſæ indigerent Imperatore, qui eas poſſet conſtituere, & in ęquū ſtatum adeo aduerſis temporibus redigere, cenſebatur maxime idoneus Botoniates, & alij multi, attamen diuinum vicit conſilium, & idcirco ad hæc perducitur Beſtarches Romanus Conſtantini Diogenis filius. quo autem modo perductus fuerit, mox dicam. Erat creatus Dux Sardices Diogenes. quum autem patricius eſſet, petijt ab Imperatore Conſtantino Duca hoc honore affici, vt eſſet Beſtarches. Imperator autem reſpondens, oſtendens opera, repoſce mercedem, inanem ipſum re infecta dimiſit, eius petitioni minime conſentiens. Egreſſus igitur Diogenes, quum ad Sardicem perueniſſet, incidiſſetque in Pazzinacas, qui eruperant, & regionem diripiebant, de ipſis trophea erexit, & ex captis viuos quamplures, interfectorum verò capita Imperatori miſit. & idcirco Beſtarches ab Imperatore creatus eſt. qui quidem ei ſcripſit, non meum donum ò Diogenes hoc, ſed tuæ virtutis, & fortitudinis.

fortitudinis. ibi autem commorans voluit Imperatori repugnare. ſed incœptum in lucem proferre verebatur. attamen poſtquam abfuit Imperator, & Imperium orbum erat, rem cũ ſuo quodam fideliſſimo cõmunicat, & per ipſum cum quibuſdam finitimis gentibus, quibus eſſet ipſius explorata virtus colloquutus, quibuſdam partibus imperauit. Indicatur autem à viro Armenio & comprehenſus ad vrbem regiam perducitur, conuictuſq; & capitis idcirco dãnatus, vt proditor, in exilium mittitur, & vrbe expellitur, non ſine maximo dolore eorum omnium, apud quos ſuæ virtutis ac ſtrenuitatis ſpecimen dederat. qui verò ipſum ignorabant, fama ab alijs percipientes, ſtatim ipſius amore capiebantur. & idcirco omnes optabant virum ſupplicijs liberari, & Romanorũ imperio condonari: & quia diuinæ æmulationis conſilium, non autem proprij amoris erat, quippe quum Chriſtianorũ turba quotidie ab Agarenis miſerabiliter vexata cruciaretur, deinceps optata eorum, qui vota faciebant, ad exitum perducta ſunt; Quum enim rurſus ad regium ſuggeſtum adductus fuiſſet, Auguſta Eudocia intolerabili miſericordia commota eſt, erat enim vir præter alia ſpectatu quoque dignus, ſtatura procerus, pectore & dorſo pulcherrimus, & pulchritudine oculorum, vt ſi quis alius, præſtans, & inde cognomen ſortitus, quod neque prorſus album, neque prorſus nigrum, ſed ex vtroque æqualiter mixtum colorem conſeruaret. vt igitur etiam præſens ſenatus commotus eſt, ſtatim miſericordia Iudicum ſubſequuta eſt. & à periculo ſeruatus præter oẽm ſpem atque expectationem, regiam dignitatem eſt conſequutus, & idcirco abſolutum oẽs amplectebantur. Egreſſus igitur in Cappadociam, vnde oriundus erat, rurſus ad regiam vrbem accerſitus ſe ſe recepit die natali ſaluatoris Chriſti, & magiſtri honore decoratus, dux exercitus a Regina creatur. quæ Imperatoris more cum ſuis filijs proceſſerat ad maximũ & celeberrimum Sophiæ tẽplum. quum autẽ vereretur Regina & ſenatũ & Patriarcham, & eos qui iurati ſubſcripſerant, & idcirco non auderet cũ illuſtriore aliquo matrimonio copulari ipſumq; Imperatorem declarare, ſtatuit ſupra muliebrem animum ſibi facinus aggrediendum, & dolo ac fraude circumueniendum Patriarcham, itaque ſe voti cõpotem futuram, & gentiũ impetum repreſſurã, quantũ in ſe eſſet, exiſtimabat. cõmunicat igitur rem quodam cũ eunucho ex Gynæceo, vt ad id idoneo, qui omnino ſe ei rem è ſententia confecturũ pollicetur, vt pote qui nouacula ad cotem eſſet oratione ad huiuſcemodi negotia, frater erat Patriarchæ, Bardas nomine, maxime laſciuus vir, & voluptatibus ita addictus, vt oĩa in omni vita ei poſthaberet. accedit exectus ille ad Patriarchã, eiq; arcano factũ aperit, denunciatq; ſi velit, immo ſi tantũ annuat, nihil pericli metuendũ ex horribili illo chirographo, eius fratrẽ germanum cum Regina copulatum ſtatim Imperatorem declaratum iri: vtq; totũ habuit ſibi Patriarcham veluti ineſcatum, iamq; ſtudioſe matrimoniũ tantũ non procurantem, conſuluit vt hac ipſa de re ſenatus quoque ſententiam percontetur. Singulis igitur ad ſe accerſitis Patriarcha rei

neceſſitatem confirmabat, ſcriptum illud accuſans vt iniquum & minus legitimum, ab vnius viri zelotypia profectum, cui communis vtilitas minus propoſita fuiſſet; cui prorſus, inquit, conſuletur ſi cum generoſo & forti viro copuletur Regina. rurſus enim res Romanorum efflorеſcent, quæ iam eo redactæ ſunt, vt atteri & penitus extingui cito poſſe metus impendeat. vt verò ſibi omnes conſenſere, alij ſuaſu & adulatione, alij pecuniæ largitione, & crebris muneribus, neque metus vllus ſuberat tranſigendę rei adducitur Diogenes noctu in regiam armatus, & cum Regina coniungitur, ſtatimque Imperator declaratur Ianuarij menſis prima die, indictione ſexta, anno. 6576. clam omnibus Reginæ filijs, ac repente à Barangis exoritur multa perturbatio, quod non ſuſtinerent ipſum celebrare præter omnium communem ſententiam. verum quum Michael ipſius Reginæ filius, cum fratribus adueniſſet de ſua ſententia factum id eſſe pronunciarunt, ac ſubito conuerſi, magno & elato clamore, ipſi quoque eum Imperatorem declararunt. vt igitur re comprobatum eſt, haud temere cõplures propter ipſum bene ſperarunt. Itaque Regina cum filijs, menſes ſeptem & paulo amplius imperauit.

ROMANVS DIOGENES.

ROMANVS autem Diogenes ita adeptus Imperium haud minorem præſentium rerum rationem habuit, quam militaris rei bene componendę, atque conſtituendæ, etiam ſi quam maxime aſſeſſores habuit maiores, immo vt verius dicam, inſidiatores & Ioannem & Cæſarem ſuperioris Imperatoris fratres, qui ei ſemper ab initio ad finem fuere impedimento, & Romanorum res in peſſimum ſtatum deduxere, qui nunc cernitur. cœpit autem & digniores amplecti, & cum prudentioribus ac peritioribus colloqui, & belli munera ſuſcipere, & legatos parare, atque vndique hoſtibus aditum intercludere. His de cauſis duobus exactis menſibus, Orientis propontis ipſum excepit, & Eudociæ zelus delitias, & animi mollitiem, quæ in Regina inerat, vicit; quod quidem omnes perculſit, celer videlicet apparatus & ordo, quem maxime neceſſario requirebant res Antiochiæ, & Ciliciæ excurſionibus, quas ſuperius diximus, defatigatæ; & in extrema adductæ diſcrimina; ad partes autem magis Boreæ ſubiectas ipſe Sultanus cum omni exercitu irrupit, incredibiles ſecum & graues copias adducens. & ad fines Romanorum autumno acceſſerat, vt ibi hyemaret, & ineunte vere, vt ex propinquo poſſet inuadere, & penitus Romanorũ res euertere ac demoliri. Imperator autem adducens exercitum, non qualem decebat Romanorum Imperatorem, ſed qualem præſens occaſio præbuit, ex Macedonibus, & Bulgaris, & Cappadocibus, & Vzis, & alijs vt fors tulerat, nationibus, inſuperque è Francis & Barangis, ſtudioſe iter arripuit; & coacti ſunt Imperatoris

toris iuſſu omnes, qui erant in Phrygia, id eſt in regione Orientis, vbi cernere poteras neſcio quid incredibile celebres illos anteſignanos Romanorum, qui omnem, & Orientem & Occidentem in ſeruitutem redegerant, ex paucis viris compoſitos ijs quæ paupertate & vexatione demiſſis, atque omni armorum genere ſpoliatis, pro gladijs & alijs bellicis armis, vt ſcriptura dicit, iacula & falces non tempore pacis adducentibus, & bellico equitatu, alioque indigẽtibus apparatu. quippe quum Imperator illuc cum exercitu iam pridem profectus non eſſet, & hac de cauſa illis tanquam inutilibus adempta eſſent cibaria & qui præberi conſueuerat commeatus: timidi enim & imbecilles, & ad nullam rem ſtrenuam vſui cenſebantur: ita vt etiam ipſa ſigna ſilentio reſponderent, ſordida conſpecta, tamquam ab extincto lumine obſcurato fumo; & paucos habentia miniſtros, & pauperes. hæc ijs quæ aderant cernentibus, cauſa erant vt multum deſponderent animum, & metuerent cogitantes ex quo ſtatu in quem redacti ſint Romanorum exercitus: & rurſus qua nam ratione & quibus opibus, & quanto tempore in antiquum ſtatum vindicari poſſint, quum maiores natu & veterani milites, & periti carerent equitatu & inermes eſſent. Tyrones autem imperiti neque bellicis certaminibus aſſueti: adhoc aduerſarios quoque maxime ſtrenuos & audaces ad ſubeunda belli pericula, & ſtabiles atque peritos, & idoneos norant. Ex omni igitur parte anceps & ſollicitus Imperator, tamen communis vtilitatis cauſa, ſtatuit, quantum in ſe erat, contra hoſtes inſtrui, eorumq; ex aliqua parte ingentem impetum comprimere; & aduerſarios quidẽ ignaros quibus malis domi vexaretur, ac præmeretur Imperator, repentinus ipſius conatus, & aduentus magis perterruit, ratos vt poſtea didicimus, hominem hunc periculorum nullam rationem habiturum: ſed verno tempore aduenturum, auctoremq; fore, vt rurſus Romana res effloreſcat, & præmia hoſtibus rependat. quibus de cauſis Sultanus receſſit. verùm diuiſa haud exigua exercitus manu, in duas partes, alteram in Aſiam ſuperiorem ad Iſtrum magis ſitam emittit, alteram ad partes magis Aquilonares. Imperator autem ſuis, quantum licuit, confirmatis, omni poteſtate, & dignitate, ac muneribus, & bono animo eſſe iuſſis, manipulorumq; ductoribus, & optimis præfectis vnicuique legioni diligenter attributis, breui tempore idoneum contraxit exercitum: & cum ipſo in Perſas alacrius proficiſcebatur. Vt verò borealis exercitus Imperatoris progreſſus, præſtitit, ſtatuit deinceps Diogenes in partes auſtrales eos inuadere, qui Cæleſyriam & Ciliciam, ipſamq; Antiochiam prædabantur, relictaq; via quæ recta ducit ad Coloniam & Sebaſtiam, ad Lycandi regionem acceſſit, ęſtiuo tempore: autumno enim cogitabat in Syriam inuadere, ne forte æſtu vexatus exercitus, parum proſpere res gereret, & detrimento haud mediocri afficeretur. Interea Turci Neocæſariam ex improuiſo adorti euertũt, & multorum virorum opumq; potiti ſunt, abducta maxime ingẽti ſpoliorum præda: quod quum ad aures Imperatoris accidiſſet, multam illi caſus hic animi ſol-

mi ſollicitudinem attulit,quod quamuis cum exercitu prodijſſet,nihilominus hoſtes regionem ſuam ſe inſpectante vexarent. tandem copias per ſemitas acceſſu difficiles, veluti habenis à tergo retractis reduxit,quumq; Sebaſtiæ appropinquaſſet,militaria impedimenta & omnes pedites ibi reliquit, cum proprio priuigno Andronico, qui ſecum aderat, quem delectum Imperatorem vt pignus ipſe habebat,vel collegam; vt ſi per ſæpe repente aduenicns fatum multis modis requireret, ipſe res adminiſtraret. Ipſe verò cum expeditioribus à tergo perſequebatur hoſtes,per multos & celſiſſimos colles,& per Tephricem, & Argaum,& in ipſos inuadere ex obliquo feſtinabat; quare quum nec opinantes adortus eſſet, ſuiq; aduentus fama omnes deterruiſſet, ſtatim auctor fuit vt illi in fugam verſi terga darent: quorum cædes haud multa facta eſt, quippe quum ante defatigati eſſent milites Imperatoris; viarum anguſtijs: ſed viui capti ſunt multi,quibus tamen vita vſui minime fuit,quod gladio confecti ſunt. omnis verò ætas ab homine vſque ad iumenta in libertatem vindicata, Imperatorem vno ore celebrarunt: ſiquidem ipſis quoque hoſtibus factum illud admiratione dignum videbatur,quomodo Romanorum Imperator contra ſe profectus eſſet ita, vt impediri non potuerit, inſtar expediti, & bellica virtute præſtantis militis. Quum verò tribus tantum diebus Sebaſtiæ exercitum quietis cauſſa continuiſſet,iter arripuit,ea,qua ad Syriam pergitur: & per Cucuſi anguſtias in Germaniciam profectus,in regionem nomine Teluch inuadit, diuiſa prius haud mediocri phalange cum legionis præfecto, quam ad Melitenem cum Duce miſit,vt Orientẽ cuſtodiret,& hoſtibus ibi commorantibus reſiſteret,quibus præerat verſutus & bellicoſus vir nomine Apſinalius, idcirco Imperator Duci ipſi præſtantiſſimos quoſque exercitus tribuit, & Francos ipſos, homines cęde gaudentes,ac bellicoſos. Verùm quum Dux haud fortiter rebus vſus eſſet,metu ne vinceretur:erat enim alterius ſententiæ,& timidus, & valde cauens futurum fere duplex bellum inuaſerat Imperatorem talibus copijs priuatum.ſæpe enim prouocantibus hoſtibus, vt è Melitene egreſſi pugnarent. vbi ne ſenſiſſe quidem ipſos nouerunt,ſed quieti, & ſomno deditos per obſcura loca progreſſi,clam Imperatoris exercitum audacter adoriuntur, & obuiam maxime exiguæ parti ad emenda cibaria egreſſæ, in ipſam irruerunt. illi autem non ſuſtinentes impetum ita fugerunt,vt numquam ſe ſe conuerterent. & fortaſſe perijſſet haud mediocris militum pars,neque contemnenda: niſi celeriter ipſis Imperator,qui aduenerat,tuliſſet opem & hoſtium impetum repreſſiſſet; ſi quis igitur Ducibus aſcribit rerum ſiue proſperos, ſiue aduerſos euentus, is mihi è recta,& vera ſententia non videtur aberrare,& recte ab antiquis pronũtiatum eſt, melius leonem ceruis imperare, quam leonibus ceruum. Sed Imperator ita ſeruatus,ſeruato quoque exercitu, ad Chalep regionem cum omni exercitu caſtra poſuit,& antequam de equo deſcenderet,& Scythas,& Romanorum haud paucos,prædatum agros miſit, quod factum eſt, & adducti ſunt

viri

Digitized by Google

viri multi & mulieres, multaque iumenta. Inde per hoſtilem progreſſus tertia die ad Hierapolim peruenit. quumque oſtendiſſet velle ſe aggredi exercitum qui ibi morabatur, non auſi illi ſunt cum Romanis congredi; ſed leuibus quibuſdam prælijs, & ludicris, bellum repudiarunt & Arabes & Turci. Ipſorumq; præfectus Amatrices ad genus regium Perſarum originem ſuam referens, detinens Hierapolim aggeribus, & è muro propugnationibus multumq; eruptione, aduentitias exercitus copias nudas, atque inermes dimiſit ad fœdus percutiendum interponente ſe in omnibus magiſtro Petro Libellyſio, viro Aſſiriorū & Græcorum doctrinæ peritiſſimo, ciuitatis Antiochiæ alumno, & filio, & inter ſuos principatum obtinente: Amiras vero Chalep, ideſt, Berrææ cum Arabibus Turciſq; coniunctus, manus cum Imperatore conſerere ac dimicare ſtatuit: quumque intra vrbem captam eſſet Imperator, & adhuc pro reliqua turris parte expugnanda dimicaret, aduerſus inſtructæ binæ acies, quæ coercerent aduerſarios, ad cuſtodiam diſpoſitæ ſunt. Sunt autem circum Hierapolim planities maximæ, equorum curſui idoneæ, in quibus apparuerunt quidam Saraceni adequitantes, & præter colles nihil eſt quod celſius ſit, vſque ad montem magnum; eſt autem locus æſtuoſus & aqua tepida aeris inflammationis & æſtus particeps: hoſtes autem, qui paulatim conſtitutis aciebus appropinquabant, rurſus receſſerunt; nam Machmutius Ameras aberat. verùm leuibus quibuſdam prælijs coegerunt aliquos ex Romanis cedere, quod bis terq; ab ipſis factum eſt. altero verò congreſſu non amplius Romanos parum ſunt perſecuti, aut ſiſtere fecerunt; ſed impreſsione in ipſos facta legione Ducum, vt manus conſererent, impulerunt, & ſcholarum legionem prætereuntes, multis occiſis, reliquos turpiter fugere coegerunt, à dextra ipſo ſcholarum agmine relicto, quod cladem Romanorum videns, nequaquam de ſtatu ſuo receſsit, immo quaſi nihil noui accidiſſet ita immotum ſtabat, quaſi vereretur, ne illic ſtare deprenderetur, & daret operam, vt omnino lateret; ſed hoſtes reuerſi cito hos quoque debellarunt, & multis interfectis, reliquis in caſtris concluſis, & ſigna illis militaria ademerunt, & plurimorum militum abſciſſa capita, miſerunt Chalepitis oſtentationis cauſſa; & illud maxima dignum eſt admiratione, quod hac accepta à Romanis clade, nullus alius manipulus, aut cohors, ad repellendos hoſtes fuerit prouocata. Verum omnes ſedentes, quaſi in amica regione commorarentur, priuatis commodis ſtudebant; nullaq; ipſorum animis aut ſollicitudo aut alacritas prorſus inerat. Sed Imperator qui in vrbe erat, audito caſu, haud mediocri dolore affectus eſt, ſtatimq; cum Cappadocibus quos ſecum habebat, reuerſus, offenſionem acceptam reſarcire conabatur; illa ſiquidem nocte omnes de ſpe bona deciderant, quod etiam peditatus Armenius ad tumulum pernoctans de rebellione cogitauit, nondumq; dies aduenerat, & hoſtes vallum cinxere. Chalep enim princeps, cognito caſu cum omnibus ſuis copijs acceſſit, vt illico Imperatorem capturus. Imperator autem intra tabernaculum

Digitized by Google

lum bellum deſcribens tertia circiter hora noctis cum conferto equitatu erupit. agebatur tunc vigeſima dies nouembris menſis, indictione ſeptima, buccinarum aut tubarum nullo edito aperto ſigno, verùm elatis vexillis, & compoſito procedente exercitu hoſtes in vnam partem cogi cœperunt, vbi Romanos equitantes viderent, & certamen ac rei euentus, qualis animo iam conceptus erat: nam quum hi à fronte clamorem ſuſtuliſſent, plures aduerſarios Romani debellarunt, & occiderunt, quumq; reliqua quoq; multitudo irruiſſet, ingens ipſorum fuga facta eſt. Et qui à tergo eos inſequebantur, multis occiſis haud ſane paucos viuos cepere. Verùm quum multum haud perſequuti fuiſſent, ingenti ac proſpero rerum ſucceſſu defraudati ſunt Romani, pulcherrimaq; victoria & maxima gloria priuati: quum enim Arabes equites celeriter accurrentes, haud poſſent bono animo eſſe, aut curſum tolerare: noluerunt Romani illorum imbecillitatem ſuum proprium robur efficere, ſed Imperatoris iuſſu, retentis frenis, obſcuram ſibi victoriam compararunt, contenti ſola hoſtium fuga, magnam felicitatem reputante Imperatore: quod tunc imbelles conualuiſſent, & mortui, vt ita dixerim, reuixiſſent. Imperator autem in vallum reuerſus, poſt expulſos hoſtes, ſtatuit arcem Hierapolis conſtruendam. præfecto igitur Phareſmane illo Beſte Apocape ex Iberis genus ducente, ſpatium dedit hoſtibus, & damni reſarciendi & victoriæ de aduerſariis reportandæ. & quoad Romanorum exercitus inſtructus ibi oſtendebatur, Arabes quieſcebant; vbi verò coacto exercitu cæpit recta ad oppidum Azæ contendere, cœperunt ſparſi ex interuallo ſuo more in ipſos inuadere, & extremum agmen ſæpe adorti commeatus deferentes vexare, & lædere Romanos, quaſi ex inſidijs clam irruptionem facientes. Conſtipato autem ſagittarijs & ſcutatis exercitu, Imperator armatus cum toto exercitu ad oppidum Azæ accedit, ratus locum ad ſe recipiendum idoneum; ſed vbi ipſi appropinquans, tutiſſimum vidit ac munitiſſimum in ſumno colle conſiſtens, dupliciq; muro cinctum, & lapidibus, quaſi clauis quibuſdam conglutinatum, aſcenſum ad portam referens, & parum aquæ inde effluere, quæ non eſſet ad tantum excipiendum exercitum idonea: inde profectus, vbi copioſior aqua flueret, caſtra poſuit; & inde quoque diſcedens inuaſit Auſonitides fines, incenſoq; agro maximo, nomine Catatma, antiquitus principi Chalep aſſignato, in alium locum ſe recepit, Thercola nomine, perruptoq; vallo, & Imperatore ad dextram partem incumbente, Arabes duo qui latebant à tergo montis, concitatis equis pedites duos haſtis interficiunt: quos conſpicatus Imperator primus, ſtatim milites ad perſequendos eos incitauit. verùm illi occupãtes velociſſimo equorum curſu, in ſua caſtra incolumes ſe recepere, & illinc profecti recta ad Artach contenderunt, quod oppidum expulſo proprio duce obtinebant Saraceni. verumtamen rurſus fugiunt qui illud obſeruabant, & Imperatori ſuum reſeruatur oppidulum, in quo præſidio impoſito, & idoneo commeatu, omnia tempori opportuna diſpoſuit. Ipſo igitur impe-

imperante cœperunt Romani oculis proprijs aſpicere,& virtutis memores eſ-
ſe,ac ſtrenuitatis rationem habere,& aduerſus hoſtes conſiſtere. quandoquidē
ſuperioribus Imperatoribus,qui proxime regnauerant, vna excepta oſtentatio
ne,& coacta multitudine nulla in re fortes ſe ad pugnam prębuerant. ita vt per
ſpicuum ſit ducis ipſius eſſe vt plurimū proſperū rerū ſucceſſum: quū vero in-
de non potuiſſet Imperator Antiochiā reuerti,confecta.n.erat famæ,multaque
vexatione,ſuperatis ſaltibus,& quibuſdā locorū anguſtijs minime puijs,ad Vr
bē Ciliciæ,Alexandronā nomine,ſe recipit,ibique vallū conſtruit, & montem
Taurum trangreſſus,cū omni exercitu in Romanorū regionē inuadit. quūque
conferti in loca frigida deueniſſent,ex admodū apertis & calidis,ingētē ſenſere
mutationē,& idcirco homines plures interibāt;& cōplura animātia frigore cō-
fecta ſunt. quū vero egreſſus eſſet Imperator ad quēdā locū anguſtiarū pōdadi,
nomine Gygariū,audiuit Amoriū direptū, hominūmq; infinitā cædē. poſitis
aūt caſtris ad Chalcidis diuerſoriū,q̄ in Melitene duxerat exercitus, nequaquā
ad ipſum voluit accedere; præſertim quū in Vrbe Zamādi coactū haberet exer
citū. quibus de cauſis dolore affectus, q̄d rebus ſuccurrere & opitulari neq̄ret,
quæ ad exercitū pertinerēt,recte cōpoſitis,quantū ſibi licuit, & maxima parte
in hyberna miſſa, ipſe Byzantiū contendit ad menſis Ianuarij finē. vbi quod-
dā tempus commoratus,quum ciuitatis ſtatum pro viribus adminiſtraſſet, ho
norib. ac muneribus ſenatores quoſdam proſequutus, diſtributis annuis do-
nis,neq; expectatis paſcalibus diebus, ad Eriorum domum è regione Vrbis ſi-
tam nauigauit. euenit enim neſcio quid aliud,quod neceſſario ipſum ad profe-
ctionem cum exercitu prouocauit. Vir quidam Latinus,Criſpinus nomine, ex
Italia, quum ad Imperatorem acceſſiſſet, ad Orientis partes, vt ibi hyemaret,
miſſus eſt. qui ratus ſe nō eo honore affectum pro dignitate, quem ſperauerat,
ad rebellionem ſpectauit,ſtatimq; occurrentes ſibi tributorum exactores & re
liquos ſpoliat ac diripit: Romanorū verò neminē interfecit, multiq; cum ipſo
prælio congreſſi victi ſunt. ſed in Armeniorum regione hybernans Beſtarches
Samuel Aluſianus Bulgarus, Imperatoris vxoris frater, quam priuatus adhuc
degens duxerat, cum quinque Occidentis legionibus repente Criſpinum in-
uadit ipſa die reſurrectionis, paſcha inquam. quod quum perſenſiſſent Fran
ci, fugiunt Romani, ipſorumque fit multa cædes, ac viui capiuntur numero
infiniti. attamen omnes humanè tractatos dimiſit, immo verò vulneratos
curari permiſit. quum Imperator ad Dorylæum perueniſſet, à Criſpino le-
gationem accepit, qua deditionem fatebatur, & de defectione ſe ipſum excu-
ſabat,& omnino malorum quæ ſiue volens,ſiue inuitus perpetraſſet, obliuio-
nem petebat. quibus poſtulatis annuit Imperator,& oīa quæ ille petierat perfe
cit;viri nobilitatē, & in bello gloriam veritus: etenim defectionis tēpore, quū
incidiſſet in maximam Turcorum manum, ingentia manu ſua facinora edide-
rat, & progredienti Imperatori inſtar ſerui, obuiam fit. ſubitoque vt amicus,

Digitized by Google

ac beneuolus ſequebatur, paucis ſecum quibuſdam militibus adductis, alios enim in oppido Maurocaſtri reliquerat, quod occuparat in Armenia, in alto colle poſitum, ſed paulopoſt, quum in ſuſpicionem veniſſet, neſcio quid crudele in propriam tribum perpetraturus, quod ſuæ voluntati non obſequeretur: etenim perfidum & inexplebile Francorum genus eſt, immo etiam ingratum, & multis offenſionibus magna crimina exuſcitat, & perturbationes ac ſeditiones, quibus tanquam delitijs oblectatur, exercitus imperio abdicatus fuit non ſyncere conuictus, ſed tantum à quodam Nemizzo illuſtri accuſatus. Sodales verò ipſius iniquo animo id paſſi ex oppido profecti in Meſopotamiam ſe recipiunt, multaq; damna ibi commorantibus intulere. vbi verò Imperator cum exercitu ad Cęſaream peruenit cognouitq; ingentem Turcorum manum regionem deprædari, quamdam exercitus partem aduerſus ipſos miſit, quam infecta re fugientem excipiens, continenti itinere vlterius progredi aggreſſus eſt. quum nondum neque vallum, neque tabernaculum conſtructum eſſet, hoſtes apparuere, qui tutiſſima loca occupabant, & tumulos. edito autem clamore quum Imperator ſe ſe quieti minime dedidiſſet, verum claſſicum ceciniſſet, ꝓceſſere ordine phalanges, ſublatiſq; ſignis proceſſere aduerſariorum plures. ſed quum legiones occupaſſent, vna Lycaon tunc appellata; altera Occidentis, numeri ſolito audacior, aduerſus hoſtes irruere, eos ad fugam ſtatim ſpectare coegerũt. & quum Imperator reliquum exercitum ante produceret, reliquam quoque hoſtium multitudinem cum alijs fugientibus ſimul fugere compulit. accedentibus autem militibus & Scytharum mercenarijs Vzis, inquam, haud exigua Turcorum cohors in Romanos inuaſit, quos excipientes relicti ad cuſtodiam milites, & ante omnes Franci, comminuſq; congreſſi, & abũde prælia ti fuderunt; nulla ex Romanis legionibus quæ ibi poſitæ erant, Francis vel ſimplici impetu opem ferente. interea quoque à perſequendo redierat Imperator ad veſperam, nam crepuſculo noctis conflatum fuerat prælium. poſtridie verò publice pro tribunali ſedens, captos hoſtes extrema ſententia capite damnauit, nemini prorſus parcẽs, ac ne ipſi quidem ipſorum Duci, tametſi multo precio ſe redempturum pollicebatur. Triduũ verò in caſtris moratus Imperator, hoc proſpero ſucceſſu ſatiatus, pluribus hoſtibus aufugiendi liberam præbuit occaſionem, ita vt ne à præda quidem ſe ſe abſtinuerint. & inde profectus à tergo ipſorum incedebat, & bidui ſpatio à Melitene caſtris poſitis, ſtatuebat partem quamdam exercitus diuiſam relinquere, vt eſſet hoſtibus ꝓpugnaculũ. Quod conſilium quum minime generoſum viſum eſſet & inutile, mutata ſententia recta ad Euphratem contendit. ad cuius ripas tabernacula hoſtes poſuerant, qui ſtatim audito Imperatoris contra ſe motu, receſſerunt. Imperator autem recta ad Romanopolim contendens, & inde ad Chleat, proficiſci ſtudens, quodã in loco caſtra ponit; & Phylaretũ, erat hic genere Bachamius, Ducẽ cũ ſumma ꝑtãte declarat, diuiſo enim bifariã exercitu, fortiorẽ ipſi partẽ attribuit homini

militarem prudentiam glorioſe profitenti,ſed turpis ac diſſolutę vitæ,turpiſſimeq; vitam ſuam tranſigenti. quique cum Turcis varie pugnarat,ſed in maximi momenti rebus debellatus fuerat; & ideo contemptui habebatur , non tamen ab ijs ſe continebat , ſed imperium militare ob auaritiam & hoſpitalia munera expectabat. Imperator verò ad partes magis Boreæ ſubiectas acceſſit, vt ibi niues & aquam frigidam, à quibus,quod eſſet corpore admodũ calidus, ſibi temperare nequibat,inueniret.progreſſusq; per aſpera quędam & difficilia loca, ad locum quemdam Anthias nomine peruenit,herbarum & tritici fertilitate præſtantem , quique haud mediocrem ſuppeditaret ibi commorantibus oblectationem.quippe quum illius terræ vmbilicus eſſet, inde Taurum montem indigenarum lingua Munzarum appellatum tranſgreſſus in regionem nomine Celzenem ſe contulit iterum tranſmiſſo Euphrate fluuio præterfluente ac diuidente tamquã confinio,montem ipſum,& Celzenem.milites verò cum Phylareta relicti ob aduentum hoſtium terrore completi, animoq; perculſi ponè Imperatorem locis relictis ſequebantur, quorũ ipſis cuſtodia fuerat cõmiſſa;quoad ad ea loca,quæ diximus Anthias vocari,peruenerunt;vbi quũ hoſtes quoq; à tergo apparuiſſent,turpi ſe fugæ vel ante certamẽ commiſere.& ad Imperatorẽ in Celzenem ſe è veſtigio contulere . ipſorumq; impedimentis potiti ſunt aduerſarij;hæc ita renuntiata admodum perturbarunt Imperatorem, qui tũ ſuorũ cladẽ,tum hoſtiũ victoriã haud ęquo ferebat animo,quos niſi Imperatoris ipſius fama terrore cõpleſſet, ipſorumq; impetũ aliqua ex parte cõpreſſiſſet,nihil obſtitiſſet, quominus vniuerſam terrã illã depopulati funditus euerterent.recedentes igitur recta in regionem Cappadocũ ſolito more incõtinenter contẽdebant;ex itinere in quæcumq; inciderant prædantes,& cũ omni exercitu in Iconij rempub.inuadentes,quæ & virorum multitudine & domorũ,atq; aliarũ rerum,quæ vſui ſunt, copia præſtabat.Imperator autem in Celzene quũ eos qui diſſipati fugerant,excepiſſet,ne ab Armenijs , quod deſerti eſſent,perirent,pone hoſtes redibat.quumq; iudicium inter ducem & milites cõſtituiſſet, nulli parti litem adiudicauit,quũ hoc ſolum exploratum haberet,excepto Imperatore,nihil eſſe aliud quod Romanis conflare bellum poſſit,quod maxima pars exercitus ante defatigata ſit , & quod duces velint vel ob exiguos proſperos ſucceſſus , maximos ſibi & ſuis honores & præmia ſpondere : tum etiam quod alij minus alacres ad ſtrenua & virilia facinora patranda , reddantur: quod quidem præſente Imperatore fieri nequit, quum ipſe rebus præſens, omniaque cotidie conſpiciens , laborantes pro rata laborũ parte remuneraretur . Imperator autem per Coloniam & Armeniorum regionem vſque ad Sebaſtem cum exercitu profectus eſt, vbi quum cognouiſſet Turcos ad Piſidiam & Lycaoniam aduentare, eo conſilio vt Iconium peterent, ipſe quoque extremum agmen eorum inſequutus vſque ad Herculis Comopolim , ita dictam , peruenit . vbi quum didiciſſet , ipſos euerſo Iconio proficiſci,

Digitized by Google

veritos,ne ſe ille perſequeretur, partē quamdam legionum in Ciliciam miſit, quæ cum Chataturio Antiochiæ duce coniungeretur, uiro generoſo, quique virtutis prius multa documenta dederat,vt ea accepta, primo quoque tempore,ad Mopſueſtiam occurreret,quo Turci aduenturi exiſtimabantur, ibiq; eos expectās,omnibus modis offenderet. prætereuntes igitur per Seleuciæ montes ad Tarſi planitiem deuenere. vbi ab Armenijs comprehenſi, omnem fere prędam amiſere at hoſtes cognitis Romanorum caſtris ad Mopſueſtiam, ne parū quidem commorati,quum ſe ipſos in Baltolibade ꝑ viribus refeciſſent, noctu abierunt, & ſuperato Sarbedico monte,ad fines Chalep ſummo ſtudio vix euitato periculo, cōceſſere. moleſtia afficiebatur Imperator,quod ij, qui Mopſueſtiæ erant, otioſi degerent. quumque recta ad Claudiopolim in Seleucia profectus, ibi de ipſorum fuga didiciſſet; deſperatis rebus reuerſus eſt Byzantium, adhibita celeritate; quod iam autumnus appeteret, relicto altero exercitu, eo quod alij quoque Turci per tribus, & curias diuiſi, Romanorum Terram excurſionibus depopularentur,latronum,ac prædonum more.omniaque in quęcumque inciderent, demolirentur; quibus de cauſis difficulter prohiberi poterant, ſi quidem omnibus vijs inſidiabantur, & exercitus ipſorum per ſe ſoli relicti non poterant reſiſtere. Imperatoris verò exercitus diuidi nequibat, ſed vni loco tantum intererat. quum verò regiam vrbem ipſe ingreſſus eſſet, reliquus quoque exercitus domum ſe recepit. Indictione octaua anno.6578.quādo etiam maximum Blachernarum templum incenſum eſt; vſque ad ſolum: vbi verò ver appetijt,decreuit Imperator ad regiam vrbem accedere, delectum que Manuelem primum præfectum Comnenum, & eo honore decoratum vt Curopalates eſſet,ducem & principem totius exercitus declarat. Quę deinceps conſequuntur,moleſta ac difficilia, & laborioſa Romanorum Imperio accidere. Egreſſus igitur is, qui ad hoc munus delectus fuerat, etiam ſi ætate iuuenis eſſet,attamen nullum facinus in quo errauerit, aut quod iuuenili ætati condonaretur,patrauit, immo multa habita eorum quæ decerent ratione coactis copijs totis viribus ad Cæſariam profectus eſt, non æquitatem tantum ſed etiam populum curans decenter,& peccantes milites debitis afficiens pœnis;quumq; in quædam prælia incidiſſet, victor euaſit.Iamque ſuam gloriam dilatare contendebat.quæ quum audiret Imperator, lætari quidem videbatur, ſed inuidiā diſſimulabat.attamen vt Hierapolis obſidionem cito ſolueret, & commeatus inopiæ ſuccurreret,non minimam exercitus partem in Syriam iuſſit abire.hac ratione ducem ea potentia,quæ inde proficiſcebatur, defraudauit: qui quum profectus eſſet cum relictis ſibi copijs, & ad vrbem caſtra locaſſet; quædam Turcorum manus,aduerſus quos egreſſus fuerat Curopalates,acceſſit,quumq; fugæ ex compoſito ſpeciem præbuiſſent hoſtes, vbi diſſipati Romani eos perſequebantur,repente conuerſi, ſibi victoriam compararunt, & idcirco multis captis plures quoque gladio confecti ſunt; & cum alijs captus eſt & Curopalates, &

Nota. incendium.

tes, &

tes,& caſtra omnia expugnata, capta ac direpta. ac niſi propinqua vrbs plures ſeruaſſet, funditus interiſſet omnis Romana ætas, quæ ad hoc bellum concurrerat. Hæc fama quum perueniſſet ad Imperatorem, ingenti eum dolore affecit, qua vix audita altera quoq; velocior & multo crudelior perlata eſt, quę nuntiaret Turcos Rempublicam in illis regionibus,& ipſum celeberrimũ inter miracula & dona principis militiæ templum armis occupaſſe, atque omnia illic cæde & cruore completa,multasq; contumelias à debacchantibus templo illatas,ipſumq; maxime venerãdum templum equorum ſtabulum effectũ, & quod indigniſſimum erat,neque hiatus cloacas, vbi præterfluentes fluuij eo deriuati per principis exercitus antiquum aduentum,& diuinum miraculum, tanquam per præceps fluxum habent eiuſmodi qui conſiſtere nequit,quique admodum celeriter currit, non potuiſſe eos qui illuc confugerant ſeruare euitato periculo: immo quod numquam ante acciderat,ita abundaſſe aquam, & veluti abſorptis fluminibus omnes penitus qui eo confugerant, diluuio & inundatione oppreſſiſſe, & in ſicco madefactos occidiſſe. Hæc igitur ad alia nũtiata ingẽtem nobis animi dolorem & cruciatum attulere, reputantibus quod acciderat eſſe Diuinum portentum,& iram atque indignationem Dei, quum non hoſtes modo, ſed ipſa quoque elementa nobis repugnarent. prius enim tot nationum concurſus & concitatio, & eorum qui ſub Romanis degebant defectio,ira diuina quidem euenere, ſed contra hæreticos, qui Iberiam,& Meſopotamiam vſq; ad Licãdum,& Melitenem, & finitimam incolunt Armeniã, Iudaicamq; Neſtorij & Acephalorum, colunt hæreſim, etenim plenæ ſunt hæ regiones huiuſcemodi prauæ opinionis: ſed vbi orthodoxos quoque inuaſit calamitas, omnes qui Romanorum cultui addicti eſſent in ijs verſari,quæ ſibi prorſus repugnant, reputantes & ſuam ipſorum menſuram perinde atq; olim Amorræorum impletam eſſe,& tunc credentes ſolam rectam fidem requiri,& vitam fidei aduerſam; quare vtrique & in fide videlicet errantes, & in vita offendentes,atque claudicantes, pari ſupplicio digni ſunt; qui enim fecit & docuit,hic beatus cenſetur. His auditis Imperator, ſummo ſtudio, & animi alacritate quamprimum egredi,& ſuæ regioni opem ferre cupiebat.Sed à conſiliarijs,& ignoratione multitudinis hoſtium prohibebatur. Hi erant Nicephorus palæologus,vir honeſtiſſimo loco natus, & philoſophorum princeps Conſtantinus Pſellus,atque in primis Cæſar illius qui antea imperauerat,cognatus;qui quantum in ipſis erat,ne viuere quidem eum cupiebant,quod ſibi grauis eſſet, & valde eum oderant,vt virum generoſum ac fortem, quique regni acceſſores haberet Ducis filios; attamen aperte lætabantur ipſi inutilia conſulere,aliquot poſt diebus venit item Manuel Curopalates ſecum adducens Turcum illum à quo detentus fuerat,non inuitum, ſed ſponte ſe in ſeruitutem Imperatoris dedicantem. nam quum Sultanus erga ipſum inimico animo eſſet, ob quaſdam cauſas exercitum aduerſus eum cum quodam duce miſerat,id moliens vt eum quouis

Nota.Turcorum inſolentiam.

Nota cauſſam malorum hæreſim & prauam vitam.

Digitized by Google

quouis modo caperet: cuius motu ille commotus, ad Imperatorem confugit. ſtatimque eo honore affectus eſt, vt præſes eſſet; erat autem ſpecie iuuenis, ſtatura verò ferè pigmæus, & facie Scytha & ingratus. deligit autem ipſum Imperator, ſperans fore vt cum Turcis & aduerſario exercitu ille pugnaret, habitoq; delectu militum, appetente vere traijciens exercitum ad Eriorum palatia perducitur ipſa die Orthodoxiæ, quum pridie exercitui & ſenatui agros diuiſiſſet, vnde annuos perciperent fructus † non omnem auro, ſed quod deeſſet ſericis velis ſupplens, quum verò ipſe traijceret, Columba quædam non admodum alba, ſed maxima ex parte nigra alicunde volans, circum triremem quę vehebat Imperatorem, volitabat quoad ad ipſum illum deueniens, in eius manus deflu xit, quam ille Reginę miſit in palatio pręter morem commoranti ob quaſdam muliebres delitias. Et viſa eſt igitur Columba Symbolum haud boni euentus, tum ipſi qui ceperat, tum illi ad quam miſſa fuit. Verùm Regina præter modum in delitijs occupata, ea neglecta ad Imperatorem venit, vt precibus adhibitis, eum ad exercitum educendum præmitteret: Illinc igitur profectus Imperator, non in noua vrbe, neque in locis quibuſdam regijs claſſem in ſtatione habuit: Sed in Elenupoli, quam indigenæ ruſtice Eleinopolim appellant, quod ipſum quoque augurium haud optimum viſum eſt. accidit etiam neſcio quid aliud; nam maximum lignum quod continebat regium tabernaculum, confractum, ſtatim illud corruere fecit: Verumtamẽ ne ad vnum quidem horum hominum inſcitia, & vt ita dixerim ſtultitia, & importuna atque inutilis non credendi pertinacia reſpicere voluit. progreſſus eſt igitur Imperator, & vltra Oriẽtis regionem procedebat, quoad in præfecturam Orientis peruenit; ab omnibus, præter id quod par erat, abſtinens, intelligensq; vt veriſimile eſt, crebra illa præmonſtrata ſigna ad ſe pertinere: non in tabernaculo, neque in planis locis, ſed in tumulis & domunculis habitabat, vbi etiam aliud quoddam non minus infortunium portendens accidit prodigium. Ignis enim neſcio vnde, delatus, domos in quibus commorabatur Imperator incendit, vbi combuſti fuere equi, & regiæ veſtes equorum, & frena alijs longe præſtantia prorſus ab igne conſumpta ſunt. Equi verò ſemicõbuſti ab exercitu conſpecti miſerandũ ſpectaculum præbuere. quum verò Sangarium, vbi hæc accidere per pontem, qui Zompus dicitur tranſiſſet, ſuas copias in vnum cogere cœpit, ob Barbarorum irruptionem diſſipatas. quum igitur ex ijs quantum voluit coegiſſet, reliquos milites ac duces manipulorum dimiſit. milites quidem vt ſuperioribus cladibus confectos, manipulorum vero ductores, ſecum adducere veritus vt parti inſidiatorum adhærentes; Vtinamq; idem in omnes feciſſet, & ſi Diuinus terminus tranſiri non poterat, & commiſtum poculum euitari. nam ita ſuæ incolumitati conſulere viſus fuiſſet. Verùm Nicephoro Botoniate, & huiuſcemodi quibuſdam viris eiectis, eos qui omnibus dolis & prauis moribus inſtructi eſſent, ſecum adducere feſtinabat; vt inſequens declarabit oratio. ipſe autem

ſic

† Videtur aliquid deeſſe.

Nota. ꝓdigia.

Digitized by Google

ſic pergens, neque imminentia ſibi mala præſentiens, Halym fluuium tranſijt; quamuis commoratus in quodam oppido nuper conſtructo, cuius ędificia ab ipſo curata ſunt, ibi tabernaculum poſuit. deinde quum traieciſſet, diuiſionem propriarum poſſeſſionum deſcripſit, & Cæſaream prætergreſſus, ad fontem nomine Cryam peruenit, qui quidem locus ad excipiendum exercitum idoneus erat; omnibus abundans, quæ vſui eſſent, vicis, & ſuburbanis agris, per cõmiſtam igni puluerem notus; quum autem vexaretur regio, & à militibus deſolaretur, infeſtiorem ſe præbuit quibuſdam ex legione Nemizzorum, qui reprehenſi & læſi rebellant. Hac re cognita quum equum conſcendiſſet Imperator, & milites conuocaſſet, hos proprios hoſpites deterruit, rurſusque impoſitis cõditionibus vel inuitos ſibi ſubegit, hoc ſolum pœnam definiens, vt in extrema parte exercitus ponerentur; qui erant in prima; & proximi corporis cuſtodes. Illinc ad Sebaſtiam proficiſcitur cõtendens in Iberiam peruenire, vbi etiam eorum qui cum Manuele Curopalate Comneno ceciderant, ſpectator fuit. & inde ſenſim ac paulatim progreſſus ad Theodoſiopolim ſe confert, ante quidem neglectam, ſed ex quo expugnatum fuit Arze, inſtauratam, & communitam: Inde iuſſit ſingulos duorum menſium cibaria ſecum ferre, tamquam per incultam & ſolitariam regionem iter habituros. quum omnes imperata feciſſent, mercenarios Vzos & Francos cum Ruſelio, viro forti ac bellicoſo ad Chliat prędatum miſit, quod prius etiam fecerat, ille à tergo inſequens ad Matzicier peruenit, vrbem Romanam ſed à Sultano ſubactã, & ante à Turcis obſeſſam. aſpernatus autem hos vt paucos, aliam manum haud exiguam ab exercitu abſciſſam Ioſepho Magiſtro Trachaniotæ tradit, addita etiam haud contemnenda coorte peditum: immo etiam equitum ſelectorum, qui maxime bellicoſi erant, & inter hoſtes ſemper principes pericula adibant primique pugnabant. profectus autem Trachaniotes ad Chliat opem laturus Vzis & Francis, & omni mercenario exercitui.

†

Audierat enim Imperator multitudinem numero infinitam aduerſus ipſos venire, & diuiſerat exercitum ſperans ipſe ſtatim Matzicier in ſuam poteſtatẽ redacturum, quod etiã accidit, & ad eos qui erant in Chliat, aduenturum. quod ſi qua neceſſitas vrgeret confeſtim ipſos reuocaturum, quum exercitus prope caſtra poſuiſſent. audiebant enim Sultanum ſtudioſe aduerſus ſe contendere, & quidem certe non carebat ratione rerum diuiſio, & conſiliorum, neque aliena erat à peritiſsimo duce, niſi fatum, immo vero diuina ira, ſeu ratio, à nobis maxime remota, euentum rerum in contrariam partem peruertiſſet: & ad exitum rei, & coniunctionem exercitus eadem die etiam Sultanum ſine præcone Turcis adiunxiſſet, & prohibuiſſet decreta ad exitum perduci: nam quum occupaſſet Imperator Matzicier perculſis Turcis eiusque veritis aduentum, ijque fidem, quam petierant, accepiſſent, vbi etiam accidit, vt quidam Romanus iuriſiurandi gratia naribus priuaretur. quod iurauerat ipſis Imperator, quod ille

aſellum

aſellum Turcicum rapuerat, Dei genitricem, & Chriſtum, & omnes ſanctos intercesſores inuocans. in quibus dum Imperator occuparetur, in milites Romanos, qui prædatum egreſſi fuerant, Turcica manus inuadit; ratus igitur Imperator ducem Sultani cum quibuſdam copijs aduenisſe, vt diſperſos Regij exercitus coerceret, aduerſus ipſum miſit cum idonea manu Magiſtrum Nicephorum Bryennium, qui cum ipſo congreſſus haud ceſſit; verùm multi cum ipſo vulnerati ſunt; & haud pauci ex ipſis occiderunt. & quum validius ex incurſu paulo ante aſſueti pugnarent, audacius incumbentes armis, comminus reſiſtebant. quare metu commotus, copias ab Imperatore petijt. ille autem condemnata illius timiditate (ignorabat enim rei veritatem) coacta concione, habuit orationem de ijs, quæ ad bellum pertinebant, in media quoque oratione grauioribus verbis vti exorſus eſt, & interea ſacerdos lectionem euangelij exclamauit. quæ ita ſe habebat, vt alia omittam, Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur, Si verbum meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt; vſq; ad illud, Arbitrabitur obſequium ſe præſtare Deo. quod quum etiam prudentiores annotaſſent, exiſtimarunt hoc verbum oraculum. feruente autem bello, miſit Imperator etiã Nicephorum magiſtrum & Ducam Theodoſiopolis Baſilacium cum indigenis militibus, quo Bryennio adiuncto vſque ad quoddam leue prælium æqualis & anceps pugna fuit; quum autem milites Imperatores ac duces ſequi ſtatuiſſent; primas partes pugnæ ſuſtinere pollicitus eſt; ſtatimque impetu facto hoſtes, qui terga dederant, perſequebatur; quum verò Bryennius ſuis frena detinere iuſſiſſet, ſolus Baſilacius perſequens ignoratione facti, vbi ad vallum hoſtium acceſſit, confixo ipſius equo ad terram decidit, armorum pondere oppreſſus, & idcirco circumfuſi hoſtes ipſum viuum capiunt, vinctumq; ad Sultanum abducunt. in cuius conſpectum adductus, neque vt ſeruus iam effectus, neque vt captiuus abductus, Sultano ſe ſubiecit. ſed neque Sultanus ipſo vt ſeruo aut captiuo vſus eſt, ſed crebro acccerſens de Imperatore eum percontabatur, ſuamque ipſi potentiam oſtentabat, vt ei metum terroremque inijceret, qui omnia ipſius laudans, & extollens, præliari aduerſus Romanorum regem ipſi inutile conſulebat: ſed hic quidem in his verſabatur. Imperator autem coactus cum reliquo exercitu egreſſus eſt, ad rerum ſpectaculum & vſque ad veſperam in quibuſdam tumulis conſiſtens, vbi qui reſiſteret, & ſe ſe opponeret, neminem vidit, in caſtra reuerſus eſt. ſtatimque circumfuſi Turci arcuum ſagittis, & equitatu, haud mediocrem exercitui terrorem iniecere; intra vallum impellentes. nox erat illunis quum hæc gerebantur, neque fugientes & perſequentes vtrum externi, an noti eſſent & amici diſcerni poterãt, verum tota nocte obſcuris vlulatibus circumſonabat exercitus; ita vt omnes apertis ac vigilantibus oculis pernoctarent. quumq; iam illuxiſſet, pars quædam Vzorum duce quodã nomine Tame, & exercitus cui Tornicius Coterzes præerat, ad hoſtes confluxit, quod haud mediocrem ſollicitudinem Romanis attulit,

attulit ſuſpicantibus reliquas nationes ſibi inimicas: quidã verò pedites egreſſi Turcos occidere telis, quæ eminus iaciuntur: & armis quibus cõminus pugnatur, & coegerunt è caſtris exire. Imperator aũt miſſis ad Chliat antecurſoribus, Duces qui illic erant, ad ſe accerſiuit cũ copijs quas habebant, ſtatim cupiens, de ſumma rerũ prẹlio decertare; quorũ expectans auxiliũ, fruſtra tẽpus contere bat. erant enim ij, qui Pyrrhichiam ſaltationem maxime meditati fuerant. vt verò de eorum auxilio deſperauit, ſuſpicatus aliqua re eos impediri, cum familiaribus ſtatuebat poſtridie manum conſerere. Ignorabat videlicet Trachaniotem quoque ſibi adiuncto Ruſelio, qui ad Imperatorem ſe alacri animo conferebat, cognito Sultani aduerſus Imperatorẽ aduentu, cum omnibus ſuis per Meſopotamiã haud glorioſe fugiẽtẽ in Romanorũ regionẽ inuaſiſſe, nulla neq; dñi ſui, neq; honeſti habita ratione. Imperator igitur vt conſtituerat inſtructo ad prælium in poſterum diẽ exercitu, ſuas res cõponebat, adhuc intra regium tabernaculum conſiſtens; quando à Scythis Vzis, qui cum ipſo erant metum auferens, conſueto iureiurando illorum cultus confirmauit. Interea dũ hęc fierẽt, & milites & ordines ac manipuli armati, in equis conſiſterent, à Sultano legati venere, qui pacem vtriſque annuntiarent, quos quidem Imperator excepit, & colloquium ipſis ſecundum legationis ius impertitus eſt, non tamen eos benigne & humane tractauit. Verumtamen quum conſenſiſſet, crucem illis tradidit, qua oſtendenda reuerterentur incolumes & illæſi à Sultano reſponſa referentes. ſperauit enim inſperato nuntio elatus, fore vt Sultanus relicto proprio caſtrorũ loco, vlterius progreſſus caſtra poneret, & ipſe eodẽ in loco vbi prius Sultanus fuiſſet, vallũ conſtrueret, & tunc ad cõſentiendũ ſibi & pacis fędus per cutiendũ accederet: neq; animaduertit ſe ꝑ animi elatione victoriã hoſtibus cõ cedere, quemadmodum ij, qui talia accurate examinant, conijcere conſueuere, quũ miſiſſet ipſi telũ quod maxime ad victoriam pertinet, & illius eſt Symbolum, crucẽ videlicet; nondũ finem habuit, neq; legatorum expectatus fuerat ad uentus. Et quidã ex ijs, qui maxime familiares erant Imperatori, ei perſuadent, vt pacem negligat, quaſi rem quæ mendacij haud expers deceptura ſit potius, quam vtilitatis aliquid allatura; timere enim ſuſpicabantur Sultanum, quod nõ idoneas copias haberet, ſed expectare eos, qui a tergo inſequerentur, & obtentu pacis tempus differre. illi igitur qui cum Sultano erant per ſe reuerſis legatis de pace colloquebantur, eamque omnino integram fieri ſtudebant. Imperator autem, non indicto per præconem bello, quum claſſicum cecinisſet, temere clamorem ſuſtulit. quæ fama quum ad hoſtes perueniſſet, eos maxime perculit. illi igitur inſtructa & armata inutili multitudine vlterius progrediebantur. à tergo vero aciei ad prælium inſtructæ ſpeciem præbebant, ſed magis illi ad fugiendum concitabantur, quod viderent Romanorum phalanges inſtructas ad ꝑliũ ordine ꝓgredi, & illi qdẽ retro ꝓceſſerãt. Imperator aũt cũ omni exercitu à tergo ipſos ꝓſequutus eſt, qđ noctis crepuſculũ aduenit, quũ Imꝑator aduer-

ſarios nō habuiſſet,neq; q ſibi oppoſiti repugnarēt,offendiſſetq; vacua à militibus caſtra,& a cuſtodibus; qđ idoneo numero minus abūdaret ,vt poſſet ibi pſidia relinquere.Statuit haud amplius eſſe perſequendum,ne ſe incompoſitum Turcæ aggrederentur, ſimul conſiderans ſi amplius cunctaretur,ſibi ſuperuenturá noctem, & tunc Turcos eminus iacientes , è fuga redituros . His de cauſis conuerſo regio ſigno præcepit milites redire . verū ij qui procul phalanges habebant,conſpicati ſigna retro conuerſa,cladem ab Imperatore acceptam ſuſpicati ſunt . immo verò quidam ex ijs , qui ei aderant, Andronicus Cæſaris filius Imperatoris patruelis ante meditatus inſidias,ipſe per ſe talem famam diſſeminauit,& cū militibus quos habebat,cito ad caſtra ſe cōtulit, quē reliqui quoq; imitati ad vnum oēs fugere . Imperator aūt conſpicatus id quod temere fieret , ſuorum fugam, vt mos eſt,eos reuocans ſiſtebat,verū nemo obediēs erat.aduerſarij verò in tumulis conſiſtentes,quū vidiſſent id quod nulla ratione fieret,repente Romanorum infortunium Sultano ſtudioſe renuntiant , & ad redeundum concitant,quippe iam & ipſe fugiens à ſuis caſtris procul aberat;ſtatim igitur cum Imperatore acre prælium initur.quumque ſuos iuſſiſſet minime cedere,neque molliter aliquid facere,ſed ſtrenuos & fortes viros ſe præbere aliquádiu fortiter reſtitit. Sed quum interim alij extra vallum fugerēt, explorata fama minus audiebatur,quippe quum alij aliud nunciarent,hi cladem , illi victoriá, & obſcura atque incerta diſſererent: quod etiam ex Cappadocibus aliqui per tribus & curias abire cœperunt,& multi ex regijs equiſonibus cum ipſis equis reuertebantur,ne viderent Imperatorem contendentes, eratq; veluti motus & luctus metusq; incredibilis, Turcis vndique confluentibus , quare ſinguli perinde ac poterant , ſibi ſalutem quærebant ; perſequentes verò hoſtes alios occidere,alios viuos capere,alios pedibus conculcare . eratq; res admodum miſeratione digna,omnemque lamentationem exuperans, atq; omnem dolorem : quum verò Imperatorem circum ſtetiſſent hoſtes , non ſtatim ipſum cepere, quippe qui rei militaris peritus,ac bellicoſus multaque pericula expertus, ſtrenue ſe defendebat,multisq; occiſis ad extremum ipſe in manu gladio percuſſus eſt,& equo iaculo transfixo,pedes pugnabat . Verumtamen defatigatus ad veſperam capitur , & captus , ò incredibilem calamitatem,clariſſimus Romanorum Imperator nocte illa,æque atque multi alij,humi iacens,ſine vllo honore, multa cum miſeratione dormiuit: infinitis oppreſſus infortuniorū fluctibus .

Nota captum Imperatorē .

Poſtridie verò quum Sultano renunciatus fuiſſet captus Imperator,inexplebili quadá lætitia perfuſus eſt,neque adduci poterat vt crederet factum,rem ſecum perpendens quanta eſſet, poſt victū talē ac tantum exercitum ipſum quoq; Imperatorem captiuum & ſibi ſubiectum accipere. humane tamen factum reputans , victoriamque æquo animo ferens & proſperum ſucceſſum potius occaſionē ad ſeſe colligendum,& boni animi indiciū,ac morum omni probitate pditorū ratus, Deo id totum acceptū referebat:quod maius quá pro ſuis viribus

Trophæum

Digitized by Google

Trophæum erexiſſet. Idcirco perducto ad Aſam Sultanum Romanorũ Imperatore vili ac militari veſte induto, de ipſo dubitabat, teſtimoniumq́; exigebat; vt autem certior à legatis factus eſt, & à Baſilacio, qui ad eius pedes acciderat, miſerabiliter flens ſtatim quaſi furore correptus, de Throno deſilijt, rectusq́; ſtans ipſum ad pedes ſuos lapſum ſecundum morem conculcauit. quumq́; exurgere iuſſum complexus eſſet, ne timeat, ait, Imperator, ſed bona ſpe ſis ante omnes, quia nullũ corporis periculũ ſuſtinebis. verùm pro Imperij dignitate apud me in honore eris, ille enim mihi imprudens videtur, qui non è contrario aduerſæ fortunæ ratiocinetur, ac prouideat incommoda, ac vereatur; quũ igitur iuſſiſſet ipſi conſtitui tabernaculũ, imperaſſetq; curari diligenter, vt par erat, ſuumq́; cõmenſalẽ ac ſocium tunc eſſe voluit, non deorſum eum ſedere iubens, ſed ad eãdem menſam vt eximij ordinis collegã, & pari honore afficiẽs, bis die cum ipſo congrediens & colloquens & hortatu ſuo recreans, vſq; ad octo dies eadẽ verba & ſal cum ipſo cõmunicabat, in nullo quidẽ vel minimo verbo ei inſultans, ſed de quibuſdã erroribus, qui ſibi ab eo in ducẽdo exercitu cõmiſſi viderẽtur, admonẽs. quũ verò die quadam Sultanus interrogaſſet Imperatorẽ. quid mihi feciſſes, ſi me in tua ptãte habuiſſes? ſimpliciter ac ſine adulatione reſpondit Imperator, multis plagis tuũ corpus, bene noris, confeciſſem. At ego, inquit Sultanus, tuã ſeueritatẽ aut crudelitatẽ non imitabor. verumtñ audio veſtrum uobis Chr̃m pacẽ præcipere, & obliuionẽ malorũ, ſuperbisq́; reſiſtẽtẽ humilibus gratiam dare. deinde igitur inito fœdere, & facta pace perpetua habitaq; filiorum ratione & eorũ quæ ad vtriuſq; Imperij iura ſpectarent priſtina fœdere confirmarunt, vt mutua eſſet amicitia, neq; amplius ab vllo Turcorũ res Imperij Romani diripi permitteretur, verũ oẽs quicumq; aduerſus Romanos miſſi fuerant reuerterentur, & oẽs captiui maxime Principes & eximij Romanorũ liberarẽtur: promittente Sultano ſe benigne Imperatorẽ ſemper tractaturũ. Interfecti ſunt eo tpe Leo, qui ſupplicibus præerat libellis, & Magiſter Euſtratius, & primus à ſecretis. captus eſt itẽ Baſilius ꝓtoueſtiarius Maleſes, poſtquã hęc ita geſta ſunt, & ita inter eos conuenit; dimiſit Sultanus Imperatorẽ multũ amplexatus, multoq́; cum honore iubens à ſuis legatis eum deduci. Tenebatur aũt Marziciet à Romanis. vt aũt Imperator dimiſſus alia via reuerſus eſt, illi relicto oppido noctu effugerũt. quumq́; in hoſtes incidiſſent, adiere pericula. Imperator autẽ vbi ad Theodoſiopolim peruenit, cum Turcica Sultanica veſte liberaliter exceptus fuit. ibiq; dies aliquot cõmoratus eſt, dũ manũ curaret, ſeq; ipſum ꝓ viribus reficiens melius haberet. Indeq; ꝓfectus peragrabat Iberios vicos vna cũ Sultani, qui ſecũ aderant, legatis, & inde vſq; ad ipſam Coloniã ꝓceſſit. quumq́; ad Meliſſopetrium perueniſſet, Paulus præſes ſuperioris Edeſſæ noctu ipſo relicto, ad Conſtantinopolim fugit, perceptis ijs, quę ibi compoſita fuerant. nam Ioannes Cæſar & eius filij, & ex ſenatoribus quicumq; eius partes ſequebantur, reginã in exiliũ mittunt in monaſteriũ ab ipſa conditũ Piperudum nomine, vel inui-

Digitized by Google

tam tondentes, & Michaele monarcho declarato Imperatore, in omnes partes ſcripſere reuerſum Imperatorem non eſſe excipiendum; neq; vt Imperatorem colendum, princeps & auctor fuit declarationis philoſophorum eximius Pſellus, quemadmodum ipſe quoque in quodam volumine gloriatur. fertur item regina eiuſdem particeps conſilij fuiſſe, ne reuerſum Diogenem reciperet: ſed immatura celeritate his cognitis Diogenes & certior factus communiter ſe per præconem Imperio abdicatum, occupauit quoddam oppidum nomine Docæam, ibique caſtra poſuit. Cæſar autem vt ſibi videbatur Imperio optime potitus, præſidem Conſtantinum filiorum natu minimum cum frequentibus copijs aduerſus Diogenem immittit. qui etiam coniunctus cum ipſo in Docæa bellum metuebat. at Diogenes ſuperiorem ſe Conſtantino cernens profectus inde peruenit in Cappadocia. Interea multitudo Francorum ad Conſtantinum confluit, & Criſpinus ipſe cum cognatis, quem reuerſus Diogenes prius in Abydum relegarat. Theodorum igitur Alyatem virum generoſum & illuſtrem magnitudine ac ſpecie maxime admirabilem aduerſus ipſos mittit. quumque fortiter ſe in acie oppoſuiſſent ij qui cum Conſtantino erát, vincuntur milites Alyatis, & ipſe capitur, captoq; oculi effodiũtur, ſcenico ferro. Diogenes autem ob ea quæ acciderant ſummopere dolens in Cappadociam ingreſſus eſt, vndique accerſens exercitum, ipſe verò commorabatur in Tyropæcia; erat hoc oppidum admodum munitum & valde præruptum. Igitur Conſtantinus accerſitum Antiochiæ Ducem Chachaturium aduerſus Diogenem ſibi ſocium haud obedientem dicto habuit, quod ad Diogenem ſe contulerat, quo ſecum ille ducto in Ciliciam proficiſcitur. vbi etiam auxilium a Sultano expectans commorabatur, ſimul & propter hyemem ibi degens tepidiorem noſcẽs Ciliciam: & rurſus in cogendo exercitu occupabatur. at Conſtantinus, poſtquam Diogenes receſſit, Byzantium reuerſus eſt; in eius locum mittitur aduerſus Diogenem præſes Andronicus Cæſaris filius. diuiſo autem militibus commeatu per Clauſuram Podandi, peruenit in Ciliciam, vbi ipſi occurrit Chachaturius, quem quum breui pugnaſſet, occidunt milites Andronici: quumq; alij in Anduna fuga ſe recepiſſent, vbi etiam Diogenes morabatur, obſidione vrbem expugnauit Andronicus, percuſſoq; fœdere, vt Diogenes depoſito Imperio, capilliſq; detonſis priuatus degeret; è caſtro exit nigra veſte indutus, ſuaſq; deflens calamitates. ſtatim autem reditus mentionem facit Andronicus, & ſecum attrahens Diogenem pullatum, vilique mulo vectum, per illos vicos iter habebat & regiones, à quibus prius vt Deo æqualis vir cognitus fuerat. quum verò vſque ad Cotyacum iter luctuoſe feciſſet, laborabat enim ventris morbo ex cicuta, quæ ipſi per inſidias prius propinata fuerat, ibi detentus eſt, quoad ab Imperatore definiretur, quidnam ipſi faciendum eſſet. ſed paucis poſt diebus venit ſententia Imperatoris contra eum, qui fruſtra miſer erat, quæ quidem ipſi oculos effodiendos cenſebat, ſtatimque ei oculi effoſſi ſunt, quum nihil ei

opis

Digitized by Google

opis attuliſſent Archiepiſcopi, qui miſſi fuerant ad reddendam rationem, cur nihil ei eſſet patiendum . erant hi Chalcedonis Archiepiſcopus, & Heracliæ, & Coloniæ Theophilus, quibus etiam in memoriam redegit iuſiurandum, & iuſtam Dei indignationem.ipſi verò quamuis opitulari inſtituiſſent,ægre id facere & cum difficultate haud poterant, quum crudeles & impij homines ipſi correpto oculos ſine vlla commiſeratione effodiſſent, ac ſine vlla humanitate. Perductus autem vili iumento vſque ad propontidem, veluti putridum cadauer,cui oculi eſſent effoſſi, caput & os inflatum, vermibus plenum & fætore, quum paucis diebus ſuperuixiſſet,miſerabiliter, & ante obitum male olens exceſſit è vita, in prima inſula cinerem deponens, vbi nouum illé monaſterium ædificarat. ab vxore ſua & Regina ſumptuoſe curatus ac ſepultus,relicta miſeriarum & calamitatum,quas ſuſtinuit,& infortuniorum exuperantium omnia quæcũq; antea audita fuerint memoria.in talibus autẽ ac tot malis,nullum maledictum protulit, neque aliquid nefarij loquutus eſt. ſed Deo gratias agere perſeuerabat,& caſus æquo animo ferre.dicuntur autem quæ contra ipſum facta ſunt,inſciente & inuito Imperatore Michaele facta,vt poſtea ipſe iureiurando adhibito aſſeuerabat, Cæſare hæc clam & occulte adminiſtrante ac perficiente. Hic Imperator Epiſcopatum Nazianzi ad iura metropolitana perduxit.Imperauit vſque ad id tempus,quo captus eſt,annos tres, menſes octo.

MICHAEL FILIVS DVCIS PARAPINACES.

MICHAEL autem hac ratione adeptus Imperium, & moderatus vir videbatur,& ſenex inter iuuenes,propter imbecillitatẽ, & demiſſionem,ac mollitiem,& idcirco adiunxerat ſibi Ioannem Sidæ metropolitanum ad rempublicam gubernandam; Eunuchum natura,ſed ſtrenuum,& ambidexterum, primum præſidem protoſincellorum,virum omnibus bonis ornatum,ex quo Imperatoris vitium,quod diſſolutæ vitæ attribuebatur & molliciei,vt ita dixerim,muliebri,ad gubernandam Rempublicam & inertiam huius mores & ad hæc dexteritas & ſtudium adornabat & corrigebat: verùm cum hoc tritico etiam zizanium mixtum fuerat.Erat enim Eunuchus quidam,nomine Nicephorus, quẽ diminuentes Nicephorizzem appellabãt,à Buccellarijs oriundus,peritus & doctus in excogitandis perturbationibus, & conſuendis dolis, atque excitandis tempeſtatibus & procellis, tranquillo tempore: qui quum patri Michaelis miniſter fuiſſet à ſecretis, vbi compertus eſt manifeſto ſeditioſus & calumniator, & malorum egregius commentator,quiq; Imperatori aduerſus reginam adulterij crimen inſuſurrauerat, inuidia ſimul ei opitulãte; Dux autem Antiochiæ declaratus ſemel atque iterum infinitarum perturbationum & ſeditionum Syriæ auctor fuerat,attamen accuſatus & comprehenſus illic in cuſtodiam tradi-

tus

Digitized by Google

tus fuerat, vbi aliquamdiu detinebatur, prius ibi Illuſtris cognitus, effugiens verò; quo tempore Diogenes fuit declaratus & in quamdam inſulam relegatus pecuniarum pollicitatione Iudex Græciæ & Peloponneſi delectus eſt. & res ad eam pertinentes moderabatur. Hunc Romanorum malo Michael accerſitum Reipublicę adminiſtrationi præfecit, Logothetam ipſum declarans, capiturq; Imperator illius præſtigijs & machinationibus. vt pote qui virilis mentis & ſtabilis expers eſſet. & idcirco expellitur Sidæ præfectus, omniaq; ipſe ad ſe vnum reuocat Michaelis, & præſtigijs, & puerilibus ludibrijs infeſto eximio philoſophorum Conſtantino Pſello, quum ipſum Imperatorem ad omne opus inutilem & minus idoneum reddidiſſet, Imperatorisq; patruum Ioannem Cæſarem circum venit, & fratris filio atque Imperatori ſuſpectum efficit. & omnes prorſus maxime familiares vt inimiciſſimos calumniatur, omnesq; Imperatoris beneuolentia priuat, ac totum adoleſcentulum ſibi regem ſubijcit. atque illud omnibus videri Imperatoris edictum, quodcumq; huic machinatori videretur. Hinc accuſationes, & frequentes delationes eorum, qui indicta cauſa damnarentur, & pœnæ minime debitæ, & iudicium ſæpius ad volũtatem vulgi, quam iuſte prolatum. vnde bonorum publicationes tum vniuerſorum tum ſingulorum crebræ accuſationes & fides ſtatim temeraria, eorum qui patiebantur miſerabilis lamentatio, & ſpoliatorum luctus intolerabilis, & multæ lacrymæ. verùm his ita ſpoliatis diuinitus quędam immiſſa ira Orientem inuaſit. nã quum pacis fœdus erga Diogenem violaretur, atque irritum eſſet, ira perciti Turci, propterea quod quem ipſi vt inimicum captum & in ſuam poteſtatem redactum omni cura & honore dignati fuerant, propriumque ei Imperium reſtituerant: ſui erga ipſum furioſe, quaſi erga inimicum minimè conciliatum, ſe geſſerant. & quæ ab ipſis illum pati oportuerat, amici & cognati in pace præſertim degentes in illum perpetrauerant & miſerabili ac luctuoſa morte affecerant. nam externi quoque ob multitudinem calamitatum ipſius, & infortuniũ vix conſolabile ſummopere dolebant, è Perſide cum omnibus copijs profecti, nullo obuio impedimento in Romanas regiones inuadunt, eaſque vexarunt non diſperſi accedentes vt prius, & exules ſtatim, ſed potius vt domini eorum in quæ inciderant. hæc audiens Imperator coacto idoneo exercitu, ducem ei præficit Iſaacium Comnenum, eique collegam tradit Ruſelium Latinum cum Francica legione quadringẽtorum Francorum numero. quumque in Iconium perueniſſet omnis exercitus, exorta quadam contentione Ruſelius aperte rebellans ſecum Francos adducens, in aliam partem iter arripuit, data ſuis venia, quo vellent abeundi. quum verò ad Melitenem perueniſſet, in Turcos repente inuadens ſuperior euadit, & reliquũ exercitus partem ad Cæſaream appellit. Comnenus quoque meditatus in hoſtes repente impetum facere progrediebatur nocte, quaſi imparatos ipſos aggreſſurus; ſed aliter, atque opinatus fuerat, ei accidit. Incidit enim in ipſos compoſitos, & paratos, & inuitus cum

ipſis

Digitized by Google

ipſis congreſſus ſuperatur, & illico capitur, omnia quoque quæ intra uallum erant, corripiuntur; multis interfectis Romanis, viuis quibuſdam captis, plures autem ſibi fuga ſalutem quæſiuere. quumque fama ad Imperatorem perueniſſet, viſus eſt neſcio quid detrimenti accepiſſe, non tamen omnino ab inferēda ciuibus iniuria, neque a nefarijs rebus ſe ſe abſtinuit, quod Nicephori monitis pareret. quum enim eo eſſet ingenio vt diſcernere non poſſet facile, neque ea mente eſſet, vt vigilaret, omne quod imperabatur à Nicephoro faciebat, quaſi mancipium. Ex eo tempore igitur licentiam nacti Agareni Orientis Regionem percurrentes non deſiſtebant eam vexare atque vaſtare. quum autem Iſaacius multis ſe ſe pecunijs redemiſſet, & pleno marſupio, ſtatim ſummus Dux Ioannes Cæſar declaratur: qui quum tranſiſſet vſque ad Dorilæum, profectus inde vlterius progreſſus eſt; & vſque ad Zompi pontem peruenit. Sed antequā ſangarium tranſiret, aduenit Ruſelius ex Armeniaco multo ſtudio, & ibi caſtra locat. quumq; miſiſſet Cæſar legatos, tamquam ad eum qui offendiſſet, atque peccaſſet ſi mutato conſilio ſe proprium dominum agnoſceret, veniam & malorum obliuionem promiſit. fremente verò Barbaro veluti eo qui proprijs manibus & bello fidebat, & ſuorum multitudine nitebatur, legatio re infecta & inanis redijt. Idcirco prælio de ſumma rerum decertandum ſtatuit. Igitur Cæſar quum fluuium tranſiſſet, & collega ipſius Nicephorus Botoniates cum reliquo exercitu, ſtatim prælio cum Ruſelio congreſſus eſt. non ſuſtinentibus autem Romanis Francorum impetum, omnis exercitus in fugam vertitur, & à Ruſelio Cæſar capitur, alijq; multi, ſolus Botoniates cum paucis quibuſdam fugit, ex eo tempore magnus Ruſelius & celebris euaſit, proſperi ſucceſſus magnitudine, rectaque Byzantium contendens Cæſarem vinctum habebat multis afflictum malis, & fluctibus calamitatum ſubinde ſuccedētium exagitatum. vbi autem hoc quoque domeſticum infortunium Imperatori nunciatum fuit, & Franci aduentus omnes deterruit, ingens ſollicitudo & cura animos omnium occupauit, & ipſius Imperatoris. Ruſelius igitur inde profectus ſecum adductis Cæſare & Baſilio Maleſe qui nuper à captiuitate cum Diogene liberatus fuerat, in Chryſopoli tabernaculum collocat, & in domibus, quę illic erant, ignem accendit; quo facto, ingentem excitauit clamorem & luctum indigenarum. Imperator autem mollire ſtudens Barbari audaciam, pollicetur ei Curopalatæ honorem, & inſuper ad eum mittit vxorem & liberos, ſed clam contra ipſum Turcos accerſit multis pollicitationibus perſuadens, vt Ruſelium debellent. vidēs autem iſte ſe imbecillem aduerſus eiuſcemodi multitudinem, Cæſarem è vinculis liberatum Imperatorem declarat, laudibus magnificis & claris celebrans, eiq; Imperium tribuit. nondum autem diuulgata fama, neque dilatata Cæſaris declaratione, & idcirco neque milites concurrerant, ſtatim ad montem Sophonem manus Turcica apparet, quæ videbatur quinque aut ſex millium, atque è veſtigio Ruſelius ſe ad prælium comparauit. verùm illius impetum coercebant

Digitized by Google

cebant & Cæſar & quidam ex præſtantioribus, vt prius dignoſcerent quanta eſſet hoſtium vis: ſed ille haud ſuſtinens, quin potius loco ſummæ ignominiæ ducens, ſi aduerſus ſex aut decem millia pugnam Ruſelius decertaret, multo impetu in hoſtes cum Francis inuaſit. Cecidere igitur ex Turcis plures, quum Francorum nemo haſta inani vſus eſſet; Reliqui in fugam coniecti ſunt; quum verò diutius perſequeretur, præter id quod conſueuerat, præſertim per inacceſſos atque inuios montes, nō animaduertit à tergo ſe ſuorum plures reliquiſſe: ipſe autem cum paucis quibuſdam relictus, & Cæſare inter equites defatigato continua & longa hoſtium inſectatione, incidit in eam calamitatem quā mox dicemus. nam in ipſum ita laborantem altera Turcorum infinita manus fere centum mille, quantum coniectura aſſequi poterant, inuaſit. vndique igitur circumuentus vel inuitus cum hoſtibus congreditur, cum paucis admodum, quos circum habebat. Igitur reſiſtere Turci, & tamen multi tunc quoque ex ipſis cecidere. verùm enimuerò circumuenti à tanta multitudine telis, quæ longe iaciebantur, amiſſis equis, & pedites omnes relicti ità ceſſerunt, attamen multi cadunt, & Turci decuplo plures. Capiuntur Cæſar & Ruſelius, & qui cum ipſo erant. Ex Francis autem qui relicti fuerant fuga ad Metaboles oppidum ſe recepere, vna cum Ruſelij vxore. quod ſummo ſtudio ſeruabant. Turci verò Ruſelium compedibus vinctum munierunt, Cæſarem autem ſolutum in honore habebant. quumq; exigeretur captiuorum precium, ſtudebat Imperator eum redimere, nam paulo ante Maleſes quoque abſolutus à Cæſare ſtatim in exilium miſſus eſt publicatis bonis, Ruſelij captiuitatem cum captiuitate Diogenis, & publicationem & exilium commutans. verùm Ruſelij vxor ipſum redemerat. quare miſſi ab Imperatore, Cæſare ſolum redempto rediere. quum verò ad propontidem perueniſſet, veritus ne forte vt rebellis & ſuſpectus aliquid mali & eiuſcemodi cui remedium adhiberi non poſſet, ſuſtineret, depoſita veſte vſitata, capilliſq; detonſis, monachorum habitum induit. & ita vili indumento ad regiam ſe recepit: ex quibus omnibus ſanę mentis homines diuinam iram ratiocinabātur. & quemadmodum Deus ipſis inimicus effectus fuerat, propter diuinorum mandatorum ac præceptorum violationem, & contemptum, quorum ſibi conſcij ad ingentia bella & pericula non prius placato diuino numine Romanas copias adducunt, & quum male afficiantur, ſemperq; vincantur, non tamen vllum diuinæ indignationis percipiunt ſenſum. antiqui verò Romani non ita exequentes terribiles illas & celebratas prouincias proſperum ſortiebantur exitum, ſed virtutem & iuſticiam, & caritatē, & veritatem profitentes, & omnino omnia honeſta & bona pro viribus tractantes. quare etiam diuinum numen illis aderat, & omnibus modis hoſtes debellabant. Ingreſſo autem Cæſare viſus eſt, qui imperabat, omnia perfeciſſe. Sed cruciabatur quod Ruſelij cōſiliū non ſucceſſerat. nam cognatorū exitiū, amiſſionē Imperij, Chriſtianos occidi, uicos cōburi, & regiones euerti poſteriora ducebat. Ruſelius āt ex oppido

Metaboles

Metaboles profectus cum ijs Francis militibus, qui relicti fuerant & vxore ac liberis,& bonis ſuis per mediam regionē ſine metu ibat, quumq; ad Armeniacorum regionē perueniſſet,ad ſua priora caſtra ſe recepit.& inde aduerſus Turcos excurſiones faciens coercuit ipſos ne amplius in eam regionē irrumperent: audiens hæc Imperator pręſtare exiſtimabat Turcos obtinere loca Romanorū, quam Ruſelium aliquo in loco permittere ad hoc à Nicephoro inſtigatus ac ſtimulatus. mittit igitur quemdam ex nobilibus ciuibus ætate iuuenem, ſed alioqui ſtrenuum atque prudentem præſidem Alexium Comnenum, qui quum perueniſſet ad Amaſiam ibi rei exitum expectabat. Ruſelius autem inita ſocietate & amicitia cum Turcorum Principe congreſſus eſt cū ipſo ſine militibus, vt conſueuerat. verùm quadam die cum ipſis cænans capitur & deuincitur. accedere enim Romanos ad Turcos iureiurādo adhibito, terminus, & ratio præſcripta eſt, & excuſatione carens. hunc multo pretio emptum præſes Alexius ad Imperatorem vinctum perducit, quem traditum tortoribus bouinis neruis cædendum,& fugitiuum aliquem ſeruum flagris intolerabilibus curauit, & in obſcuriſſimam turrim incluſum contemptui habebat catenis vinctum. Logotheta autem plurimum potens vt dictum eſt apud Imperatorem omnia pro arbitrio moderans Hebdomi monaſterium ſibi donari petens, omnes poſſeſſiones & omnem fere, quantum Sol cernit regionem, ſtuduit ſibi vindicare. & copioſis prouentibus dilatare cogitās improbitate ſibi amicum Imperatorem facere, & maxima lucrari ob eius ſimplicitatem. ac nomine monaſterij ingentes diuitias adipiſci. & quum eſſet maxime idoneus ob verſutiam, vt ſi quis alius ad lucrandum, & quæſtus gratia nulli parcens, infamiæ, officinam in Rhadeſto & Monopolium inſtituit, prohibens & coercens omnes vendentes, ſolumque Imperatoris forum venale machinatus eſt. ex quo maximæ famis auctor fuit, & eorum, quæ vmquam meminerint homines crudeliſſimæ, ità vt inde Imperator cognomentum inuenerit, à quo magis, quàm à maiorum ſuorum nomine poſteris eſt cognitus, nam ſi quis dicat, Michael, neque addat Parapinacius, haud ſtatim cognoſcitur, eò quòd tunc modius numiſmate venderetur. primo autem Imperij ipſius anno, Indictione vndecima, Seruorum gens, quos etiam Coruatas vocant, exijt vt Bulgariam in ſeruitutem redactura, quomodo verò, altius ipſe repetens enarrabo.

Nam quum Baſilius Imperator, eo tempore quo Bulgariam adduxit, nollet aliquid innouare eorum, quæ ipſi vſitata erant, verùm præfiniſſet, vt à ſuis principibus regeretur, ſuisq; moribus degeret, quemadmodum item imperante Samuele, qui Dux ipſorum fuit. † † Deeſt aliqd.

Iam igitur & prius natio perturbata fuerat, quod nō ferret Orphanotrophi auaritiam, quando Doleanum ſuum Regem declararunt; quæ ſigillatim ſuperius demonſtrata ſunt; & nunc quoque ad rebellionem ſpectauit; neque enim

OO ferebat

ferebat Nicephori auaritiam,& quæ contra omnes ipſe machinatus fuerat, nihil curante Imperatore,ſed ſolis puerilibus ludis occupato,Bulgariæ principes Michaelem ſuum Dominum petunt ſibi opem ferre & opitulari, ſibique tradere filium vt ipſum Bulgariæ regem declarent, & à Romanorum Imperio & crudelitate vendicetur. ille autem libenter ipſis obtemperabat,delectiſq; è ſuis trecentis,& ſuo filio Conſtantino,cui Bodino cognomen erat, traditis; in Bulgariam eum mittit. exit igitur ad Priſdriana vbi coacti proceres qui in Scopijs erant, quorum princeps erat Georgius Boitachus, à Conchanis originem ducens, Bulgarorum Regem ipſum declararunt, Petrum,pro Conſtantino, mutato nomine vocantes.quod audiẽs in Scopijs Ducis Imperium adminiſtrans, Nicephorus Carantinus,cum ſuis ducibus, quos habebat,ad Priſdriana ſe confert,cum Bulgaricis copijs.Interea verò dum hic ad bellum ſe comparabat, ſuperuenit ſucceſſor ipſius Damianus Dalaſſenus: qui cum eo coniunctus quũ multis eum conuitijs affeciſſet, & haud mediocriter in eius milites debacchatus fuiſſet,tamquam imbelles eos irridens,inſtructa acie cum ſeruis ſtatim prælium cõmittit,fitq; horribilis pugna ſed multo horribilior Romanorũ clades, cadunt.n.multi ex Romanis & Bulgaris,& viui plurimi capiũtur,in quibus ipſe quoq; dux Damianus Dalaſſenus,& qui dicebať Probaras,& Longibariopulus,& alij frequẽtes cũ ipſis,capta ſunt itẽ oĩa caſtra,& oĩa,q̃ in ipſis erant,direpta; Hinc aperte Bulgari Bodinũ Regẽ declarant,vt dictũ eſt mutato nomine, Petrũ appellantes;& in duas partes diuiſi,alij cũ Bodino ad Niſum ſe contulere, alij Petrilium quemdam,cui primę apud Bodinum partes deferebantur, ſequuti,aduerſus Romanos,qui in Caſtoria erant,profecti ſunt: illic.n.muro muniẽdá vrbẽ curauerát,Romanis fauẽtes, vt dictũ eſt,& Achridis prętor, Marianus, & Patricius Diabolæ,& conſiliarius vir Theognoſtus Buzzes,& cũ ipſo Caſtoriæ præfectus,quibus cũ Boriſes Dauid,& alij multi, qui veriti indigenarũ Bulgarorũ minas,in Caſtoriá tãquã ad aſylũ confugere.quũ igitur Petrilius ad Caſtoriá perueniſſet cũ innumerabili Bulgarorũ manu, q̃ ad bellum pertinerent comparabat.Romani verò ẽt ipſi inſtructi aduerſus erupere,& ingenti impetu cũ ipſis congreſſi fundunt Petriliũ, & in fugá cõiectũ cogunt per inuios mõtes ad ſuũ Dñm Michaelẽ peruenire. & Bulgarorũ plurimos occidunt, capiuntq; eũ,q poſt Petriliũ in Chorbatis ſcd̃m ordinẽ ducebat,& apud Imperatorẽ vinctũ pducunt.Bodinus ãt,quũ ad Niſum perueniſſet, vt iá Imperatorẽ à Bulgarica ꝓuincia coerceret,oĩa q̃ ante pedes erant,pdabať, eos à quibus nõ exciperet, quiq; recuſarẽt eius Imperiũ,vexans,& offendẽs.qđ quũ audiſſet Imperator,cladẽ videlicet ducis,& eius declarationẽ,Saronitẽ aduerſus eũ mittit,antequã malũ accenderet,& in magnã flãmã euaderet,extinguere feſtinans, & cũ ipſo idoneũ quoq; miſit exercitũ, ex Macedonibus & Romanis Franciſq; coactũ; Verũ hic ad Scopiorũ Vrbẽ profectus, nullã eorũ,qui in Niſo erant,rationẽ habebat.profectus igiť,et Georgio Boitacho,cui vrbs cõmiſſa erat,data fide,nihil eũ

detrimēti paſſurum. Scopiorum vrbem expugnat, ibiq; caſtra locat, & quid faciendū de ijs, qui in Niſo erant, conſultabat, ac meditabatur. verùm Boitachus, quem iam pœnituerat tamdiu bonum fuiſſe, & Romanos ſequutum eſſe, clam ijs qui Niſi degebant, indicauit vt ad ſe quamcelerrime venirent; & eos, qui cū Saronite erant ignauius degentes, ac ſegnius, ſine vlla miſeratione crudeliter omnes ad vnum interficerent; qui, accepto nuncio, profecti ex Niſo, Scopia petebant, cooperta terra niue, hyems enim erat, Decembri menſe. quod quum perſenſiſſent ij, qui cum Saronite erant, aduerſus ipſos cum omnibus copijs irrumpunt, & in itinere deprehenſos, ad quemdam locum, nomine Taonium, ferè omnes interficiunt. capitur etiam Bodinus, Longebardopolus verò, vt dictum eſt, ad Michaelem perductus, data acceptaq; fide, eius filiam vxorem ducit. eique ingens committitur exercitus, è Longibardis & ſeruis conflatus: quo cum ad auxilium Bodini miſſus, rurſus Romanis repugnat. Saronites autem Bodinum miſit Imperatori vinctum. relegatus autem in Sancti Sergij monaſterio, paulo poſt Iſaacio Comneno traditur iam Antiochiæ Duci declarato. & perductus eſt in Antiochiam. Quod quum audiſſet ipſius Pater Michael, precio ingenti conductis Venetis quibuſdam, quorum opus erat, per mare nauigare eum inde furatus, in propriam patriam reduxit; eique reſtituit Imperium, atque hic poſt patris obitum noſtraq; tempeſtate regnauit. Boitachus autem vehementer tortus, dum rediret ad Imperatorem, non ſuſtinens verberum cruciatus, moritur. Alamani tamen & Franci, ſunt hæ nationes Occidentis, per regionē immiſſi, relictam Bulgarorum regiam in Preſpa deſtruunt, templumq; illic, ſancto Achillio conſtructum ac dedicatum expoliant, à nulla re ſacra abſtinens earum, quæ ibi erant, ex quibus quædā rurſus ſeruata ſunt, reliqua diuiſa exercitus in proprios vſus cōuertit. Quidā igitur ex militibus Macedonicę ph langis, quū ab eo repeteret ſacra res, neq; adduci poſſet vt id faceret, combi humeris moritur, iuſtitia haud differente, vt mos eſt, ſuppliciū, ſed ad exe poſterorū ipſum puniente. In vrbibus autē maritimis, neglectis militib te q nihil acciperēt ex p̄da, mittit Beſtarches Neſtor, q fuerat ſeruus pa ratoris, dux Pariſtiorū vocatus inita cū Tato ſocietate, vt cū viro ęq ribus Pazzinacis inſtructi ad regiā vrbē profecti ſunt. Iuſſus āt arr nō aliter ſe facturū hoc dicebat, niſi Logothetā Nicephorū è me cōem inimicū, & hoſtē capitalem, quiq; in ſe haud pauca cōmi publicaſſet: Verū Imp̄ator haud paruit, quū ſemel ſe ipſum e dedidiſſet. Neſtor āt, cui à ſuis paratæ inſidiæ fuerant, inde r dep̄dat, & Macedoniā, & Bulgariæ finitima, & ad Pazzin pars āt Macedonū militū defraudata acceſſit ad Impera igit Imperatoris pulſati et cōtumelia affecti, repulſi ſu ne, verū illi in patriā reuerſi, haud mediocri dolore ſentētia manere uoluerūt; ſed oībus modis cogit

Not. de Venetis.

Digitized by Google

Not. Robertus Francus.

miſiſſet ad eum, qui Longobardiam obtinebat Francum, Robertum nomine, eius filiam ſuo filio Conſtantino vxorem adduxit, quam mutato nomine Helenam vocauit: occupata autem fuit Longobardia à Ruberto in hunc modum: Georgius Maniaces ab Auguſta Zoe ad componendas res in Italia miſſus, magiſtri honore decoratus conciliauerat ſibi Francos multos, & in dies eos qui à Dociano vexati erant effecit in Italiæ finibus quieſcere: verebantur enim ipſum, quod eius virtutis in prælijs periculum viderant. quum verò ſe oppoſuiſſet Monomacho, & debellatus fuiſſet, qui cum ipſo erant traiecti, & in ſeruitutem Imperatoris redacti, Maniacatæ appellati ſunt, & in vrbe Romanorum permanſere, reliqui in Italia relicti ſunt. Erat autem quidam in ipſis Rubertus nomine fratris filius Ardoini, qui à Dociano flagris cæſus fuerat, grauis & iracundus, & Tyrannica mente præditus. qui aperte Romanos expellere meditabatur, attamen prouinciam aggredi metuebat, differebatq́; ſeipſum imbecillem cernens, verebaturq́; contra Imperatoris potentiam ſe opponere: quum verò vxor illius, quam à Francia duxerat, Gaita nomine filia principis, cui haud mediocris regio ſubiecta erat, ſecum eſſet; ad eas vrbes migrauit, quæ vxori ſuæ ſeruiebant, quarum prima & maxima Salernus nominatur. Illinc igitur veluti fur erumpens, loca Romanorum Imperio ſubiecta prædabatur, partim Calabriam mancipans, partim Italiam redigens in ſeruitutem. Eorum verò mancipiorum, quæ ceperat, alijs manus amputare, alijs extremas partes pedum incidere, alijs vtraſque, quoſdam etiam ingenti pecunia vendere, metuens, ſi non proderent vrbes, & ſe ſe ipſi dederent, ne non ſolum hæc, ſed etiam his deteriora paterentur; quum verò domeſtici in regia laborarent, nulla habebatur eorum quæ in Italia fierent ratio. nam vita paulopoſt functo Monomacho quum Theodora circiter annum vnum obtinuiſſet Imperium, & Michael declaratus eſſet, atque aduerſus ipſum Comnenus incitatus, & exercitus eſſent inteſtinis bellis occupati, ac nemo Ruberti conatus prohiberet; magnus ex hoc & illuſtris euaſit: Idoneum enim coegit exercitum, & equorum atque pecuniæ & armorum potitus eſt: quum ij qui ab Imperatore Duces vrbibus præfecti erant, nō poſſent contra erumpere, ob paucitatem ſuorum & modicam virtutem. Comneno autem adepto Imperium, Turcorum natio Orientem premere, Pazzinaci verò Occidentem. cedit igitur Thrymbes Calabria, qui illic dux erat exercitus, aperte contra Scribonas facinus auſus, non enim placens indigenis cernens factum exul ad Imperatorem proficiſcitur. Mittitur igitur Dux Italiæ Abulchare. Rubertus autem propter Scribonarum cædem, genus miſeratus quod comperit Calabrum, hac quoque de cauſſa rebellionem meditatus, non vt amplius reuerſurus egreditur, adhibitaq́; celeritate, Rhegium capit, vrbem magnam & illuſtrem, vbi conſueuerat Dux Italiæ commorari, quod ibi eſſent & magnificæ domus, & eorum quæ ad victum neceſſaria ſunt, copia multa.

Not. Salernus in Longobardia.

Not. Rhegiū vrbs illuſtris.

Abulchare autem, quum Dyrrachium perueniſſet, inde ad Barim tranſmiſit,

ſit,

Digitized by Google

ſit, quumq; Rhegium captum cognouiſſet, eum Bari expectabat, & inde quantum poterat, urbes adhuc amicas Romanis in officio ac fide continebat, præficiens Duces, & exercitum mittens ad locorum custodiam, adhuc enim à Romanis erant, Baris, Idrus, Callipolis, Tarentum, Brunduſium, & Horæ, & alia oppidula multa, & omnino tota regio. Interea verò declaratus Dux Italiæ Perenus fuit. quum verò non potuiſſet in Longobardiam copias traijcere, propter Ruberti potentiam, Dyrrhachij manſit, Dux Dyrrhachij appellatus. Nicephorus autem Carantinus excurſiones faciente Ruberto, & infinitis malis Italiam vexante, timebat quidem, verumtamen ab Imperatore auxilium expectabat; omnes igitur Illyricæ urbes ad eum ſe applicuerant, & pręſidia acceperunt, quoſdam verò præſidia recuſantes, ſtipendiarios fecere. His autem ita perfectis fugere decreuit etiam Carantinus, videns quotidie Francos augeri, ſed ſecum reputans ignominiam in prouincia manſit. Brunduſium in fide erga Imperatorē, & in ſeruitute continens, fraude verò ac dolo finitimos Francos aggreditur. clam igitur cum ipſis collocutus, & de prodenda ipſis urbe mentione vltro citroque habita, venientes Francos excepit, & per ſcalam aſcendentes, ſingulos interfecit, centum circiter numero, quorum capitibus, in nauigium impoſitis, ad Dyrrhachium tranſmittit, & inde ad Imperatorem eorum quæ acciderant, nuncius proficiſcitur. Perenus igitur in Dyrrachio manſit, Imperium verò inteſtina mala opprimebāt, & Orientem Turci vexabant, ijs malis, quæ quotidie aucta nulla ex parte remittebantur. Mortuo autem Duce Conſtantino Imperatore, quum Regina Eudocia ad breue tempus Imperium obtinuiſſet, vbi ad Diogenem ſceptra peruenere, Ruberto & ijs qui cum ipſo erant, haud vulgaris metus iniectus eſt, ne etiam è ſuis ſedibus pellerentur, priuarenturque ſuis experti eius virtutem. ab ijs autem locis atque oppidis quæ ad Romanorum ſpectabant Imperium, omnibus modis ſe ſe ſubducebant. verùm quum ipſe quoque occuparetur in expeditionibus aduerſus Turcos, & omne ſtudium poneret in eo, quod magis vrgeret, non amplius vt domini, ſed prædonum, ac piratarum inſtar Italiæ loca in ſuam poteſtatem redigebant. quum verò Diogene imperante, vt ſuperius demonſtratum eſt, res adminiſtratæ ac geſtæ fuiſſent, Michaele verò Imperium negligenter ac pueriliter adminiſtraretur, vt ſtabiles domini à mari vſque ad mare & Longobardiam & Calabriam ſibi ſubegere, eaque diſtributa, & oppidis diuiſis, ſe comites, Rubertum verò Ducam appellarunt. Michael autem nō ſolum non retinuit regionem, quæ ad ſe pertinebat, vt dictum eſt, ſed vt ipſos Turcos ex Oriente expelleret, exiſtimauit ſibi faciendum eſſe, vt cum ipſis fœdus percuteret, & ipſorum ope ac ſocietate Turcorum temerarium in Romanorum regionem aduentum coerceret. quare etiam affinitatem cum Ruberto contraxit; ſuamque filiam Helenam deſpondet ſuo filio Conſtantino. volebat hac ratione Imperator finem aliquem rebus imponi, ſed à Deo prohibitus eſt, qui iampridem decreuerat Orientis perniciem & euerſionem.

Not. Rubertus Ducas Calabriæ.

Digitized by Google

euerſionem. Hoc imperante in Conſtantinopoli orta eſt tripes auis, & puer habens in fronte oculum vnum, & pedes hircinos: & duo ex militibus fulmine afflati ſunt. puer autem monſtruoſus in publico ingreſſu Diaconiſſæ fletum emittebat puerili ſimilem. præterea crinitæ quoque ſtellæ plurimæ & crebro apparuere. vbi verò Barbari res Orientis prædabantur, & multitudo partim cędebatur, partim fugiens ad Conſtantinopolim confugiebat, indigebat tempus mente ſenili & excelſa ad res gubernandas ipſe. verò tantum erat auarus ac vilis, vt ne obolum quidem vellet effundere, neque præberet alicui quidpiam, quicumque is eſſet, aut prouidere fructus, qui nauigijs veherentur ad victum neceſſarios importandos: verùm inani & inutili eloquentiæ ſtudio & iambis atque anapeſtis componendis continenter vacans, quamuis ne in cute quidem artem guſtaſſet, à philoſophorum eximio deceptus & altus totum, vt ita dixerim, mundum corrupit: Oritur enim ingens fames, quam conſequuta eſt peſtis & mors, quæ ſimul nutriũtur, & cognatæ ſunt ad hominum perniciem, & conſanguineæ, moriebanturq; quotidie frequentes, ita vt ne viui quidem mortuos efferre poſſent, & in ijs, quæ dicuntur ſepta, neglecti iacerent, & ſimul deferrentur multi in vno lectulo, quum ſæpe quinque aut ſex ibi cadauera poſita eſſent; & vndique calamitates confluerent, omniq; mæſtitia Vrbs regia compleretur, atque iniuriarum quæ quotidie fierent, & iniquorum iudiciorũ & vexationum remiſſio nulla ab ijs, qui imperabãt, excogitabatur. verùm quaſi nullo alienigenarum omnino Romanis moleſtiam exhibente bello, vel Diuina ira, vel homines affligente inopia & vi ad victum pertinente, ita ſine metu perpetrabant ea, quæ odio Diuino digna eſſent, & Tyrannica, & omne Imperatoris conſilium atq; inſtitutum ad offendendos & iniuria afficiendos domeſticos, & decipiendos, & venandas ipſorum vitas, & occaſionem inſidiandi ipſis captandam, referebatur; ita vt etiam vſq; ad ſacra monumenta eius auaritia pertineret: & ſacri ipſorum Theſauri, & ſuppellectilia auferrentur. Quum verò ita res adminiſtrarentur, itaque & interna, & externa rapinis ac præda laborarent, peſſimo conſilio & ignauia imperantium, principes in Oriente Alexander & Cabaſilas, Synodeni, Gudelius, Oſtraboromanus, & reliqui ſenatorij ordinis Principes delecti, quam pridem rebellionem conceperant ad opus perducunt. & Curopalatem Nicephorum Botoniatem conuenientes, Imperatorem declarant, Octobri menſe Indictione prima; quod quum ad Imperatoris aures accidiſſet, haud mediocriter ipſum perturbauit: erat enim à multis quoque prædictum fore vt olim. N. ſuperaret. M. & ſtatim Turcis tamquam cognatis & propinquis ſcripſit pollicens dona ſe daturum, ſi illum ſolum comprehenſum, & qui cum ipſo eſſent, ad ſe mittant: erat autem Botoniates ex nobilibus à Phoca oriundus, varijs quidem modis, tamen ab illuſtribus Fabijs genus ducens, qui ex illuſtri & antiqua Roma originem ducebant. quemadmodum antiqua de ipſis traditur fama. Tertia verò octobris menſis die, quum iã fugẽdum

Not. Fames & peſtis.

eſſet

eſſet Imperatoris tabernaculum, denſum lumen in aere apparuit circiter primā noctis vigiliam, vſque ad Chalcedonem & Chryſopolim, & regia palatia in Blachernis, quod optimum omnibus viſum eſt augurium, ita vt vaticinarentur quidam à ſplendore Luciferi facem ad regiam acceſſiſſe. quum autem Byzantium proficiſceretur, altera quædam male cogitata rebellio occidentem exagitauit. Nicephorus enim præſes Bryennius adminiſtrans Dyrrhachij Imperiū, ipſo abdicatus, ſibi Imperatoris nomen vindicauit. & militibus qui ibi erant, miniſtris atque adiutoribus vſus, inde egreditur, & ad Adrianopolim feſtinabat, nam germanus eius frater inſtructas quaſdam Occidentis copias & expectatum conſilium cum Barangorum & Francorum haud mediocri multitudine adduxit, vt cum fratre conſpirarent, & ſecum, eiuſdem quoque vrbis præfectum Capitaneum vocant, cognatione coniunctum, & antequam ad Adrianopolim perueniret, celebratum & declaratum ipſum Imperatorem prius ſcripſit. Imperator verò mollius ac ſegnius rebus gerendis intentus, niſi enim hoc fuiſſet, facile ipſum Bryennium debellaſſet, & proprium exercitum habens eorum quos nominant immortales, & alterum haud ignobilem è Syncindis viris coactum, facile potuiſſet cum omnibus ſuis prius eos inuadere, qui erant Adrianopoli, deinde etiam Bryennium ipſum. Verùm, vt dictum eſt, ſegniorem ſe præbens, & illum extulit, & ex paruo magnum fecit, & ſibi negotia conflauit. Nicephorus enim præſes regius ſibi ſucceſſor miſſus in Theſſalonica cū ipſo congreſſus, ſi decenter rebus vſus eſſet, facile ipſum in principio defectionis debellaſſet: quum uerò ad Traianopolim perueniſſet, ibi cum fratre Ioanne & Francis, qui in Adrianopoli erant, & Macedonibus, & reliquo exercitu ſecū conſpirante congreſſus eſt. vbi etiam regia induitur inſignia, omnibusq; iureiurando, & horribili fœdere confirmatis, ita celebratur laudibus multis, multoq; ſatellitio ſtipatus opera Imperatoris aggreditur, & Adrianopolim multo cum honore ſe recepit, & obſeruātia, obuiam illi prodeuntibus ſuis tribubus, eo quod ipſum ex animo colerent, & obſeruarent. egreſſus autem contra quoſdam Bryennij præſes Conſtantinus Theodorocanus capitur, & ad ipſum captiuus ducitur, vir clarus, & genere nobiliſſimus, vitæq; ſplendore illuſtris, ſed neglectus fuit, vt quidam ignobilis, & obſcuro loco natus, non tamen vllum corpore ſupplicium ſubiuit, quamuis exiſtimaretur id paſſurus propter ſuperiores inimicitias & pugnas capitales: Verùm miſſus in exilium in quamdam Macedonicam vrbem, haud multo poſt naturæ debitum perſoluit. quod verò regia inſignia in Traianopoli indutus fuerit Bryennius, ibique declarari & celebrari ſe permiſerit, haud bonum augurium prudentiores exiſtimabant. Hæc enim Traianopolis, non Traiani Imperatoris nomine condita fuit, ſed nomine cuiuſdam ex primatibus Traiani vocati, generoſi eo tempore viri, tum manu, tum animo, quem Cæſar Traianus ob neſcio quam offenſionem, luminibus priuauit. & in Perſas proficiſcens, hic eum primus cōſpexit, quo ſpectaculo admodum

modum dolens, recordatus ſtratagematum & virtutis illius, eodem in loco vrbem conſtrui iuſſit ad indelebilem viri memoriam. Hac igitur de cauſſa prudẽtes viri factum haud bonum augurium cenſebant, attamen Bryennius ignorãs decretum, cæcus eſt enim futurorum euentus, res aggreſſus eſt. Rhædeſtus quoque eadem cogitauit opitulante ſibi cognata Batazzene, nam Rhędeſtini aduerſus Panuim profecti, coegerunt ipſum quoque Bryennium celebrare. quum verò ſuum fratrem eo honore affeciſſet, vt eſſet Curopalates, & alios omnes habita ratione propriæ ipſorum dignitatis, exiſtimauit ſe formidabilem ad vrbem regiam propter miſſum fratrem aduenturum. cui quum tradidiſſet haud mediocrem exercitum, ſperabat fore, vt quando ciues Imperatorem & Logothetam ita oderant, vt aduerſus ipſos ſtrenue ſe gererent, ſibi ipſi conſentirent, & intra vrbem ſe cum aliqua conditione reciperent, & ita ſine metu ad ipſos cum apparatu regio aduentaret, verum multum a propoſito conſilio aberrauit: nam tametſi Heraclæam incenderat, & plures ex ijs, qui ibi erant, interfecerat, quod pauloante receſſerat præſes Alexius Comnenus, qui in Selymbria commorabatur: Veruntamen regiam vrbem incolentes nequaquam Bryennii aduentu deterriti ſunt, accedentes enim ad murum Blachernarum & repulſi tranſiere ſancti Pantalenimonis pontẽ, & quæ ibi erant omnia igni combuſſere. quũq; nihil memoratu dignum geſſiſſent, inde reuerſi ſunt. ipſe cum duabus legionibus ad Athyram ſe cõfert, reliquum exercitum in hyberna diſtribuit. In tantis autem malis verſans Imperator, vix recordatus eſt Ruſelii, qui adhuc in carcere vinctus detinebatur, & ad Botoniatem transfugere conatus erat. Igitur eductũ ipſum è cuſtodia, omniq; honore affectum, multa remisſione ac blandis erga illum vſus verbis, ad prælium contra Bryennium incitauit, & à muris perſuaſit vt cum ijs Francis, qui cum Bryennio eſſent colloqueretur. ſed vbi nõ perſuaſit, ad Bryennij fratrem in Athyra commorantem, cum exercitu proficiſcitur, Duce exercitus præſide Alexio Comneno, cum iis militibus, qui in regia urbe erant, iureiurando ſacroſancto prius fide data, & ſimul per mare miſſis aduerſus ipſos Roxolanorum nauigijs, ipſiſq; peditibus ad Athyram feſtinantibus. verùm occupant illi re cognita fugere, quumque vellent perſequi ij, qui cum Ruſelio erant & Comneno, & hoſtium plures occidere: non habuerunt milites ſibi dicto obedientes, euentum rei pertimeſcentes; cecidere autem ex Macedonibus plures, & viui haud pauci capti ſunt; & præda multa capta; & praſini coloris Curopalati indumenta: qui etiam fugiens ad Rhędeſtum peruenit; Pazzinaci autem cum haud exigua manu Adrianopolim inuaſere, quam circumſidentes, quoſdam per regionem miſere, qui optima quæque ipſius loca vaſtarunt, virorum cædem facientes, & animantium abigentes infinitos greges, neque illius generis vexationem vllam prætermittentes. Bryennius autem fœderibus, & auri largitione, & ſtragulorum efficere ſtudens, vt ipſi ſecederent, à ſuis argentum exigebat, omnino cupiens à propoſito conſilio non aberrare,

miſſusq;

image
not
available

mum Dei verbi Sophiæ templum, nuper imminentibus Epibaterijs euangeliſmi Dei matris, declarant Imperatorem Botoniatem, præeunte his Patriarcha Diuinę vrbis magnæ Antiochiæ nomine Æmiliano & Metropolita Iconij ipſiſq; omnis clerus cõſenſit, & ſenatus & omnis fere ciuitas; & diuiſi per tribus, qui erãt in republica illuſtres, & legionum præfectos declarant, & ordines apertos conſtituunt, & palatijs de repente potiuntur. militeſq; diſponunt, qui Imperatoris Michaelis milites expellant, prælio mercenarios debellantes, capiunt autem Imperatorem Michaelem, qui ad palatia in Blachernis fugerat cum Auguſta Maria ex Alanis, ſuoq; filio Conſtantino Porphyrogenneto. & ad Monaſticam vitam traducunt ad ſtudij monaſterium, cũ vili iumento tranſmiſſum, quũ annos ſex imperaſſet, eodẽ ſabbato quo à fidelibus miraculum Lazari celebratur. & p̄ficiunt Imperio terræ, quinetiã maris, Drungariũ claſſis creantes.

NICEPHORVS BOTONIATES IMPERATOR.

QVum in hoc ſtatu præter omnem expectationẽ verſarentur rès vrbis, & Imperator abdicatus eſſet Imperio, Botoniates fiducia plenus Byzantium contendebat, quaſi ſine ſanguine accepturus ſummum Imperiũ. tametſi ipſe ad pugnas & p̄lia paratus erat, & milites, quos habebat cohortabatur, vt prõpti ac parati eſſent. Nicephorus aũt Logotheta, & eius morũ ſtudioſus Dauid, ad veſperam erupere, & ad Ruſelium in Heraclea cõmorantẽ perueniũt, & Deo ſacrificia in quibus gratias ageret de hoſtium victoria peragẽtem. ciues verò quum tribus diebus palatia ſine Imperatore ſeruaſſent, litteris Botoniatem vt quã celerrime veniret, vrgebant: qui quum adhibita celeritate ad Prænetũ perueniſſet, vnũ ex ijs qui cum ipſo erant, virum generoſum, & ſtrenuum in rebus gerendis miſit, Borilum ſuum familiarẽ, qui palatia occupauit, ac paulopoſt ipſe quoq; ingreditur. eadẽ magna tertia die, & Patriarchæ manibus Imperatoris diademate coronatur, omneſq; ſuos donis & poſſeſſionibus ꝓſequutus atq; honoribus, & Turcos item ad Chryſopolim commorantes benigne amplexus, alias res ad Imperiũ pertinentes aggreſſus eſt, omneq; publicũ æs alienũ ſuſtulit radicitus, nõ præſcripto aliquo tp̃e, ſed comprehenſis ſimul oĩbus tp̃ibus, ita vt neq; nomen ipſius aut memoria reperiretur: Sed quum Bryennius foris res Occidẽtis perturbaret, & cõmoueret, mittitur ad ipſum ab Imperatore legatio, quę denũtiaret vt à temerario incæpto deſiſteret, & accepta Cæſaris dignitate cupiditatẽ cõprimeret: & eorũ qui cũ ipſo defecerant, honores ratos eſſe cõprobaret. Sed vbi adduci nõ potuit, & in ꝓpoſito ꝑmanebat, atq; ſup̃nus Imperio minime cedebat, neq; principatu, cuius minime cõpos erat. mittitur itẽ altera legatio, quæ itidẽ re infecta redijt; poſtquã etiã tertia aduenit legatio, miſſo Romano primo p̄ſide & magno Etæriarcha Straboromano, neq; illã admittit, ſed potius hoĩem

ignominioſe

ignominioſe accipit, non tamquam ab Imperatore, ſed quaſi à Ducis alicuius legato miſſum, quamuis ſacroſanctum corpus legatis habetur vel apud infideles ipſos, quaſi pacis proxeneta, & pugnantium conciliator, bellicarumque ſeditionum depulſor: tunc etiam fortuito cecidit Bryennij tabernaculum, tecto ipſius à manibus, quæ videri nequibant, euerſo: accidit item lunæ defectio, quæ ad ipſum reſpexit; ſiquidem hæc conſueuere vt plurimum Tyrannorũ euerſiones præſignificare, quemadmodum ij, qui in aſtrorum nugaci vanitate verſantur, declarant & vaticinantur. Reuerſo igitur Straboromano re infecta, bellicas prouincias aggreſſus eſt Imperator, & aduerſus ipſum inſtruxit exercitum, ac fiduciæ plenus illius demolitionem prędicauit. celebratum enim elementum. N. ſimplex tantum & non duplex à vatibus conijciebatur, atque etiam Ducem præficiens vnum ex illuſtribus Nobelleſimum Alexium Comnenum magnũ ipſum Domeſticum declarans, qui Ruſelium ingenioſe prius ſubegerat, aduerſus Bryennium mittit, prudentia & mentis ſtabilitate venerandum. & ad pericula bellica firmum & intrepidum: qui cum ſuis copijs aduerſus Bryennium ꝓfectus, & in loco quodam Calabrya nomine quieſcere iuſſo exercitu, didicit ab exploratoribus Bryennium à Meſene profectum cum omni exercitu appropinquare. ſtatimq; Nobelleſimus Turcos à ſe delectos iuſſit vſq; ad Bryẽnium peruenire, ac tantum vbi ſe oſtendiſſent, ad ſe reuerti. ipſe autem opportunis in locis collocatis inſidijs, inſtructoq; vt ſibi optime videbatur exercitu, Bryennij morabatur aduentum. Quum verò ſigna apparuiſſent vtriuſq; exercitus, & claſſicum clamore ſublato vtriq; cecinıſſent, initum eſt acre prælium. quumq; cerneret Bryennius ſuarum legionum cladem, & perturbationem atque periculum, aſſumptis ſecum optimis copijs, ipſe per ſe certamen de ſumma rerum ſuſtinebat, & ſtrenue munus obibat; cuius conatum Imperatoris milites propulſarunt; quum verò de victoria vtrique ambitioſe contenderent, horribilis quædam pugna & metus plena, conflata eſt. Comnenus autem ſigno dato ijs, qui in inſidijs erant, vt erumpentes in hoſtes violento impetu inuaderent, auctor fuit vt Bryennius profligaretur. Captus eſt igitur Bryennius viuus, plures ex ipſius militibus occubuere, & haud pauciores capti, & qui alijs præſtabant. Bryennius autem captus tantæ dementiæ pœnas ſuſtinuit oculorum amiſſionem, multum ſecum lugens ac conquerens de ſuo peſſimo conſilio, qua de re certior factus Imperator, Deo atque eius matri gratiarum actiones perſoluit. occiditur etiam frater ipſius in Byzantio à Barangis, nam quum Bryennius defeciſſet, & cum eo Barangi qui extra erant conſpiraſſent, Barangi in palatio delectum vnum ex ſuis, ad ſuos gentiles mittunt, petentes vt relicto apoſtata ad Imperatorem accederent. Sed cognitus & detentus grauiterque examinatus, omnia quæ ſibi indicata fuerant, aperuit. cui Ioannes ob hoc offenſus, nares amputat. quare haud æquo animo contumeliam hanc ferens Barbarus, Ioannem è palatio exeuntem

occidit gentili gladio ipſum percutiens. In Imperatorem quoque Barangi inſurrexerunt, eumq; occidere ſtudebant. verùm quum ſe illis oppoſuiſſent Imperatoris milites, ad preces conuerſi, placato Imperatore veniam conſequuti ſunt. Imperator autem vita functa ſua vxore Baldena, quæ vna cum ipſo Regina declarata fuerat, aliam duxit: multæ enim ipſi deſpondebantur, Zoe Imperatoris Ducæ filia virgo, & forma decora, & ſenatorum filiæ multæ ætate iam nubiles. Sed ille vnam è duabus petebat, vel vxorem Ducis ac rurſus Diogenis Eudociam, vel Michaelis, qui nuper regnauerat Mariam ex Alanis. mittit igitur qui ſibi adduceret Eudociam, quæ cum ſumma voluptate ſequebatur, quo cognito Monachus, qui tunc ſumma cũ virtute vixerat, quẽq; pro alio quouis nomine ſanctiſſimum vocabant, omnibus modis ſtuduit impedire abſurdum hoc facinus, multa ei in memoriam redigens, quæ ipſam ad hac cupiditate reprimere poſſent. Ducit igitur Mariam omni pudore remoto Imperator, & cũ ipſa ſacrilegio cõiungitur, ſtatimq; ſacerdos abdicatur, vt aperto cõmiſſo adulterio. Michael autem detonſis capillis ſententia Patriarchæ & metropolitanorum Epheſi Archiepiſcopus deligitur, ſemel tamen ad ipſam vrbem acceſſit, & reuerſus in Manuelis ſtudio manſit, ſuis manibus elaborans, egregie verò cultus eſt ab Alexio Comneno, qui poſtmodum imperauit; cuius etiam Imperio diem ſuum obijt, ſuam vxorem Mariam, poſt Botoniatæ abdicationem monacham factam venia eorum, quæ in ſe admiſerat, in ipſa morte dignatus. Nicephorus autem Baſilacius primus Pręſes, quum Dyrrhachium perueniſſet, exercitum ex omnibus illis locis coegit. acceſſiuit etiam Francos ex Italia per epiſcopum Diabolæ Theodoſium muneribus ac donis aduerſus Bryennium conciliatus. coacto autem idoneo exercitu ex Francis & Bulgaris, Romaniſq; & Arbanitis, profectus inde ad Theſſalonicam contendebat; quumque perueniſſet Achridas, cupiebat ibi declarari, ſed diligentia ac ſtudio illius, qui ibi Archiepiſcopus erat, prohibitus fuit; Theſſalonicæ autem certior factus eſt de Botoniatæ declaratione, & litteras quidem ad ipſum miſit, quibus ſe ei ſubiectum declarabat. verùm clam contra eum neſcio quid moliebatur, adiutore ſibi ad hoc aſcito quodam nomine Gymno, & Gregorio Meſemero, & Teſſaracontapele; acceſſiuit item ſibi Pazzinacas in ſocietatem. Imperator verò vbi eius conſiliũ cognouit, & inſtitutum: ſcripto aureo diplomate, quo ipſum ab hoc incœpto auerteret, quemdam ex familiaribus ad ipſum miſit, qui omni eum metu liberans, nobelliſſimi quoque dignitatem polliceretur. ille autem beneficia, quę ſibi in promptu erant, aſpernatus, poſtea defleuit incaſſum. & aduerſus ipſum mittitur Nobelliſſimus Alexius eo honore affectus vt eſſet Auguſtus, cum idoneo exercitu. quum igitur ad oppidum in Peritheorio Baſilacij perueniſſet, cui præfectus erat Gymnus, prælio id ipſi eripuit, traijcienſq; exercitum Theſſalonicam omnium malorum expers ibi ſeruatus eſt incolumis, & ex quodam interuallo conſtructo vallo trans fluuium nomine Bardarium, ibi exercitum & caſtra

caſtra locare decreuerat. Sed Baſilacius victoriam præripere contendens, cogitauit noctu per inſidias in ipſum inuadere, & vi captum cum omni exercitu pdere atq; omnino delere. verùm quum inſidias Gemiſtus indicaſſet Auguſto, eas euitauit, tum ipſe, tum qui cum eo erant. profectus igitur Baſilacius per totam noctem improuiſus & incognitus, quantum ſibi videbatur, in difficile prælium incidit. Igitur per vim victus, & pluribus ex ſuis amiſſis, præſertim ex Fràcis, & cum Domeſtico prœliatus, & ab ipſo debellatus in Theſſalonicæ arcem confugit, exiſtimans loci mutatione ſe prohibiturum Auguſti impetum: Auguſtus autem nihil curans expugnationem oppidi, ſuos hortatus eſt vt quàprimum impetum facerent. qui crebro & efficaci impetu facto Theſſalonicenſibus ſibi conſentientibus ſtatim hoſtes ſuperarunt; & Auguſtus arce potitus eſt. Capitur autem ipſe Baſilacius, & in ferrea vincula coniectus, ad Imperatorem vinctus mittitur. Huius rei nuncio ad Imperatorem perlato, ipſius iuſſu ei oculi effodiūtur, proxime Chryſopolim, & ex eo tempore locus ille appellatus eſt, fremitus Baſilacij: quo facto perductus eſt in curru onus miſerabile, & infelix ludus. Interea verò dum exercitus in expeditione aduerſus Baſilacium occupabatur, Pazzinaci cum Comanis coniuncti Adrianopolim inuaſere, irati quod à Bryennio quidam ex ipſis interfecti fuerant. Succenſa igitur pyra multas ibi domos combuſſere, nullaq; re memoratu digna geſta, reuerſi ſunt. Confeſſus eſt hoc anno etiam Philaretus Curopalates Brachamius fidem & ſeruitutem Imperatori, in quibuſdam enim locis muris munitis, & conuallibus comprehenſis habitans coacta Armeniorum & aduenarum multitudine, numquam Michaeli, qui antea imperauerat ſubijci voluit, & ſibi regiam potentiam vindicauerat. verùm quum Botoniates adeptus eſſet Imperium, ſeruus vltro ad eum acceſſit. Lecas autem quidam à Paulicianis ex Philippopoli pfectus, ex Epigambria ad Pazzinacas transfugit, & cum his conſentiens Romanis formidabilia minabatur. quinetiam Dobromiris quidam in Meſembria res perturbans,

& meditantes Imperatori reſiſtere, ueriti, & aliorum malis edocti, ante conatū ſeruili iugo ceruices ſubmiſere, & ad eum vltro ſupplices acceſſerunt. Tunc Lecas epiſcopum Sardices Imperatoris ſtudioſum, & ciuitatem vt hoc ipſum faceret adhortantem occidit, ſacram & ſacerdotalem veſtem indutum; magnam quoque curam geſſit Imperator Eudociæ illius, quæ ante ſe fuerat Auguſta. Quum verò nuper Turci Orientem percurrerent, coacto idoneo exercitu, ipſi Ducem præfecit Conſtantinum Conſtantini Ducæ filium: qui ſtatim traiecto exercitu aduerſus Imperatorem res innouat, & è veſtigio Imperator ab ea militari multitudine, quæ cum ipſo erat in Chryſopoli ſalutatur. quumque de ipſo Imperator voluiſſet neſcio quid ſtatuere, nōn exauditus alios donis atque honorum pollicitationibus deliniens, alios alia ratione ab incepto abducens, ipſum

ſum ſine ſanguine accipit, proditum ſibi ab ijs, qui eum Imperatorem declarauerant. Detondet igitur illum Monachum, & in quandam inſulam relegat. fertur etiam ad preſbyteri gradum perductus. Octobri autem menſe, indictione Decima tertia, fulmen magni Conſtantini columnam percuſſit, ſupra quã ſtabat ipſius colũna, q̃ prius erat ſedes Apollinis, deinde nomine ipſius appellata. Et partem eius diſcidit. tresq; Zonas intus ferreas, extra æreas combuſſit: vita autem functo Ioanne Bulgariæ Archiepiſcopo in tranſitu Baſilacij, alium in eius locum Imperator declarauit, Ioannem itidem nomine, qui aoinus ideſt abſtemius vocatur, quod numquam vinum guſtaret: ſimiliter mortuo Antiochiæ patriarcha, declarauit Imperator quemdam Nicephorum Maurum cognomento, Scopiorum autem dux delectus eſt Alexander Cabaſilas. Leo verò Diabatinus in Meſembriam miſſus, res illic moderabatur, et cum Pazzinacis et Comanis percuſſo fœdere conſenſit. Dedit item ſororis ſuæ filiam Syndanem Theoduli Synadeni Crali Vngariæ vxorem, quo etiam mortuo rurſus eſt Byzantium reuerſa, & alij multi metropolitani & ſacri viri ipſo imperante delecti ſunt: qui omni reprehenſione caruerunt. Imperator autem frugalitati & ſimplicitati aſſuetus nulla ex parte à ſuis moribus declinauit: erat autem maxime promptus ad largiendum, & profuſus, & ad omnes propenſus. Erant ipſi duo ſerui Borilus & Germanus, qui non ei vt ſerui obediebant, ſed quæcumque ipſis liberent, ſine controuerſia peragebant, propter quos ille odioſus erat ſenatus principibus, qui ægreferebant illorum in omnes facinora: vbi verò vt ſuperius declaratum eſt, Logotheta ad Ruſelium confugit, & apud ipſum commoratus eſt, detonſusq; ab ipſo ſeruabatur, Ruſelium veneno interficit. Sed à propinquis Ruſelij ad Botoniatem perductus, in prima inſula ſeruatur. quumq; ij qui cum ipſo erant, optime noſſent, ſi ſolum ipſum videret, fore vt veniam conſequeretur, vt pote qui multarum rerum vſu præditus eſſet, & Imperator ipſe ad res gerendas eſſet hebetior, qui cum Imperatore erant haud conducere ſibi exiſtimantes, fore enim ipſum ſibi impedimento ſuſpicabantur, miſſo magno etæriarcha Straboromano, eum interficiunt, cui tamen ab Imperatore id vnum mandatum fuerat, vt de ijs pecunijs, quæ ad regiam vrbem pertinerent, eum modo interrogaret, neque vlterius in rebus ei moleſtiam exhiberet. ille autem ſimulatque ad eum peruenit vinciri iubet, & acerbe torqueri, adeo vt in ipſis tormentis animam efflarit, quamuis promitteret, ſi non torqueretur ſe & confeſſurum, & redditurum ipſas pecunias. Verum, vt dixi, non tantum ipſis curæ erant Regij theſauri, quantum efficere vt è medio tolleretur, priuſquam in conſpectum veniens Imperatoris, cum eo colloqueretur. & quæ ad cædem Logothetæ pertinent hunc exitum habuere.

F I N I S.

Digitized by Google

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP.

Omnes ſunt duerniones, & Index per ſe patet.

Venetijs, Ad inſigne Salamandræ.

M D L X X.

Digitized by Google

Digitized by Google

Emptio,minimi perſtas ſummi foetura tonantis?
Ergo panophęum ſub tua corda feras.

¶Capite.VII.Inſtruit Corinthios matri‑
monium contrahẽtes,ac deinde matrimo
nium pro meliori bono fugientes ſiue in
continentia virginali ſiue viduali.

VEſtra mihi fragilẽ mandauit pagina ſenſũ,
Sanctius eſt hominem non muliere capi.
Quo veneris curas fugiat crudelis adulter,
Vir colat vxorem,fœmina blanda virum.
Creditavir prudens vxori munera ſoluat,
Hinc quoq; ſollerti fœmina culta viro.
Non mulier totas communi corpore vires
Cingere,nec ſolus vir ſua membra poteſt.
Sic tenet accinctos communis & ęqua poteſtas,
Vxor habet ſponſum,vir mulieris apex.
Haud genium fraudet binis conceſſa libido,
Ni facer aſſenſus forſitan illa roget.
Si celebs exhinc geminas conceſſio partes
Segreget,ad priſcum regrediantur opus.
Ne toruus Satanas molles in membra ſuſurros
Pingat,& inconſtans lancinet oſſa pudor
Non iubet Imperium,facit indulgentia crimen,
Vos tales vt ego ſum precor eſſe viros.
Vnum quodq; trahit,vel habet ſua gratia donũ,
Hos alius mores ornat,Id alter habet.
Dico hęc non nuptis,viduas exhortor.vt ipſę
Perſiſtant,vel agat connubialis hymen.

Vnde canunt Pſalmi,Laudent inſignia gentes
Numina,ſydereum pars numeroſa ducem.
Eſaias rurſum,Dauidis origine princeps
Surget,honos gentis,ſpes,vigil orbis apex.
Vnde poli rector ſyncera pace togatos
Vos regat,ętheerus corda ſeueret amor.
Devobis refero,quod clara ſcientia magnos
Pręficit,ignaros dogma monere poteſt
Fratribus iſta meis audacter opuſcula ſcripſi,
Cœlica quo ſanctus facta miniſter agam.
Ad ſacra Barbaricas demiſſa eſt cartula gentes,
Flamine quo celebri ſanctificetur opus.
Laudis opes ſacras mihi rex condonat IESVS,
Quas ego ſyderei patris ad arua feram.
Quę mihi contulerit Chriſtus, non audeo vates
Tollere,de noſtra ſint,velut orta domo.
Sedulus interpres pro gentibus arma probaui,
Illyricos habuit publica fama ſinus.
Quę fuerat Chriſti iandudum neſcia tellus,
Nunc videt apricum ſole micante iubar
Prodit ab ignoto quod non fuit orbe notatum ,
Grandeſcitq; meo vomere tritus ager.
Propter id alta vetor tua pergama Roma videre
Adq; palatinos hactenus ire lares.
Orbe carens,vltro,multis licet obſitus annis
Gliſco tamen charę gentis ad arua ferar.
Hiſpanum fiet quando deducar in axem
Si mihi res veſtro cedat amore frui.
Clara proficiſcor viſum commertia,partes
Gentis idumeę quo iuuet iſta manus.

Auribus id noſtris deſcendens gratia cœlo
Pneuma coruſcanti dexteritate capit.
Flammifer ille domos ſuperas ſcrutatur? & orbẽ
Spiritus,& fallax quicquid abyſſus habet.
Quis ſapit humani quę ſint penetralia ſenſus?
Hoc trahit a cęco ſpiritus ore ſacrum,
Sic ea quę bona ſunt nemo percepit aruſpex,
Solus id arcanum ſpiritus omen agit.
Huius item mũdi nõ textile pneuma tenem⁹:
Quã deus informat vim pia corda tenent.
Prudentes videant ſummo diſperſa tonante,
Quę non vir ſophię ſpiritualis habet.
Non animalis hõ perponderat, huc qd olymp⁹
Adferat oĩpotens vel quod in aſtra poteſt.
Stulta tenent hominis ꝓcordia crimen & error
Dum ſacet internam iudicat orbis humum.
Spiritualis homo perprudens iudicat orbem,
Nullius inde bonus iudicis arma timet.
Sydere quis domini ſenſum deduxit ab alto?
Doctus & inſtruxit quo deus ampla poteſt?
Atvero ſenſum,qui & Chriſti numen habemus,
Arcana ſapimus cęlitenentis opes.

Capite tertio Remouet Apo.errorẽ
Corinthiorum quod aliquibus eccle
ſię miniſtris nimis attribuebant. Et
dicit de ędificatione ſuper lignum
fœnum & ſtipulam & quomodo ſa‑
pientia mũdi ſtultitia eſt apud deũ.

COntinui fratres vobiſcum clara profari,
Nam mera carnales non rigat vnda cibos.
Pectoribus teneris lac dulces fertur in eſus,
Atq; grauis iuuenes ſubnecat eſca thoros.
Vix poterat trudũ,nec adhuc valet ardua pect⁹
(Quid ſit carnalis lingua)trophea loqui.
Zelus is inter vos ſtrepit,& contentio,fertis,
En ego ſum Pauli,fautor Apollo meus.
Talia dũ iactant hoĩes ſunt. heus quid Apollo?
Quid Paulus?nihil,hę pars deitate vacat.
Hii ſunt pręcones per quos vulgatur in orbem,
Creſcit,& induperat relligioſa fides.
Semina conſperſi,ſata miſſa rigauit Apollo,
Gramina cunctipotens auxit adulta deus.
Non ita qui ſpargit,neque qui rigat eſſe probatur
Incrementa potens donat amœna deus.
Qui genitale ferit,qui ſemen inebriat,vnum
Sunt,tribuit ſollers pręmia cuiq; deus.
Eſtis ager domini,vernans fœtura tonantis
Auxiliatrices fertis in aſtra manus.
Pars vigil vt ſapiens conſtructor atrocia ieci
Fundamenta,dei gratia fulſit opus
Tum ſuper ędificat veniens in caſtra ſodalis,
Vnuſquiſq; ſuum cernit & implet onus.
Principium facti locuples donauit IESVS.
Pręter quod poſitũ eſt ponere nemo poteſt.
Argenti ſpeciem ſuper hoc qui duxerit aurum
Fulgebit rutilans excubitoris apex.
Magna dies dñi(velut igne probabitur aurum)
Monſtrabit fuerit qualis in arte labor.

Pauperibus Macedo congeſſit Achaia queſtum,
Vnde manus pręſtet auxiliaris opem.
Gentibus his placuit fructum proferre laboris,
Hęc ſtudet omnifluas menſa parare dapes.
Nō bene quod ſit opus dedignor,amore fruētes
Diuinus ſtabili fœdere iungat honor.
Mox vbi per fœtum,frugem ſignauero,per vos
Protinus hiſpanę ducar ad arua domus.
Rem ſcio,ni fallar,latios dum videro fines,
Fœlicem faciet gratia dextra chorum.
Obſecro vos fratres per Chriſti pneuma tonātis
Quo veſtris precibus me pia fata iuuent.
Veſtras oro manus infauſtas ſoluere partes,
Quas Solymus miſero iure tuetur apex.
Tunc grauis acceptos referet Iudęa labores,
Dum ſacra largifluam ſenſerit ora manum.
Ad vos perueniam donat ſuprema voluntas,
Hęc ſunt quas poſco iura quietis opes.
Author inexhauſtę princeps & imago ſalutis
Concedat vobis munera pacis. Amen.

¶Capite. XVI. Proponit Apo. quędam exempla bonorum ho minum ad imitādum & ad per ſeuerandum inducit.

QVę pit Antiſtes Cēchreis cōmendo ſororē
Si veſtris egeat,tradite quęſo manus.
Cernite cōſpicuū quā gratia dia pudorem
Obtegit,ętherens quanq; venuſtat honor.

Faſcinet incautos ne quondam ſubdolus error,
Ad ſacra deuinctos ducite templa pedes.
Idolis famulans,non mollis,adulter,auarus,
Ebrius,impoſtor,coelica regna tenent.
Hac ſub mole graues(nunc pars emuncta)fuiſtis,
Moribus inſignes vos modo Chriſtus habet
Omnibus adiungor,ſed non mihi congrua ſiunt
Nullius inuenta ſub ditione trahor.
Eſca pigro ventri famulatur,venter at eſcis,
Talia cunctipotens deſtruet antra deus.
Corpus honeſtatis pudor,& non ipſa voluptas
Attrahat,illa deo viuat imago duce.
Nōne pater ſummus regem cōmonit. IESVM?
En eadem virtus nos ſuper aſtra feret.
Quin vos ignorat Chriſti membra eſſe tonantis?
Illuſtriq; ſacrum ſemen habere polo?
Chriſtigenę portans clariſſima membra ſalutis
Abſit vt obſcœnę cor meretricis agat.
Si quis probroſę lateri meretricis adhęret,
Vnum perficitur corpus,& vna caro.
Mens ſyncera deo ſi forſan adhęret,olympo
Viuit,vbi flamen ſpiritus vnus habet.
Blanda voluptatis commenta cauete,libido
Et quod inexhauſtum virus amara ſpuit.
Quę patrauit homo iam ſunt extraria,corpus
At proprium vitians prodit acuta venus.
Tu quis es ignoras,quod templū pneumatis almi
In proprię vecors milito carne geris?
Non eſt crede mihi tua quę te luſtrat imago,
Ancillaris,habes ſub patris ... manum.

Tam quod erit ſtructū,ſi manſerit,aurea merces
Ditabit quod iners arſerit anget opus.
Integer & ſanus ſic adſeruabitur hoſpes,
Ceu leuis ęterno luceat igne rogus,
Eya age quis dubitat templū vos eſſe tonantis?
Nonne ſacroſanctum pectora pneuma fouet?
Hoc ſi quis templum celeri violauerit ira,
Diſperdet vindex martia caſtra deus.
Fortibus alta dei ſubſiſtunt templa colūnis,
Nemo ſe prodat,vos habet illa domus.
Huius enim mundi ſapientia vana tonanti
Creditur ars,pereunt cum grauitate ſophi.
Conditor excellens quid fallax cogitet aſtus,
Nouit,& imprudens cor quid inane gerat.
Haud fauor humanus vos tollat honore carētes
Non laudis cumulum frigida portat humus.
Paulus,Apollo,Cephas,mors,vita,futura,vel or
Oīa ſūt vobis,quā tibi ligua places? (bis,
Sors humana places,cibi ſūt hęc oīa,Chriſti
Pars ſumus,& Chriſtus vim deitatis habet.

Capite quarto Arguit Apo. iudi cii temeritatem de contēptu quo rundam miniſtrorum ac inſiſtit eorum correctioni.

SIc nos ſciſcat homo vates,Chriſtiq; miſtros
Arcanas ſummi ferre tonantis opes.
Inter pręcones domini res quęritur,vſquam
Comperiatur opus qui probitatis agat.

Iuſtitię ſtabili ſocialia fœdera nexu
Accit vt arcano iure fouetur amor.
Vnde triumphatrix quę gloria mordet,olympū
Cernat,& omniſonū iactet in alta melos.

Capite ſecundo Oſtendit Apo. ſe apud Corinthios non vſum fuiſſe excellētia ſęcularis ſermonis qua vtendum eſt inter perfectos qui poſſunt ea capere,vt ſunt homi nes ſpirituales.

AD vos quū fres ppetraſſem,nō ego Xpm
Non ego ſublimi plaſmate cauma tuli.
Nil ego iactaui me ſcire niſi quod Ieſum
Perſonat aut victor quid crucifixus habet.
Ne pauor vſq; met⁹ me lōga tenebat erymnis,
Quando Corinthiacis incola feſſus eram.
Non perſuabiles habuit mea cantio verſus,
Rauca ſed almiſonum bucca ſonabat opus.
Dum vacat humanis rebus ſapientia verbi,
Cœlica perprudēs tendit ad ora ſophos.
Haud ſophos eloquimur qđ friuola ſęcla pbarūt,
Ad quod res ſapiens pneuma feren⁹ alit.
Hanc deus abſcōdit per tēpora multa Poeſim
Non hominū tanta mens vaga ſciuit opes.
Si fortaſſe ſacra noſſet grauitate potentem
Non crucifixiſſet gens phariſęa deum.
Scribitur hęc oculus nō vidit, i aure nec iſtuc
Inſonuit,quod habet rex ſuper aſtra bonum.

Digitized by Google